

facri nostri confistorii Comites divina nostræ Serenitatis manu <sup>1</sup> puncti <sup>2</sup> consequi solatia. §. 2. Et postquam tale deposuerint officium, si quidem filios ingenuos habeant, eos clarissimorum Notariorum inferi consortio, Tribunalium sacras solitas epistolas sine <sup>3</sup> quadam suffragii solutione percepturos. §. 3. Et si quis per sententiam Sublimitatis tuæ monitus, super agnito debito vel agnita causa, quæ ingeritur ei, confessionem exponere paratus sit; eam non arbitro <sup>4</sup> delegato, sed tunc temporis fisci patronis, vel alterutri eorum, si alter adesse non possit, pro more tamen solito sub actorum testificatione intimari.

§. 4. Quotiesque de nuptiis [quis] sine <sup>5</sup> dotalibus instrumentis mutuo contrahendi matrimonium <sup>6</sup> animo celebratis, super affectu suo liberis ex huiusmodi conjugio jam extantibus vel necdum procreatis, legitimis allegationibus uti maluerit, eas apud eisdem pro tempore fisci patronos, vel alterutrum eorum (ut dictum est) gestis intervenientibus commendari, ita videlicet, ut iure cognita allegationes absentibus personis, si quæ competunt, serventur intactæ.

§. 5. His insuper, quicumque apud viros gloriosos pro tempore consules <sup>7</sup> mancipia sua libertate donare voluerint: antelatos fisci patronos ad eandem libertatem peragendas propriam advocacionis vocem accommodare.

§. 6. Aliis nihilominus privilegiis, quæ jam pridem memoratis vel fisci patronis, vel adhuc advocacionis pro tempore peragentibus officium togatis, diversis modis indulta sunt, ex hac etiam functione nostra in sua stabilitate duraturis. Dat. 12. Kal. Decemb. *Constantinop.* ARIOVINIO, & MESSALA CONSS. 506.

*De privilegiis patronorum fori Præsidialis secundæ Syriae & fisci.*

§. Idem A. Sergio P. P.

**P**Etitiones virorum disertissimorum fori Præsidialis secundæ Syriae provincie advocatorum cum competenti moderatione censuimus admittendas: & jubemus, pro tempore primatem eorum per biennium fisci patroni fungi officio, & solatia <sup>8</sup> sibi communi consensu deputata per idem biennium consequi: hocque transacto professionem advocacionis deponere, consortio videlicet eorundem advocatorum ad triginta tantummodo viros redigendo: ita ut si qui superflui sunt, jam eidem consortio sociati, de advocacionis officio minime rejiciantur: nemine alio eis adijciendo, ne triginta virorum numerum advocatorum excedere consortium contingat.

§. 1. Ad hæc [eos,] qui (prout statutum est) fisci patroni deposuerint officium, postea quoque non prohiberi singulos tam pro <sup>9</sup> se, quam pro jugali <sup>10</sup> sua, & socero & socru, necnon genero & nuru, liberisque propriis, colonis & servis ad se pertinentibus advocacionis fungi officio. §. 2. Nec ædículas <sup>11</sup> eorum, *metatorum* onere molestari; si tamen in una tantummodo suaque domo singuli talem prærogativam sibi vindicare maluerint.

§. 3. Pro *sportulis* præterea modum, quem notitia <sup>12</sup> nobis præserta declarat, tam pro his, quam pro colonis, & eorum servis custodiri: neminique præbere licentiam eundem modum circa *sportularum* exactionem contra eos excedendi. §. 4. Nec de cætero quemquam, antequam per statuta <sup>13</sup> tempora legum eruditioni noscatur inhæsisse, supradicto consortio sociari.

§. 5. Et filios advocatorum, vel adhuc in tali constitutorum officio, vel eorum, qui fisci patronatum deposuerint, superstitem vel mortuorum, extraneis ad idem officium accedentibus anteponi: eique gratis <sup>14</sup> & sine sumptibus sociari, si & ipsi (prout dispositum est) solito tempore legum doctrinam merverint.

§. 6. Ut autem his, qui fisci patroni officium adepti sunt, vel fuerint, non tantum superstitem, sed etiam morte præventis prospiciatur: tam ad <sup>15</sup> heredes fisci patroni, qui semel ad talem gradum vocatus sit, solatia ejus transire, hisque servari: quam ipsos, qui fisci patronatum jam deposuerunt, vel postea deposuerint, minime cujuslibet actus publici sollicitudinem nolentes subire compelli, nec exhibitionis seu deductionis onere (nisi speciali auctoritate nostra) molestari: & in provincia incusandos per sententiam viri clarissimi provinciam, in qua degunt, moderantis, utpote competentis iudicis, conveniri atque litigare decernimus. Dat. Kalend. Decemb. ANATOLIO & AGAPITO CONSS. 508.

*De privilegiis patronorum fisci.*

6. Imp. JUSTIN. A. Marino P. P.

**R**estituenda sunt clarissimis eloquentiæ luminibus sexaginta auri libræ, quas sub imperio Zenonis divæ memoriæ pedaneis deputatas arbitris, nec non hiejudiciorum <sup>16</sup> vires æstimantibus, tamen auferendis credidit præparca posterioris subtilitas Principis, ut jam liberalitate nostri numinis, viri clarissimi fisci patroni præstatam auri summam sine fraude <sup>17</sup> annis singulis consequantur, ab amplissima tua Sede pari lance in utrumque dividendam. Nam universis <sup>18</sup> redditur, quod pro voto omnium primatibus indulgetur. §. 1. Sacras insuper epistolas <sup>19</sup>, quibus approbantur viri clarissimi Tribuni prætoriani & notarii, non unius tantum nomine, sed alterius quoque utrius præstandas perspicimus, sive suos filios, sive alios quosdam duxerint illustrandos.

§. 2. Ad hæc, altiore beneficio codicillos, quibus illustri honoratur dignitas, consequantur: quos unius solum nomine eisdem viris facundissimis duros nos pollicemur, profuturos scilicet alteri eorum altero concedente: seu qui ex provinciis suis, vel ex amicis voluerint, in provinciis tamen degentibus. §. 3. Licen-

<sup>1</sup> Id est, nostra liberalitate. <sup>2</sup> Alii legunt, *puncta solatis*. Alii, *puncta consequi solatis*. Cujac. 13. *obser.* 2. monet legi posse, *puncti solatium*, aut *pauci solatia*. Punctum solatii ferre, postquam interpretari, *punctum* seu mercedem honoris: D. G. verum *Puncti* hic rectum esse, alibi probado. J. G. <sup>3</sup> Filii statutorum nihil impendunt pro introitu, adde l. 6. *infr. eodem*. Doctorum, id est, Professorum filios gratis promovendos hic colligunt. <sup>4</sup> Al. arbitrio. <sup>5</sup> Hinc colligit Cujac. 13. *obf.* 4. per nuptias filios naturales suos, & legitimos fieri posse, etiam sine dotalibus instrumentis, quod repugnat alias §. ult. *Instit. de nupt. Novell. 12. cap. 4.* <sup>6</sup> Matrimonii. <sup>7</sup> Vid. l. ult. *infr. de vindicta manuum*. <sup>8</sup> l. 3. *in princ. §. h. t.* <sup>9</sup> l. 3. *h. t.* <sup>10</sup> Jugalis conjux. <sup>11</sup> d. l. 3. *§. 2.* <sup>12</sup> Quid notitia, vid. l. 1. §. 8. *de off. pref. pret. Afr.* <sup>13</sup> Quinquennium scil. d. l. 3. §. 4. <sup>14</sup> Id est, nihil impendunt pro introitu. <sup>15</sup> d. l. 3. *§. ult.* <sup>16</sup> Arbitri olim dabantur ad hiejudiciorum probandos, l. 9. *ff. qui satisf. d. l. ult. ff. a quibus appellare non licet. l. 7. §. 3. ff. de minoribus 25. ann.* <sup>17</sup> Id est, sine diminutione. <sup>18</sup> Universis reddi intelligitur, quod eorum primatibus indulgetur: de primatibus advocatorum adde l. 3. *in pr. §. h. t. ubi dixi.* <sup>19</sup> l. 4. §. 2. *supr. h. t. l. 45. C. Theod. de decur.* Epistolæ, de quibus hic, dicuntur instrumenta, l. 7. *infr. de fide instrum.* Testimoniales missionis, honorariæ epistolæ, l. 15. *C. Theod. de profess. Veget.* 2. contubernalius completis stipendiis per testimoniales promovere dimittunt, vide Cujac. ad l. ult. *infr. de profess. scrib. & medic.* <sup>20</sup> Adorabatur purpura Principis: de qua adoratio purpuræ

tiam eis præterea facimus binos homines singulis annis itidem offerendi, nostram <sup>20</sup> adoratos purpuram, statutis inserendos præsentibus <sup>21</sup> domesticis, unum equitum, alterum scholæ peditum, in vacantem eorum locum, qui diem functi sunt: nullo, dum supererunt, de militia venundanda <sup>22</sup> pacto cum eis interposito, quorum ejusmodi conventiones interfunt: ita tamen, ut iidem viri facundissimi, cum offerendos eosdem crediderint homines, bina solidorum pro singulis millia, nihilque amplius, noverint dependenda viris magnificis Comitibus dicatissimorum <sup>23</sup> domesticorum: id est, equitum quidem pro eo, qui inter equites meritis est: peditum autem, pro eo, qui inter pedites inserendus est: solitis videlicet statim stipendiis, nec non etiam cæteris solatiis iisdem tyronibus deputandis sine quolibet alio stipendio.

§. 4. Aliis etiam privilegiis potiantur, quæ diversis temporibus contecti sunt, sive per Augustos apices, sive per dispositiones & sententias Amplissimæ tuæ Sedis: nam qui nobis digni iudicati sunt, hi multo magis in anterioribus quoque sunt adjuvandi. Dat. Kal. Decembr. *Constantinop.* ipso A. & EUTHERICO CONSS. 521.

*De numero advocatorum.* 1. *De temporis ordine servando.* 2. *ubi legendum.* 3. *Sancitio.* 4. *De sexcentis aureis.* 5. *De privilegiis olim indultis.* 6. *De sportulis, & sumptibus litis.*

7. Idem A. Theodoro P. P. 24.

**P**ER hanc legem decernimus, ne antequam in octoginta tantum virorum numerum, fori tui culminis Togatorum collegium deductum fuerit, aspirare quis qualibet arte concedatur, aut possit: nisi vel eorum filii, qui triginta priorum <sup>25</sup> obtinent numerum, facundia studiis eruditi, gratis <sup>26</sup> videlicet, & sine ullo suffragio, aut fortasse exteri non ultra duos per annos singulos facundia & ipsi conspicui, taxati fuerint: nullo deinceps, postquam in octoginta virorum numerum reducti fuerint, superare qualibet rursus ambitione vel astutia quantitatem auro. §. 1. Interdicenda quoque cunctis licentia prævertendi <sup>27</sup> progressus feriem, quam ipsius temporis ordo suppeditat: &, ut in mercatorum contractibus, loca permutandi: & adhuc tyrones jam interesse veteribus. §. 2. Hoc etiam pronuncian-

dum censemus, ne quis ex his in aliis degat regionibus, relicta observatione glorificæ tuæ Sedis. Noverint etenim, qui, post nomen impetratum patroni litium, ultra trium <sup>28</sup> annorum spatium ex sacratissima hac urbe morandum duxerint, nec nuncupationem togati, nec privilegia virorum huiusmodi concedenda sibi: ut ne repetitis <sup>29</sup> ex industria prædictæ Sedis auctoritatibus protrahantur, aut multiplicentur peregrinationis excursus. §. 3. Quorum omnium si quid vel minimum quocumque tempore fuerit violatum: viginti primates ejusdem ordinis, & qui pro tempore sollicitudinem ab actis <sup>30</sup> in Amplitudinis tuæ gerent officio, adjuutores etiam eorum denis singuli libris auri feriantur, quod adversus imperialia consula Serenitatis nostræ tendentibus non statim objecerint intercessionem legis præsentis, aut non resisterint, & omnino non prohibuerint, ne quid tentaretur contrarium, cum nec in administratores sublimissimæ tuæ sedis, si non intente custodierint disposita salutaria, &, ut non temeretur, prospexerint, pœnam deerit <sup>31</sup> decem auri librarum. §. 4. Sexcenti autem aurei, quibus pro tempore fisci patronis fori tuæ Celstitudinis, ad exemplum priorum temporum ex arca tui iudicii consulatur: ne post decursum <sup>32</sup> celerem <sup>33</sup> advocacionis, & labores gloriosos egeni exeat: non (ut sæpe contingit) incerto die præstentur, sed cum [ad] medium <sup>34</sup> iter pervenerint patrociniis rerum fiscalium: id est, Kalendis <sup>35</sup> Octobribus per annos singulos sine cunctatione solventur. §. 5. Quidquid insuper privilegiorum retro Principum factis affectibus vel auctoritate tribunalis <sup>36</sup>, cujus interest, huic eidem <sup>37</sup> ordini datum ostenditur, inviolatum servari. §. 6. Cumque lite quiscumque eorum pulsatus fuerit, seu civilis causæ certamine, aut criminalis quaestionis obtentu, hic, vel in provinciis: cum per concessum tempus eorum adesse quendam eventum, nullas executores sportulas adsequi, nec qui controversiis movendis inserviunt, aut excipiendo, seu præparando, vel officio quolibet alio, quocumque nomine sumptum exigendum censemus. Dat. Id. Februar. *Constantinop.* JUSTINO A. II. & OPILIONE CONSS. 526.

*De privilegiis patronorum fisci.*

8. Idem A. Archelao P. P.

**N**emo, excepta Menandri fisci patroni persona, speret de cætero <sup>38</sup> permutationum saltibus <sup>39</sup> superiore gradu captato fructuum se beneficiis, quæ patronis ærarii, seu dum officium exhibent causis fiscalibus, aut post impletum agmen <sup>40</sup> impertita monstrantur. Dat. 12. Kalend. Septemb. JUSTINO A. II. & OPILIONE CONSS. 526.

*Produclio §. 2. l. 7. ad advocatos Illyricos.*

9. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

**D**E constitutione <sup>41</sup> divinæ recordationis Justinii patris nostri super togatis amplissimæ tuæ Sedis prolata, Illyricani advocati postulaverunt a nobis, [eis] clarum fieri, si <sup>42</sup> locum etiam circa eos possit habere, sive cum comæatu, sive sine comæatu iudicio ejusdem Sublimitatis [tuæ] abfuerint. Sancimus itaque, [talem] legem generaliter etiam in persona eorum valere, ut si quis sine comæatu ultra continuum biennium <sup>43</sup> abfuerit, vel cum com-

imperialis, alibi dicam. Quin & Præfectus Prætorio ingressus palatium, consuetudine imperatoris adorabatur. Cassiodorus 6. *Variar.* 3. <sup>21</sup> Præsentibus, l. ult. *ff. de domesticis, & protectioribus, lib. 12. tit. 17.* adde *Edictum Justin.* 13. c. 2. <sup>22</sup> Militiæ domesticorum vendi possunt, quædam etiam vendi non possunt. l. ult. *infr. de sign. & hypoth.* Vide quæ not. ad l. 5. *infr. qui milit. possunt vel non. ult. Nov. 53. cap. 5. & l. 10. Cujac.* <sup>23</sup> Domesticis epitheton nota: hic enim *dicatissimus* appellatur. <sup>24</sup> Præfecto urbi. Cujac. 13. *obf.* 1. <sup>25</sup> Priores advocatorum sunt primicerii & primates, §. 3. *infr. h. t. & hac l. in fin. pr. & l. 3. in pr. supr. h. t.* <sup>26</sup> l. 5. §. 5. *supr. h. t.* <sup>27</sup> Ordine suo dignitates adipiscendæ, l. 8. *infr. h. t.* <sup>28</sup> Vide Cujac. d. loca. <sup>29</sup> Petitis. <sup>30</sup> Notitia imperii Romani inter officia Præfecti urbi hunc etiam qui dicitur ab actis numerat. <sup>31</sup> Decernetur. <sup>32</sup> Discursum. <sup>33</sup> Al. celebrem. <sup>34</sup> Salarium solvi doctoribus, & advocatis in medio anni Bald. hinc colligit. Quid pensio domus locatæ? in fine anni, nisi aliter dictum sit, l. 1. §. 4. *ff. de migranda. l. 42. ff. de verb. oblig. l. 9. ff. de reg. jur.* <sup>35</sup> October, medius olim anni mensis: anno ab Aprilis incipiente, de quo aliquando dicam. <sup>36</sup> Tribunali. <sup>37</sup> Eidem ordinatum ostenditur &c. <sup>38</sup> Id est, in posterum. <sup>39</sup> Saltibus superiores gradus non captandi. Qui per saltum promovetur, non fruitur privilegio. vid. c. *unicum, de clerico per saltum promot.* <sup>40</sup> Ne dicas officium, cum Accursio. *Agmen*, hic significat numerum. <sup>41</sup> l. 7. *supr. h. t.* <sup>42</sup> Id est, au. <sup>43</sup> Vid. Cujac. 13. *obf.* 1.

meatu ultra quinquennium, de matricula penitus aboleatur: nulla licentia ei danda gradum suum vindicare, nec iterum viris disertissimis Togatis ejusdem Sedis adfistere. Perfruantur igitur advocati ejusdem Sublimitatis hac nostra generali sanctione.

TIT. IX. DE ADVOCATIS FISCO.

An contra fiscum patrocinium præstari possit.

1. Imp. ANTONINUS A. Claudio.

Cum te fisci causam agitas proponas, quamvis te salarium percipisse neges, tamen placitis acquiesce. Eos enim, qui causam fisci egissent, prohibuit est adversus fiscum patrocinium præstare. PP. 13. Kal. Januar. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Qui in una causa fisco præstitit patrocinium, in alia potest contra fiscum postulare. Bald.

2. Imp. VALERIANUS & GALLIEN. AA. Frequentio.

Potes auctoribus nobis adversus fiscum quoque patrocinium exhibere privatis: dum eam scilicet causam, quam tu, cum fisci advocatus fueras, forte tractasti, suscipere declines. PP. 6. Kal. Mart. VALERIAN. & GALLIENO AA. CONSS. 255.

De commodis fiscalibus non occultandis. De calumniis non movendis.

3. Imp. CONSTANTIN. A. Eliano Proconsuli Africæ, post alia. Fisci advocatus pœnas metuens, caveat, ne fiscalia commoda occultet, neve ullo negotio existente, fisci nomine privatis audeat calumnias commovere. Dat. 6. Id. Novemb. Triumvir. 7. CONSTANTIN. A. IV. & LICINIO CÆSAR. IV. CONSS. 315.

De Rationalibus, & Præfedis arario.

4. Imp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. ad Ammianum Comitem rerum privatarum.

Rationales, privatæ rei causis, vel sacris arariis præfidentes, examen præsentis fisci advocato suscipiant. PP. 17. Kal. Januar. MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

TIT. X.

DE ERRORE ADVOCATORUM, VEL LIBELLOS SEU PRECES CONCIPIENTIUM.

De presentia principalis litigatoris.

1. Imp. ALEXAND. A. Aureliæ.

Ea quæ advocati præsentibus his, quorum causæ aguntur, allegant, perinde habenda sunt, ac si ab ipsis dominis litium proferantur. PP. Kal. Mart. ALBINO & MAXIMO CONSS. 228.

De errore scriptura.

2. Imp. GORDIANUS A. Rogato militi.

Errores eorum, qui desideria, id est, preces scribunt, veritati præjudicium afferre non posse, manifestum est. Et ideo si condemnationem, cujus mentionem libello insertam esse proponis, manifeste probare potes non intercessisse: allegationes tuas lædi non oportere, is qui super negotio disceptaturus est, non ignorabit. PP. 10. Kal. Jul. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De presentia litigatoris, & de sententia lata.

3. Imp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Ulpia.

Sententiis finita negotia, rescriptis revocari non oportet. Nec enim quæ constituta sunt, [id est,] ut advocatorum error litigatoribus non noceat, tibi etiam opitulari possunt: cum te præsentem,

neque causæ palam ex continenti, id est, est triduo proximo contradixisse, neque post sententiam appellationis remedio (si tibi hæc displicebant) usam esse proponas. Dat. 6. Kalend. Septembr. Viminacii, CC. CONSS. 294.

TIT. XI.

UT QUÆ DESUNT ADVOCATIS PARTIUM, JUDEX SUPPLEAT.

Judex ex officio supplere potest in jure, non in factis. Alex.

1. Imp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. ad Honoratum.

Non dubitandum est, Judicem, si quid a litigatoribus, vel ab his, qui negotiis adstant, minus fuerit dictum, id supplere, & proferre quod sciat legibus, & juri publico convenire. S. 16. Kalend. Mart. DIOCLETIANO V. & MAXIMIANO IV. AA. CONSS. 293.

TIT. XII.

EX QUIBUS CAUSIS INFAMIA IRROGATUR.

De carcere, & vinculis.

1. Imp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Manilio.

Infamiae detrimentum minime tibi affertur ob id solum, quod in carcerem conjectus es, vel vincula tibi jussu legitimi Judicis injecta sunt. PP. line die & consule.

De eo, qui plus debito exegit.

2. Idem AA. Venerio.

Neque furti, neque vi bonorum raptorum, neque peculatus damnatus intelligi potest, qui, cum plus debito nomine debitorum exegisset, in duplum a Præside condemnatus est. PP. 5. Id. Januar. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De eo, qui ad tempus ordine motus est.

3. Idem AA. ad Metrodorum.

Et si severior sententia dici debuit, tamen cum Proconsul vir clarissimus certis rationibus motus mitiorem sententiam dixerit, & ordine decurionum te biennio abstinere jusserit, transacto tempore non esse te in numero infamium palam est: eo quod post biennium remisisse tibi prohibitionem decurionatus Judex videtur. PP. 10. Kal. Januar. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De exilio temporali.

4. Idem AA. Venustiano.

Si Posidonium in tempus anni relegatum, sententiam non excessisse Proconsulis probaveris, quinque annis exilio temporali damnandum inter infames haberi non oportet: quoniam sententiæ severitas cum cæteris damnis transigere videtur. PP. 6. Kal. Mart. SATURNINO & GALLO CONSS. 199.

De fustibus & injuriis.

5. Idem AA. Ambrosio.

Decuriones quidem, item filios decurionum fustibus castigari prohibitum est. Verum si injuriam te fecisse Proconsul vir clarissimus pronunciat, ignominia notatus es. PP. Kal. Jul. SATURNINO & GALLO CONSS. 199.

De condemnatione in opus publicum ad tempus.

6. Idem AA. Justo.

Ad tempus in opus publicum damnati pristinum quidem statum retinent: sed damno infamiae post impletum tempus subjiciuntur. PP. 7. Id. Decemb. GETA & PLAUTIANO CONSS. 204.

1 Adde L. 49. ff. 14. De officio advocatorum fisci. Ceterum hoc norandum est: Fisco suum ac proprium patronum fuisse a M. Antonino primum institutum, si Capitolino credendum. Aderat hic fiscalibus causis, l. ult. infr. h. t. l. ult. ff. de jure fisci. ac liberalibus, quæ eo non interveniente in integrum restituebantur, l. 3. §. 9. in fin. l. 7. ff. de jure fisci. Porro ex advocacione cujusque sedis creabantur linguli vel bini, & interdum bienni muneribus fungebantur, pro varia cujusque fori consuetudine. Bini in præfectura prætorio Orientis & Illyrici, l. 10. supr. de advocat. divers. judicior. biennales erant in Præfectura Illyrici, l. 7. §. de advocat. divers. judicior. Hi omnes cum liberis, posterisque liberabantur omni viliori conditione: & comitiva, consistoriana, aliisque honoribus ornabantur, l. 7. l. 8. l. 11. supr. de advocat. divers. judicior. l. 4. l. 6. §. de advocat. div. judiciorum. utrobique sexaginta quatuor primores advocati, patronorum fisci privilegiis fruebantur, l. 15. supr. de advocat. divers. judicior. Unicus fisci panonus erat, & quidem biennalis Alexandriæ, Exconsulari dignitate decoratus, l. 13. supr. de advocat. div. judicior. vers. Egre dientem. Erat etiam unicus & biennalis in foro Prædiali Syria, d. l. 13. & in foro Comitum Orientis, l. 3. supr. de advocat. divers. judicior. adde Brisson. 3. sect. 13. 2 Prætextu salarii non soluti, advocati causam fiscalem deserere non debent. 3 l. 2. infr. h. t. l. 2. supr. de advocat. divers. judicior. Excipie casus l. 13. supr. de advocat. divers. judicior. l. 3. §. 1. l. 5. §. 1. supr. de advocat. divers. judicior. l. 2. j. h. t. 4 Dixi §. ad l. 1. 5 Nota quæ sint cavenda fisci advocatis. 6 Vid. l. 5. supr. de postuland. 7 T. Treveris. 8 De his vide l. ult. in fin. j. ad leg. Jul. Majest. Procurator Cæsaris, absentibus advocatis fisci, causas rei private, vel ararii sacri disceptare non debet, l. 41. C. Th. de appell. lib. 11. 9 Advocati fisci, patroni ararii, l. pen. supr. tit. prax. Philostratus in Cyrino, fisci advocacionem vocat, τῶν τῶν ταμίῶν γλωτῶν, & Basil. συνήγορον τῶν ταμίῶν, id est, qui intervenit pro fisco in aula apud Comitem thesaurorum, lacrarum largitionum: in provinciis apud procuratorem Cæsaris: in urbe, apud Præfcedum ararii. vid. Cujac. hic. 10 Advocacione, d. l. 41. C. Th. 11 L. 2. C. Theod. 11. l. 8. 12 7. Synops. Basil. l. c. 45. 13 Et tacentibus, l. 3. infr. h. t. l. 79. ff. de verb. oblig. 14 Balbino. 15 l. unic. C. Theod. h. t. l. 9. §. de jur. & facti igner. l. 92. ff. de reg. jur. 16 Scriptores precum sunt libellionibus, pragmatici, l. 9. §. 4. §. ff. de pen. dicitur ab advocatis. Hi agunt, illi scribunt. 17 C. pio. 18 l. 2. supr. ut lit. pen. 2. vid. l. ult. j. sent. rescind. 19 Præsentem, Hal. adde l. 1. supr. h. t. 20 Nota. Ex continentis, id est, triduo, adde l. ult. vers. Si autem infr. de judic. 21 Hæc verba, id est, triduo proximo, delunt apud autorem Synopsios Basil. 8. tit. 1. ex lib. 51. tit. 4. c. 47. 22 Sic glans legenda intra triduum. l. 1. ff. de glande legend. l. 9. §. 1. in fin. ff. ad exhib. adde calum l. ult. infr. de judic. vid. Cujac. cap. 5. de prescript. 23 Ante sententiam licet errorem corrigere, l. 4. in fin. ff. de nozalib. §. Si quis aliud. 35. Instit. de act. 24 Quidam legunt advocations. 25 Judicem judicare non secundum acta, sed ex conscientia hæc colligit, de qua quæstione vid. l. 6. §. 1. & ibi DD. ff. de offic. praesid. Cujac. 11. obs. 19. Notom. 25. Illyr. Paucis Harmenopolus l. tit. 4. de hnt. Omittas rationes iuris ab advocato a judice suppleri: at non tacitum tamen seu negotium. 26 Dubitandum videbatur, quia judex supplicando, patrocinari videtur non judicare, l. 4. Gel. 2. 27 Hi συνήγοροι hoc sensu, Quæcumque, vel a litigantibus vel ab advocatis omittuntur, a iudicibus suppleantur. Synops. Basil. 6. ex lib. 8. tit. 1. cap. 43. & CODEX.

1. Harm. 4. §. 18. 28 L. ult. in fin. pr. j. de appell. 29 Atqui judex non interponit suum officium nisi imploratus, l. 4. §. hoc autem judicium. ff. de damno infest. verum est regulariter: sed vide exceptiones 35. apud Socin. in reg. 245. incipit: judex potest. & ad Benedictum Capram in regul. conclusione 17. Mod. 30 Judex rogatus suum interponit officium, non alias. vid. tamen Socin. reg. 157. 31 Commodè hic titulus subsequitur titulum de advocatis. Infames enim postulare prohibentur. Paul. 1. sentent. 2. §. 1. 32 Adde Librum 10. infr. 57. 3. ff. 2. & 21. Syn. Basil. 2. 6. Harmen. 15. Infamia ab Augustino dissimulatur dicitur in quæstionibus veteris testamenti: adde Lamprid. in Alexand. Porro infamia est lætio dignitatis, status, & damnum fame: duplex constituitur, juris vel facti. 33 Non irrogatur, ita concipitur titulus in Basilicis, πῶς ἀτιμῶν δι' ὧν ἀτιμία τῶν ἡ προσήγορα. Cujac. hic. Affirmative tamen concipitur in Ecloga. 34 Carcer, seu sola vincula, non iniungunt, ut hic: Servis tamen, qui ob delictum pœnæ causa vincti fuissent, vincula nocebant ex lege Ælia Sentia, ut nec Latini, nec cives Romani manumissione fierent, sed deditur numero: qui vilis propemodum, abjectus & infamis numerus erat. Piura vide apud Cujac. 15. obs. 7. 35 Tributorum, Hal. Sed nil opus: Debitorum appellatio pro debitis publicis seu tribus proprie: Sensus, publicanum non ideo fieri infamem, quod in duplum fuerit condemnatus injuste exactiois causa. Goth. Debitorum, emendat Salmasius. Sed Grot. Flor. Sparf. hic: putat exactioem fuisse, plus debito nomina exegisset, ut nomina dicta sint pro ipsis debitoribus, & debitorum, glossa fuerit. S. L. 36 Græci hanc legem ita exponunt, apud autorem Synopsios 11. tit. 3. c. 3. Condemnatio gravior irrogata, ultra pœnam a lege definitam, relevationem infamiae largitur. 37 Adde quæ dixi ad l. 11. ff. de pen. 38 Quid? amicitia, justane iudici causa live ratio est, ut in amicum mitiorem sententiam ferat? Tiraquellus ita cenet tract. de panis, causa 16. & 17. five amicitia ipsius rei dicitur id faciat, live amicorum ejus. 39 l. 31. ff. de panis. 40 Ex duabus forte legibus. Quid? potestine levior sententiam dicere? vid. l. 13. §. 7. ff. h. t. l. 11. ff. de pan. Ex his colligitur, Judicem in ordinariis criminibus pœnam minuere aut augere non posse: in extraordinariis posse: idque pro qualitate rerum, factorum, personarum. vid. Gandinum tract. de maleficiis, rubr. utrum pœna possit auferri. 41 Sententia temporalis habet effectum temporalem, l. 8. ff. de postul. l. 1. infr. de his, qui in exilium. Imo & ultra tempus vim suam exedit. l. 6. infr. h. t. Hinc etiam collige, infamiam ad tempus iniri posse. Goth. Infamia non durat ultra tempus l. 4. j. h. t. l. 8. ff. de postul. l. 4. l. generalis lege. 54. ff. de decurion. l. 13. §. 1. ff. ad Leg. Corn. de fals. Ani. 42 Biennii prohibitio lequentium annorum indulgentia est. 43 Exilium temporale non infamat. 44 Nec levioris legis sententia infamat, ut hic, & l. 10. in fin. ff. de pan. nec mitioris. l. 3. supr. h. t. vid. Cujac. 20. obs. 38. 45 l. 9. infr. l. 9. §. 12. ff. de pan. 46 Injuria nominatim damnatus fit infamis, l. 4. in fin. ff. h. t. §. 2. Inst. de pœna temere litigantium: adde l. 19. infr. h. t. 47 Id est, libertatem & civitatem. Damnati vero in perpetuum opus, civitatem tantum amittunt, non libertatem, l. 17. in fin. ff. de pan. vid. Cujac. 15. obs. 12. in fin. 48 Damnatio in opus publicum, relegatione in opus gravior. Hæc, tempore finito, non infamat, l. 4. supr. h. t. ita intamar, ut hic. Goth. Distingue inter factum quod ipso jure famotum est. in quo infamia etiam post tempus durat, ut hic & l. 15. ff. ad Municipalem; & inter delictum punitiois arbitrarie, in quo non durat post tempus: ut l. 3. 4. h. t. Anf.

De eo, qui bonis paternis abstinnuit.

7. Iidem AA. Demetrio.

Nemo ob id quod bonis paternis se abstinnuit, infamis est. P. P. 5. Id. Januar. ANTONINO A. & GETA II. utriusque CONSS. 206.

De furto, & de eo, apud quem res furtiva inventa est.

8. Iidem AA. Ulpia.

SI furti condemnata es, citra verbera quoque furtium, infamiae damnum subiisti. Quod si res furtiva, quam alter furtivum, apud te ignorantem comperta est: non laetis existimationem tuam durior sententia. P. P. 10. Kal. Mart. ANTONINO A. & GETA utriusque II. CONSS. 206.

De publicis negotiis defensis.

9. Iidem AA. Laeto.

Neminem sequitur infamia ob defensa publica negotia patriae suae. P. P. 12. Kal. Mart. ANTONINO A. & GETA utriusque III. CONSS. 209.

De injuriis.

10. Iidem AA. Severo.

INjuriarum ex persona quoque servi damnatus, infamia notatur. P. P. 4. Kal. Aug. IJSEM CONSS. 209.

De cessione & venditione bonorum.

11. Imp. ALEX. A. Herennio.

DEbitores] qui bonis cefferint licet ex ea causa bona eorum venierint, infames non fiunt. P. P. 10. Kalend. Majas, MAXIMO II. & AELIANO CONSS. 224.

De expilata hereditate.

12. Iidem A. Donato.

SI te expilasse hereditatem, sententia Praesidis constiterit, non ex eo, quod non & alia poena tibi irrogata est, furti improbius infamiam evitaisti. PP. Kalend. Jul. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De his, qui pater in testamento, filios increpans scripsit.

13. Iidem A. Juventio.

EA quae pater testamento suo filios increpans scripsit, infames quidem filios jure non faciunt, sed apud bonos & graves opinionem ejus, qui patri displicuit, onerant. 13. Kal. Novemb. ipso A. III. & DIONYSIO CONSS. 230.

De fustibus. De questione.

14. Imp. GORDIANUS A. Jovino.

NULLam existimationis infamiam avunculus tuus pertimescat ictibus fustium subiectus [ob crimen questione habita,] si sententia non praecessit, ignominiae maculam irrogans. Dat. Kal. Sept. PIO II. & PONTIANO CONSS. 239.

De luctu.

15. Iidem A. Sulpitia.

DEcreto Amplissimi Ordinis luctu foeminarum deminuto, tristior habitus caeteraque hoc genus insignia mulieribus remittuntur: non etiam intra tempus, quo his elugere maritum moris est, matrimonium contrahere permittitur: cum etiam, si nuptias alias intra hoc tempus secuta est, tam ea, quam is qui sciens eam duxit uxorem, etiam si miles sit, perpetuo Edicto labem pudoris contrahat. PP. 17. Kal. Jul. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De fustibus casto, & super dicto iuvocavrnous.

16. Iidem A. Domitiano.

FUSTibus castum, cui per praconem ita dictum est, iuvocavrnous [id est, calumniatus es,] ut calumniatorem videri notatum, ideoque esse famosum, manifestum est. PP. 3. Kal. Aug. SABINO & VENUSTO CONSS. 241.

De interlocutione Judicis sine causa cognitione.

17. Iidem A. ad Magnum.

VERbum precibus insertum potius verendum onerare, quam ullam existimationis maculam videtur alpergere. Etenim cum non causa cognita dictum est iuvocavrnous, sed ad postulatum patroni, interlocutione Judicis responsum sit: nequaquam hoc infamiam irrogat. PP. 8. Kal. Octob. ATTICO & PRÆTEXTATO CONSS. 243.

De injuriis, de pacto, transacione, jurejurando.

18. Imp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. Antiocho.

NON damnatos quidem duntaxat injuriarum, sed pactos quoque Perpetuum Edictum infamat. Verum pactos eos demum, qui ullos adversariis nummos pro mala conscientia ex transacione numerassent, in hac causa placuit intelligi. Caeterum simplex ejus [rei] gratia integram pacti existimationem illibatamque conservat. Quod si jurejurando decisa contentio sit: nemo dubitaverit, quin religionem absolutio judicantis sequatur. PP. 14. Kal. Jan. SECULARI II. & DONATO CONSS. 261.

De interlocutione Praesidis.

19. Imp. CARINUS & NUMERIAN. AA. Aristocrati.

INTERlocutio Praesidis, quae indicta est, infamem eum, de quo quaeris, fecisse non videtur, cum non specialiter ob injuriam, vel admittam vim condemnatus sit, sed ita Praesidis verbis gravatus & admonitus, ut ad melioris vitae frugem se reformet. PP. 17. Kal. Febr. CARINO II. & NUMERIANO AA. CONSS. 284.

De feneratoribus.

20. Imp. DIOCIET. & MAXIM. AA. & CC. Fortunato.

IMprobum foenus exercentibus, & usuras usurarum illicite exigentibus infamiae macula irroganda est. S. 17. Kalend. Mart. ipis AA. CONSS. 287.

De minore, qui artem ludicram exercuit.

21. Iidem AA. & CC. Statio.

SI fratres tui minores duntaxat aetate [in] ludicrae artis ostentatione spectaculum sui populo praebuerunt, inviolatam existimationem obtinent. Dat. 5. Kal. Septembr. ipis AA. CONSS. 287.

Pro socio.

22. Iidem AA. & CC. Domitiano.

FIDEM rumpens societatis, cum infamiae periculo, suo nomine pro socio conventus, ad faciendum satis urgetur. Dat. 6. Id. Decemb. NICOMEDIA, CC. CONSS. 287.

TIT. XIII.

DE PROCURATORIBUS

Cautio de rato.

1. Divus ANTONINUS PIUS A. Severo.

Cautio ratihibitionis tunc exigitur a procuratore, quoties incertum est, an ei negotium mandatum sit. PP. 4. Id. Octobr. GALLICANO & VENUSTO CONSS. 151.

De causa appellationis pecuniariae.

2. Divi FRATRES Sextiliae.

1 Abstinnere a bonis paternis infamiam abstinenti non inferit. 2 Et furti damnatus, l. 63. infr. de furtis, & l. 1. vers. qui furti. ff. hoc tit. & fustigatus fit infamis. vid. l. 16. f. h. t. 3 Ob non defensa. Hal. & male, Senius aperte colligi potest ex l. 4. infr. de delatorib. l. 2. in pr. ff. de jure fisci. 4 Sentus est, Condemnatum injuriarum factum etiam vili personae, notari. adde l. 5. supr. h. t. 5 Bonorum cessio, eorumque venditio infamiam non inferit. l. 2. l. ult. infr. qui bonis cedere: Id jure quidem verum est: nihilominus tamen bonorum cessio species est quaedam ignominiae. Nov. 3. 4. 135. in princ. adde Horom. 24. Illustr. in fin. praeteritum si fiat cessio bonis decessis. Horom. ibid. Cujac. ad Novell. 135. 6 Expilatae hereditatis damnatus fit infamis. 7 Furtum simplex est quid improbum: expilatae hereditas, quid improbius. l. 1. §. 1. ff. de effectoribus. Baldus adicit, rapinam esse improbius quid. vid. Cujac. 6. obs. 2. 8 Non ideo infames liberi, quod a patre suo in testamento sunt notati. l. 3. in pr. ff. de lib. & postum. l. 29. §. 1. ff. de probat. vel exheredati: licet exhereditatio species sit quaedam injuria & notae. l. 8. in pr. ff. de inoff. testam. l. 132. de verb. oblig. l. 10. infr. de test. milit. vide Cujac. ad Novell. 18. fol. 367. in fin. 9 Dione. 10 Sumpta ex Codice Gregoriano tit. de postul. 11 Fustigatus non infamatur, sed causa. l. 22. ff. h. t. nisi publice facta sit. l. 16. infr. h. t. & inter cedendum praeco ita dixerit. Ne sis adeo vilis, ut sine justa causa accusationem infutuas. 12 Ulpio. 13 l. 1. vers. qui eam. l. 8. in fin. l. 11. ff. h. t. 14 De luctu (ut Philoophus) ita loquitur Seneca epist. 64. Nec sicuti sint oculi amissio amico, nec suant: Lachrymandum est, non plorandum. Duram tibi videor legem ponere, cum Poetarum Graecorum maximus jus flendi dederit in unum duntaxat diem: cum dixerit, etiam Niobem de cibo cogitasse. Per lachrymas argumenta desiderii quaerimus, & dolorem non sequimur, sed ostendimus. adde Paulum 1. ad Theff. 3. vers. 4. 15 Abstinnere a conviviis, ornamentis & alba veste. Paul. 1. sent. 21. §. 3. hac enim lugubria. Dixi ad l. 8. ff. h. t. 16 Olim confitebatur luctus mulierum etiam in habitu. 17 Tempus luctui mulieribus praestitutum olim erant mensis X. nam & hoc fuit legitimum pariendi tempus. Hodie praestituti sunt mensis XII. non ob confusionem modo languinis, sed ob reverentiam mariti: quandoquidem etiam intra annum peperit, annum luctus peragere debet, nisi hoc a Principe vel Senatu impetraverit, ut sibi intra legitimum tempus nubere liceret. Quid si maritus hostis sit patriae? quid si non mortuus, ab ea tamen divertit? cum primum peperit, potest nubere: l. 11. §. 1. ff. h. t. 4. Harm. 6. ubi tract. de adulterio. Post partum mulier in tempore praesens alii non potest nubere: in tempore praesentis potest: praesens est virorum luctu dignorum; praesentis, indignorum. 4. Harm. 6. cap. praesentis. Nov. 22. e. 40. vid. Cujac. e. 20. de praesent. Eadem distinctione idem utitur 6. obs. 32. adde 21. Eclog. 2. c. 5. & seq. 18 Nisi infamiam Princeps remiserit. vid. l. 4. in pr. infr. ad SC. Tertul. Sunt & aliae poenae nubentis intra tempus luctus. Nihil capere potest ex bonis prioris mariti: nihil ex donatione propter nuptias. l. 2. infr. de sec. nupt. nihil ab extraneo potest capere: nullo titulo potest in secundum maritum ultra tertiam bonorum transferre, non existentibus liberis. Existentibus non potest ultra virilem. l. 6. infr. de secund. nupt. non succedit cognatis, nisi usque ad tertium gradum. l. 1. in fin. infr. de secund. nupt. Sunt & aliae poenae, de quibus vid. Cujac. ad Nov. 22. 19 Mos antiquus & a Platone probatus in leg. lib. 11. vid. l. 13. in fin. ff. de jurejur. Ad rem redeo: quod hic dicitur, Per praconem, idem est quod praconis voce. Lamprid. in Alexandro, Turium necari iussit, pracone dicente, Fumus punitur, qui fumum vendidit. Spartianus in Severo: Fustibus eum iussit elogi praconis occidit, Legatum pop. Rom. homo plebeus

temere amplecti noli. Alia quaedam repetita ex antiquitatis flore, vid. apud Cujac. 8. obs. 7. ex Zonara in Valentiniano, ex Xiphilino in Jul. & Severo. ad hoc ex more Valconum: sed & alia ejusmodi refert, 13. obs. 3. in fin. ex Ambrosii serm. 90. Petronio: Suida in Pistra: Josepho in Machabaeis: Arriano 3. avocavrnous, Niceta. 20 l. 17. infr. h. t. 21 Iuvocavrnous ita legendum monet Cujac. 13. obs. 3. 21 l. 19. j. h. t. l. 13. §. 6. ff. h. t. 22 Iuvocavrnous, Hal. Cujac. 13. obs. 3. Forcatulus in Sphaera legali, fol. 17. hinc ex l. 16. supr. h. t. l. 13. in fin. ff. de jurejur. l. 6. §. 8. ff. de pan. colligit Komae Gracis verbis permutatas sententias latas fuisse. Caeterum qui jocos hic, & ritus audire volet, legat Accursium hanc particulam explicantem. 23 Injuria damnatus, aut injuria sibi illatae nomine pecunia data transgens fit infamis. Eam enim ob causam pecuniam dare videtur, quod sibi confectus sit: secus fuerit, si simpliciter & absolute sine pecunia pactus fuerit, & injuria adfectus in me injuriarum non egerit: ex hujusmodi namque pacto remissa mihi injuria, infamiam non ero, 21. Synops. 2. ex tit. 3. c. 16. & 6. Harm. 15. §. 8. Quid, damnatus injuria, an semper infamis est? non fit infamis, si modica sit injuria. vid. Gail. 2. obs. 302. 24 Qui pacificatur, pretio accepto l. 1. j. h. t. de injuria sibi illata, fit infamis. l. 6. §. 3. ff. h. t. 1. Harm. 10. Transgrediendo verbo utitur idem Harm. 6. tit. 15. 25 Gratis postum injuria liberari, at non pretio dato. 26 l. 6. §. 4. ff. h. t. 27 l. 17. supr. h. t. l. 13. §. 6. ff. h. t. pura generalis. 28 Dicta est Hal. 29 Vid. quaedam ad hunc locum apud Cujac. 9. obs. 28. 30 21. Eclog. 1. c. 18. 3. Harm. 7. ubi tractat de usura ecclesiastica, & c. tit. 15. §. 6. 31 Usuras usurarum exigere non licet. vid. l. 28. infr. de usur. 32 Negat Accursius hic, & Molinax n. 46. de usur. eam infamiam ipso jure feneratori inauri, nisi usura simul cum principali legitimum usurarum modum excedat (licet contra sentiant multi hic, & Geminianus conf. 77. Covarr. 3. resolut. 3. Clarus 5. sent. 5. §. usura.) Apertus ibid. n. 614. fatetur ipso jure foenus improbum infamare. Quae potest, An usurarius criminaliter fit puniendus? Clarus 5. §. usura. 20. versio. sed quae, puniti extra ordinem censet: sed Molinax d. l. n. 156. reiecta Baldi opinione, amplectitur Bulgari, Cornei, Decii, Angeli, Socini opinionem, & criminaliter puniri, & torqueri posse refert, licet id jure non sit cautum: & ita se in Senatu Parisiensi vidisse ait. Idem refert Paponius, 2. Arrest. 7. num. 24. Movetur l. 9. §. 5. in fin. ff. de publican. ubi qui exigunt aliquid illicitum, extra ordinem puniuntur. 33 Quid, dominium usurarum perceptarum num transit in ulurarum? Negant Theologi & Canonistae, Summa Sylvestris, in §. usura, quest. 6. Covarr. 3. resolut. 3. Clarus d. l. Potestne usuras testari, vel mortis causa donare? Negat Clarus d. l. nisi praestita cautione de usuris restituentis. Oldendorp. etiam c. 4. de testib. n. 9. 11. & c. 66. de except. num. 10. 11. 12. 13. negat testem esse posse. arg. l. 3. §. 5. l. 21. §. 2. ff. de test. 34 Aliud, si majores. 35 l. 2. in fin. ff. h. t. adde 6. Harm. 15. 36 Condemnatus actione pro socio fit infamis. l. 1. vers. qui pro socio. ff. h. t. §. 2. Infr. de pana semere litig. 6. Harm. 15. in fin. 21. Syn. Basil. 1. c. 20. 37 l. 3. d. 3. & 2. c. Th. 12. Paul. 1. sent. 3. 9. Syn. Basil. 2. ex lib. 15. t. 4. l. extra. 38 l. Sexto 10. & 1. Clem. 10. Lucius 5. Placit. 2. Papon. 6. Arrest. 4. & 5. & l. 2. Notar. 2. c. des procureurs. 38 Rati cautione procurator fit legitimus. 39 Negatio rem dubiam facit. vid. tamen Socin. regul. 275. 40 l. 39. §. 1. ff. h. t. l. 2. j. de consortib. ejusd. lit. §. 3. Infr. de satisf. Alios casus, vid. apud Socin. reg. 318. 41 Ergo a contrario, si certum fuerit, de eo non cavebit. vid. Socin. reg. 318.

Cum rem pecuniariam esse dicas, potes per 1 maritum tuum sole-

De fideicommissis.

3. Imp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Pomponio.

Eum, qui res agit heredum, a quibus tibi deberi fideicommissum di-

De absentibus. De mulieribus.

4. Idem AA. Saturnino.

Quia absente te iudicatum dicit: æquum est, tibi restitui 11 causæ

De reconventione.

5. Imp. ANTONINUS A. Pancratia.

Actionem ei, qui absentis nomine agere vult, si 15 non eum defen-

De reo criminis.

6. Imp. ALEXAND. A. Martiano.

Reum 16 criminis constitutum, defensionem causæ suscipere non 17

De milite.

7. Idem A. Macrino.

Militem 19 nec 20 pro patre, vel matre, vel etiam uxore, nec ex

An procurator procuratorem facere possit.

8. Idem A. Manueto.

Quod quis sibi debitum exigere tibi mandavit, ante 21 litis conte-

De militibus.

9. Idem A. Aufidio.

Qui stipendia merentur, suis negotiis superesse, inoffensa discipli-

De finibus mandati. De fraude, vel dolo.

10. Idem A. Castiz.

Si procurator ad 25 unam 26 speciem constitutus, officium mandati

cere potuit. † Quod si plenam 28 potestatem agendi habuit, rem ju-

De pupillis, adultis, & eorum tutoribus, vel curatoribus.

11. Idem A. Sebastiano.

Neque tutores, neque curatores ex sua persona in rem pupilli, vel

Qui sine mandato admittuntur. De atate.

12. Idem A. Frontoni.

Exigendi a filio tuo 36 mandati, qui se defensionis tuæ offerebat, du-

De prescriptione militiæ.

13. Imp. GORDIANUS A. Luciano militi.

Ita demum super lite persequenda, quam tibi mater mandavit 44,

De minore vigintiquinque annis.

14. Idem A. Sabiniano.

Non eo minus sententia adversus te lata, juris ratione subsistit, quod

De redemptione litis.

15. Imp. DIOCLETIANUS & MAXIM. AA. & CC. Cornificio.

Item 53 te redemisse 54 contra bonos mores precibus manifeste pro-

De venditione.

16. Idem AA. & CC. Paconia.

Procuratorem 56, vel actorem prædii 57, si non specialiter distra-

1 Maritus potest esse uxoris procurator ad litem; adde l. 2. infr. qui dare tutores. 2 d. s. 3. l. unie. infr. de satisfaciendo. l. 21. ff. ratam rem. At in criminalibus non datur procurator, sed defensor. l. 33. §. 2. ff. h. t. Paul. 5. sent. 16. §. 11. 3 Hinc colligunt, causam initium posse sumere a citatione administratoris, tutoris, curatoris, & similibus. adde l. 25. §. 1. supr. de epis. & cleric. vid. l. 1. §. 2. ff. de admn. & persc. tut. l. 3. ff. de alim. vel cibar. leg. 4 l. 3. infr. quorum appellatines. 5 Porro quando ex contumacia procuratoris teneatur dominus, vide Socinum reg. 394. Felinus ad c. 1. extr. ut lite non contest. Michaellem Vulturum ad l. si finita. §. Julianus. ff. de damno infest. num. 67. Mod. 6 Procurator cogitur respondere. 7 Suspectus administrator, vel tutor ob contumaciam potest removeri. 8 Missio ex primo decreto, non fit sine causæ cognitione. 9 Dominus scilicet. Ob contumaciam procuratoris fit missio contra dominum, & tamen hinc colligitur, Procuratoris contumaciam regulariter domino non nocere, vid. Socin. reg. 321. 10 Reo indefenso, actor in ejus bonorum possessionem mittitur. l. 2. in fin. infr. ubi in rem actio. l. 8. in fin. §. quomodo & quando judex. l. 2. ff. quibus ex causis in poss. 11 Non legitime defensus totam ad causam restituitur. 12 Absens non legitime defenditur per uxorem. 13 Nota regulam. 14 Adde l. 55. ff. h. t. Mulier in rem suam potest esse procuratrix ex cessione mariti. 15 Non admittitur ad agendum absente nomine, qui eum defendere recusat. l. 15. in fin. l. 43. §. 4. ff. h. t. Datus ad agendum, defendere tenetur: at non e contra: Datus ad defendendum, non cogitur agere. cap. constitutus. 12. extr. de procur. 16 Accusatus de crimine capitali, non potest esse alterius procurator. Imo potest l. 21. ff. de accusat. Solve: potest, si ejus crimen suspensum est. 17 Synops. Basil. 8. περί ἀποκρίσεων, c. 79. 18 Vid. quæ notavi ad l. 6. §. 4. §. de his, qui ad eod. 19 Nemo militantium sine fuscipere defensorve causam: nec ad cognitionem alieni jurgii suffragator accedat. l. 6. C. Th. ubi interpres: Militantes non permittuntur legibus lites suscipere alienas, nec Procuratores fieri possunt. l. 6. C. Theod. h. t. Goth. hic & l. 9. infr. h. t. nisi in rem suam, aut nomine cohortis. l. 8. §. 2. ff. h. t. Anf. 20 Filius idemque miles, patris procurator esse non potest, etiam ex rescripto principali. l. 9. infr. h. t. l. 8. §. 2. D. h. t. §. ult. Infr. de except. 21 Ante litam contestatam procurator ad litem alium suo nomine non potest substituere. l. 11. l. 23. infr. h. t. l. 8. §. 3. D. mand. l. 4. in fin. D. de appell. & relat. nisi speciale substituendi ante litam mandatum habeat. v. Wurm. l. 1. pract. §. obs. 14. Aliud in procuratore ad negotia. d. §. 3. & in rem suam. l. 33. §. de donat. Wurm. d. loc. obs. 1. & 19. Verum d. l. 33. loquitur de procuratore in rem suam. 22 Procurator regulariter alium procuratorem suo loco substituere non potest. vid. tamen Socinum reg. 319. 23 Sine offensa disciplina: Hal. militaris scil. 24 Qui mandatas actiones exercet, alieno negotio non fungitur. l. 13. infr. h. t. l. 8. §. 2. l. 55. D. h. t. 25 Huic mox opponitur procurator pleenam potestatem agendi habens. 26 Potest enim ad unam tantum constitui. l. 1. §. 1. D. h. t. 27 Procurator fines mandati egressus domino non prejudicat. 28 Vel liberam administrationem. l. 7. §. 1. in fin. D. de peculio: vel ita si datus est, ut id omne agere possit, quod præfens dominus faceret. l. 1. D. de off. procur. Cesar. l. 60. in fin. D. mandat. 29 In hujusmodi tamen libero mandato non includitur potestas donandi. l. 7. infr. de don. & delegandi. l. 6. §. 2. D. de cond. indeb. l. 2. D. de his qui in fraud. credit. Paponius 2. Not. 2. c. des procureurs, fol. 109. ad 118. viginti quatuor casus enumerat, quos negat ceteri permittos procuratori cum libera. 30 Quid si procurator non sit solvendo? non dabitur actio

interim, nisi is cum procuratore colluserit. l. 3. §. 1. ff. de eo, per quem, l. 7. §. 9. ff. de dolo: aut si quid procuratori subtraxerit. l. 12. §. 2. ff. de furtis. Hinc constat nullo iure procuratore non existente solvendo, dominum restitui adversus eum, qui bona fide cum procuratore contraxit, quod tamen non observari refert Gaius 22. obs. 45. 31 Babino. 32 Actoris & Procuratoris differentia. 33 S. ult. Infr. de curatorib. l. 13. §. ff. de tutelis; l. 9. ff. ratam rem. 34 Dixi ad l. 8. §. h. t. Cur ita? quia tunc domini litis facti sunt. 35 l. 23. in fin. infr. h. t. 36 Amplia hoc etiam procedere, & servari in usu, in valde amico, Jason ad l. Titia. num. 14. ff. de verb. oblig. Egid. decif. 143. in titul. de procur. Fortun. Garzia ad l. 1. ff. de Justis. & jure n. 50 Corta in Memorab. in vers. conjuncta persona, quod limita tamen ut in vera non spirituali conjunctione procedat. Felinus ad c. edoceri. n. 10. de Rescript. Mod. 37 Possimus alium defendere sine mandato. 38 Adde Nov. 128. c. 10. 39 Filius ut sine mandato, patris nomine ultro agere potest. Satisfacere tamen debet, iudicatum solvi. l. 35. ff. h. t. l. 3. §. 3. ff. judic. solvi. 40 Minor vigintiquinque annis, eis quovida & xadetrat, in rerum alienarum curam non vocatur. l. Harm. 12. §. 41. 41 Minor vigintiquinque annis, procurator non facile admittendus. l. 51. ff. h. t. Goth. Legitima ætas ad procedendum in publicum est 17. annorum. l. 1. §. 3. ff. de postulando. Vide Cujac. 22. observ. 16. in fin. in aliis 25. annorum est. l. fin. infr. de his qui ven. etat. l. 4. §. de Tranact. Anf. 42 E duobus malis minus eligendum. 43 Id est, minorem vigintiquinque annis. 44 l. 9. supr. h. t. l. 8. §. 2. ff. h. t. 45 Id est, exceptio. 46 Vide Joan. Baptist. Ferretum consilio 23. num. 8. & amplia hunc textum etiam procedere in religioso. Mathes. in notab. 98. Paris. ad c. pastoralis. n. 52. extr. de except. Felin. ad c. ad audientiam. extr. de rescriptis. Benedic. Capra in regul. conclus. 57. Mod. 47 Id est, exceptio declinatoria omissa in causa principali, non potest opponi in causa appellationis. Bald. vid. Wurmser. 1. pract. 8. observ. 10. 48 Al. Exceptio perpetua edicti, quæ lectio est nullis libris manu exaratis & paulo antiquioribus notæque melioria comprobatur, ideo tamen quibusdam non displicet, quia militi agere volenti opponeretur exceptio, quam Justinianus dilatoriam appellat. Infr. tit. de except. §. ult. Mod. 49 Sententia pro minore etiam indefenso valet. ut hic: ita & pro esse indefenso. Gl. l. 3. §. Drons. 9. ff. de jure fisci. Platens, l. si præses. 6. C. quomodo & quando judex. ita & pro Ecclesia. Doctores hic. & d. l. 7. ff. præses. Panorm. in causam de iudicis: v. Everardum, loco a minoribus ad §. cum 64. 50 Minor potest causæ victoriam obtinere, etiam per procuratorem minus legitime constitutum, nec eo prætextu damnatam causam restitui recte postulat. Ex contrario, si procuratorem illegitimum habet, non potest damnari. l. 45. §. 2. ff. de re judic. 51 Synops. Basil. 10. ex lib. 8. tit. 2. cap. 88. 52 Nota regulam. 53 Nemo litem alterius redimat, gratis quidem procurator fiat, qui valet, nec data pecunia actionem suscipiat: ita Græci hunc locum accipiunt apud autorem Synops. Bas. 8. cap. περί ἐντολέων 89. 54 l. 20. infr. mandati, l. 53. ff. de pact. l. 7. in fin. ff. mandati, l. 5. supr. de postulando. vid. Cujac. 8. observ. 31. 55 Hinc colligere possis, vetus procuratoris officium longe diversum fuisse ab eo, quod nostro tempore procuratores exercent: quorum oculatæ manus nihil credunt, nisi quod tenent. 56 Vide l. 19. infr. h. t. Generalis procurator nisi liberam potestatem habeat, res domini immobiles vendere non potest, l. 58. l. 63. ff. h. t. 57 Generalem scil. vide quæ not. ad l. 9. §. 4. ff. de acquir. rer. dom.



De invito.

17. Idem AA. & CC. Mardonio.

Invitus procuracionem suscipere nemo cogitur: nec eandem ultra, nisi provocacionis causa, extendere. Sed nec defensionem absentis subire compellitur: cum fidem susceptam implere sufficiat. PP. Non. Jun. Philippopoli, Dioclet. v. & Max. AA. Conss. 293.

De feminis.

18. Idem AA. & CC. Dionysia.

Alienam suscipere defensionem, virile est officium, & ultra sexum muliebrem esse constat. Filio itaque tuo, si pupillus est, tutorem pete. S. 14. Kal. Februar. Sirmii, CC. Conss. 294.

Si actor pretium in rem domini verterit.

19. Idem AA. & CC. Firmo.

Si pretium quidem actoribus alienum fundum, vel servum citra mandatum domini tibi distrahentibus dedisti, & neque praecessisse, neque secuta contractum domini declaretur voluntas, in rem autem ejus idem pretium processisse, provinciae Praefes causa cognita perspexerit, hoc tibi restitui jubebit. Prid. Idus Mart. CC. Conss. 294.

De negotii transitu ad personam procuratoris.

20. Idem AA. ad Verinum Praefidem Syriae.

Nihil arbitramur interesse, utrum ab initio, an coepta jam lite negotium ad personam procuratoris transitum fecerit. Dat. 10. Kal. Octobr. Demesso CC. Conss. \*

De feminis & de maritis.

21. Imp. Constantinus A. ad Concilium provinciae Africae.

Maritus citra mandatum in rebus uxoris cum solemnitate, & alia observatione intercedendi liberam habeat facultatem: ne foemina, persequenda litis obtentu in contumeliam matronalis pudoris irreverenter irruant, & conventibus virorum, vel judicii interesse cogantur. Sin autem mandatum susceperit, licet maritus sit, id solum exequi debet, quod procuratio emissa praescriperit. Dat. 4. Id. Mart. Aduenti, Constantino A. & Licinio Cesare utrisque II. Conss. 312.

De litis translatione.

22. Idem A. ad Bassum P. Urbi.

Procuratoribus institutis, & post contestatam litem dominis effectis, hi, qui mandaverant, non habeant facultatem negotia persequendi, nisi capitales inimicitiae, vel morbus, vel alia necessaria causa intercesserit: tunc enim etiam invictis his, transferri lis potest. Dat. 13. Kal. Jul. Constantino A. & Licinio Caes. v. utrisque Conss. 319.

De jure procuratoris effecti domini litis.

23. Imp. Julianus A. Secundo P. P.

Nulla dubitatio est, post causam in judicio agitatum, utpote dominum litis procuratorem effectum, etiam post excessum ejus, qui agendam, vel defendendam litem mandaverat, posse inchoatam causam jurgiumque finire: quippe cum & procuratorem posse eum instituere, veteris juris voluerint conditores. Lect. 2. Non. Febr. Juliano A. IV. & Sallustio Conss. 363.

De exceptione procuratoria.

24. Imppp. Gratian. Valent. & Theod. AAA. Pancratio Praefect. Urb.

Licet in principio quaestionis persona debeat inquiri procuratoris, an ad agendum negotium, mandatum a domino litis habeat: si tamen falsus procurator inveniat, nec dici controversiae solent, nec potest esse judicium. Dat. 2. Kal. April. Constantinop. Antonino & Syagrio Conss. 382.

De his, qui per se litigare non possunt.

25. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Tatiano P. P.

I l. 8. §. 1. l. 35. §. 2. in fin. ff. h. t. l. 156. ff. de reg. jur. 2 Id est, agendi potestatem: potest tamen interdum cogi defendere, l. 5. sup. h. t. vid. Wurmser. l. praet. §. 6. 3 Nisi pauperum causa, vid. Myning. 4. obj. 32. 4 l. 8. §. 8. ff. mandati. Cogiturne eam in judicio appellacionis prosequi? non tenetur, si ad unam tantum causam datus est, vide Wurmser. l. praet. §. 9. Potestne appellari ab executione? non potest sine speciali mandato, etiam si permissum fuerit, appellare ab omni sententia, vel interlocutoria, vel definitiva, vid. Roland. a Valle l. conf. 43. num. 11. 5 Nullo pacto foemina, aut amplius quam sibi competit agere, aut pro aliis possunt intervenire personae, l. 5. C. Theod. h. t. l. 2. 6 Id est, tutelam. Itaque lex hac fugitiva est. 7 Ideoque non cadit in foemina, l. 2. ff. de reg. jur. adde l. 4. sup. l. 21. j. h. t. ac forte cadit specialiter in matrem? ne id quidem: vel ea pupillo curatorem tenetur petere, vide Bald. hic. 8 Servus qui res domini administrat, nec rem mobilem, nec immobilem, quae est in bonis domini, alienare potest, citra domini voluntatem. Si vero in rem domini pretium processit, emptori pretium restituitur. Synopsis Basil. 7. tit. 6. ex lib. 8. tit. 2. cap. 93. 9 Hinc oritur ratio dubitandi, l. 16. sup. h. t. 10 Decidendi ratio. 11 Vel actione de in rem verso, vel negotiorum actione, vel conditione sine causa, vel officio judicis. 12 Quod ad dandi facultatem. 13 An Damasco? an Edeffe? 14 Quando hoc procedat, & quando non, docebat te scribentes hic, & ad l. fin. de pact. convent. Socin. Jun. consil. 105. num. 11. lib. 1. Tiraquell. post leges connubial. gloss. s. n. 212. item an locum habeat in sponso de futuro, Roland. a Valle in tractatu de lucro dotis quest. 12. num. 9. Roman. consilio 317. & in c. constitutus. de procurat. Mod. 15 Imo non cogitur satisficere, l. ult. infr. de pactis conventis. Solve: Agitur hic de bonis uxoris, viro non traditis, non de dote, aut paraphernalibus. Bart. Bald. 16 Pudoris habenda ratio. 17 l. ult. infr. de recept. arbitris. 18 Inclusio unius alterius est exclusio. Rip. lib. 2. Respons. c. 3. Mod. 19 Id est, quantumvis sit conjuncta persona. 20 l. 10. sup. h. t. Imo, & ultra potest. l. 56. l. 62. ff. h. t. Solve: Potest, sed quod necessario cohaereat mandato. 21 Merod παρακατασκευάζει ενδουλεύς &c. Procurator post litem contestatam (perperam Leunclavius ita vertit, Qui post litem contestatam procurator institutus est: neque enim hic agitur de procuratore instituto post litem contestatam, sed simpliciter de procuratoris jure post litem contestatam a domino litis ne removeatur, nisi capitalis inimicitia, vel morbus, vel alia necessaria causa intercesserit. Synopsis Basil. 8. περὶ ενδουλεύς, cap. 95. 22 Procurator litem contestata, litis, non ipsius rei dominus efficitur, l. 23. j. h. t. 23 l. 8. §. 3. l. 14. l. 21. ff. h. t. vid. l. 6. §. 17. ff. de excus. tut. 24 l. 20. ff. h. t. 25 l. 10. l. 23. ff. h. t. adde, nisi procuratori consentiat, ab ipso domino, Bart. hic. 26 l. 1. C. Th. h. t. 27 l. 11. l. 22. sup. h. t. 28 d. l. 22. 29 Id est, mortem, obitum. Symmachus l. epist. Succedit aliud, ut obitu Marcianae clarissime foeminae, mandatum diceretur extinctum, sed contra venerabilis Juliani sanctio stare iuslit procuratorum officia, cautiarum dominis viventibus inchoata, vide Cujac. 2. observ. 31. adde quae notavi ad l. 59. in fin. ff. de re judic. c. 1. §. 1. extr. hac tit. Sed jam ubi-

Quicumque Praetorianae vel Urbanae Praefecturae sublimis fastigium, vel Magisterium militare, vel consistoriana Comitum insignia meruerit dignitatis, vel Proconsulare jus dixerit, aut Vicarii fuerit administratione suffultus: si quod ab eo vel inferat jurgium, vel referat, procuratoris personam in negotii sui jura substituat. Quod si quis factionis hujus statuta transgressus, judicii sese jurgaturum ingesserit, careat ejus litis forte, cuius non per procuratorem expectavit eventum: Judex nihilo minus, qui contra fecerit, noverit a se viginti libras auri, [item] ab Officio quoque suo tantundem ponderis exigendum. Dat. 18. Kal. Octobr. Arcad. A. II. & Rufino Conss. 392.

In AUTHENT. ut ab illustr. coll. §. tit. 26. al. 18. seu Novell. 71. cap. 1. §. 1.

Hoc jus stabit usque ad illustres solos: ceteri enim commune jus amplectuntur.

De causis pecuniariis.

26. Imppp. Arcad. Honor. & Theod. AAA. Anthemio P. P.

In pecuniariis controversiis, etsi specialiter hoc praecipitur, vel sententiae minime designat auctoritas, passim unicuique (si tamen ita maluerit) per procuratorem respondendi tribuimus facultatem: nisi forte quosdam, justiores nonnunquam ob causas vehementiores, maximi judicis vocabit auctoritas. Dat. Prid. Id. Octob. \*

Ne quis in duobus foris procurator sit.

περὶ μετεντάλματ.

27. Imp. Zeno A.

Constitutio prohibet duorum judiciorum unum eundemque publicum procuratorem esse: sed alios quidem esse in maximis judiciis gloriosissimorum magistratum procuratores, alios vero qui eloquentissimis judicibus pedaneis ministrent in litibus: ac neque eum qui litem inchoavit procuratorem apud Dietetam, seu pedaneum, eundem ipsum terminare ipsam litem apud gloriosissimum magistratum, sed nec metentalma, id est, translationem mandati fieri ab ipso ad alium procuratorem, qui apud gloriosissimum magistratum addeat: nulla impensa pro permutatione procuratoris facienda in hoc metentalmate 47, neque communi 48 satisfatione pro hoc metentalmate exigenda, sed & judicatum solvi satisfationem, & de ratihibitione cautionem ita ab initio concipi, ut comprehendantur in his & expensae hujus metentalmatis, ut is a quo exigitur, alterutra harum satisfationum stipuletur, Quia spondeo me & hunc apud Dietetam procuratorem pro judiciorum solutione aut satisfatione confirmaturum, & si contingat ex relatione dietetae, aut ex appellatione data contra ipsius sententiam transferri causam ad maximum 49 judicium, cui subest dieteta: etiam tunc ex metentalmate futurum procuratorem in maximo judicio simili modo confirmaturum me spondeo. Si non haec omnia observata fuerint, si quidem circa maximum judicium lex haec transgressa fuerit, competentis scriinio quinque auri libras solvet poenam. Si vero circa dietetas haec lex praetermissa fuerit, is, qui litem adimplet, qui apparet eloquentissimo Dietetae, unius auri librae exigetur poenam. Alii vero duo qui ex officio segregati sunt, & attributi dietetae five ex scholis, duarum auri librarum exigentur multam: ipse vero procurator, a quo quid peccatum contra hanc legem fuerit, plagis castigetur a magistratu aut Dieteta, interdictus in posterum procuratoris officio fungi in judicio.

De fidejussore. 1. Si moriatur, aut alias non appareat procurator.

28. Constitutionis argumentum ex lib. Eustathii,

περὶ χρονίων διατηρημάτων.

SI fidejussor procuratoris non defuerit tempus, & dixerit forte, Ego fidejubeo pro ipso, & si mortuus fuerit, aut amplius non appareat, idque contigerit intra viginti dies, alius fidejussor dandus erit.

§. 1. Si moriatur aut alias non inveniatur is, qui ad litem ab aliquo datus est procurator, post vicesimum diem a judiciali decreto super alterius procuratoris datione interposito, sex mensium accessionem seu terminum habebit principalis reus peregre degens in remota provincia, ad alium procuratorem dandum, vel ad veniendum per se in judicium: si enim in proxima, non autem in longinqua provincia absit, tunc judicis arbitrio terminus, five dilatio definiatur.

nuit, mortuo domino ejus heredes ad causam reassumendam seu continuandam citandos esse, vide Myning. 6. resp. 51. num. 20. Et seq. 30 Vide l. 11. sup. h. t. 31 l. 3. C. Theod. h. t. interpolata. 32 Quocumque in re quaerendum est primo de personis. l. 4. ff. qui testamento, l. 4. ff. de jure codicill. Et Instit. de jure person. in princ. 33 Quid enim si mandatu carcat? quid si mandatu seu procuracionis incapax, si cause praesenti, aut certe a constituto non potuit dari? Quid si non cavit de rato? De exceptionibus adversus procuratores, vide Bart. hic: Oldendorpium cap. 3. de except. Harum quaedam ante & post litem contestatam proponi possunt. Ante, ut, Non cavisti de rato. Tu miles, tu minor, tu mulier: Post vero, non habes mandatum, tu furiosus, infans, servus, vid. Wurmser. l. praet. §. observ. 9. Si quid horum fuerit, illegitimi procuratoris processus efficitur nullus, vide Roland. a Valle l. conf. 71. num. 4. 34 l. 1. infr. quibus res judicata non nocet: vid. l. 19. infr. de furtis. Falsus dicitur, qui non habet mandatum, aut si habet a non idonea persona, aut revocatum. Bald. Goth. Quis dicitur falsus procurator, dispurat Joan. de Aman. conf. 96. consil. 104. item Alexander hic. Mod. 35 Utcumque falsus procurator factio ipso sit admittus, jure non nocet. Bald. non valet lata sententia: vid. Oldendorpium c. 28. de sent. Et re judic. 36 Judicio nullo non praeccluditur via exceptionis declinatoriae. Bald. 37 Haec lex corrigitur per Novell. 71. cap. 1. 38 De comitibus vid. l. 1. sup. de mandat. princ. 39 Pecuniarium: aliud tamen in criminali, vid. l. 3. infr. ubi senatores vel clariss. 40 Litigare per se in judicio pecuniario nemo regulariter cogitur: in criminali vero, secus, ut hic & c. pastoralis 14. extr. de jud. Fallit tamen in quibusdam personis, quae per alium possunt: ut est magistratus, l. non solum. 39. ff. de procurat. episcopus, §. q. 3. can. quia episcopus. 3. univertitas, l. 6. ff. quod cuiusque univers. illustris, arg. hujus legis. pupillus, furiosus, prodigus & similes, Burt. in c. pastor. de jud. excommunicatus, c. Intelleximus. 7. extr. de judic. qui custodia publica detinetur. Bald. in l. eos. 6. §. super his. 3. inf. de appell. Et consil. adde Soc. reg. 245. 41 Vid. l. 3. ff. quibus ex caus. in poss. l. 6. §. 3. de his, qui ad Eccl. 42 Hinc colligunt in citatione simpliciter facta alterutrum tacite intelligi, ut citatus per se, vel per alium compareat. 43 Negotia graviora quis per se, non per procuratorem tractare debet. cap. Si pro debilitate. extr. de offic. delegat. Anl. 44 Haec lex restituta a Cnjacio 13. obj. 5. 45 Contii interpretatio. 46 Adde l. 9. ff. h. t. l. 14. sup. de adfessorib. Et domeff. l. 5. §. 2. ff. de aut. tut. l. 9. ff. de pact. 47 Μετεντάλμα, est translatio negotii five mandati. 48 Satisfatio judicatum solvi, vulgaris & solita: non qua forma dicitur in l. 5. ff. de verb. obligat. aut in l. 1. ff. de praetor. stipul. sed quae, in l. 4. ff. de separationibus, quod sit vulgaris, & frequens. 49 Majus judicium dicitur, cui adhaeret iudex pedaneus. Singulis enim judicibus certi adscripti erant iudices pedanei. Cujac. 13. observ. 5. in fin. Novell. 82. cap. 1. It non utebantur propria jurisdictione, nec sententias exequabantur, sed ad eas exequendas favebant ex cohortalibus, & scholis vel scriis. vide Cujac. 12. observ. 1. in fin. 50 Interpretatio Contii.

TIT. XIV. NE LICEAT POTENTIORIBUS PATROCI- NIUM LITIGANTIBUS PRESTARE, VEL ACTIONES IN SE TRANSFERRE.

1. Imp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Aristobulo salutem.

Divine admodum constituit D. Claudius 6 consultissimus Princeps, parens noster, ut 7 jactura causa afficerentur hi qui sibi potentiorum patrocini 8 advocassent: ut, hoc proposito metu, judiciaria lites potius suo 9 Marte discurrerent, quam potentiorum domorum opibus niterentur. Quem 10 palam est in tantum provinciarum quaestionibus esse commotum, ut hujus functionis Rectores provinciarum custodes, & contemptae hujus rei vindices fecerit: scilicet, ut in actores seu procuratores in subsidia negotiorum vel usurpatos gratia, vel redemptos 11, severa sententia vindicaret. Quare cum interfit in universum omnium, & praecipue tenuiorum, qui saepe importunis potentium intercessionibus opprimuntur: inter litigatores audientiam tuam impetiri debebis. Nec metuas, ne praedictos Clarissimis viris: cum 12 D. Claudius hujus rei Rectorem provinciae disceptatorem, & si res postularer, ultorem specialiter fecerit. Dat. 4. Id. Septembr. AA. III. & II. CONSS. 287.

2. Impp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Joanni P. P. Si 13 cujusvisque modi actiones 14 ad potentiorum fuerint delatae personas 15, debiti creditores jactura 16 multentur. Aperta enim credentium videtur esse voracitas 17, qui alios actionum suarum redimunt exactores. Dat. 5. Id. Jul. HONOR. VII. & THEODOS. II. AA. CONSS. 407.

TIT. XV. DE HIS QUI POTENTIORUM NOMINE TITULOS PRAEDIIS AFFIGUNT, VEL EORUM NOMINA IN LITEM PRETENDUNT.

1. Imp. ARCAD. & HONOR. AA. Messala P. P.

Animadvertimus 21 plurimos injustarum desperatione causarum, potentium 22 titulos 23, & clarissimae privilegia dignitatis, his a 24 quibus in jus vocantur, opponere. At ne in fraudem legum adversariorumque terrorem his nominibus abutantur 25, & titulis: qui hujusmodi dolo scientes connerint 26, afficiendi sunt publicae sententiae nota. Quod si nullum hac in parte consensum praebuerint, ut libelli aut tituli eorum nominibus, [vel] aedibus affigerentur 27 alienis, eatenus in eos qui fecerint, vindicetur, ut affecti 28 plumbo perpetuis metallorum suppliciiis deputentur. Quisquis igitur lite pulsatus, (cum ipse & rei sit possessor & juris, & titulum illatae solenniter pulsationis exceperit) contradictoriis 29 libellis, aut titulis alterius nomen crediderit ingerendum: ejus possessionis 30, aut causae, quam sub hac fraude aut retinere, aut evitare tentaverit, amissione multeretur 31: nec repetendae actionis, etiam 32 si ei probabilis negotii merita suffragantur, habeat facultatem. Eos sane, qui se sponte alienis libris inferi patiuntur, cum his neque possessio neque proprietates competat: veluti famae suae prodigos, & calumniarum 33 redemptores, notari oportebit. Dat. 15. Kalend. Decembr. Med. STILICHONE & AURELIANO CONSS. 400.

TIT. XVI. UT NEMO PRIVATUS TITULOS PRAEDIIS SUIS, VEL ALIENIS IMPONAT, VEL VELA REGIA SUSPENDAT.

Qui titulum Principis rei suae imponit, illam perdit: & juris publici illam facit. Bald.

1. Imp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. Flaviano P. P.

1 Titulus Synopf. Basilic. ita conceptus est περί των προσκυρόντων εις προσάστια των δυναστών 7. tit. 9. 2 Potentiores sunt, qui opibus & gratia valent. Pindarus: χαλεπα δ' εις ανδρωπιων εμειν προσονων. Helioid. αρω δ' ες και εδελος προς προσονων. αντιθεσιων. vide Cujac. hic. cum hujusmodi hominibus ligare regulam licet. Porro hinc colligitur, argumento per contrarium ducto, cessionem regulariter permitti. de quo vide Socin. regula 48. 3 De patrociniis, vide l. 1. infr. h. t. Novell. 17. c. 13. Porro in eo differt hic titulus a titulo de alienatione iudicii mutandi. Illo enim titulo agitur de re in potentiorum translata, in hoc autem agitur de lite tantum in aliquem translata. 4 l. 2. infr. h. t. 5 De ergolabis, & redemptoribus litem, vid. Cujac. 8. observ. 21. 6 Secundus scilicet qui M. Aurelius Claudius: cuius & a Zonara recitatur alia constitutio. De petitionibus bonorum sublati. vid. Cujac. d. l. 7. Ad patrociniis potentioris lites causa confugiens causa cadit. Synopf. 7. tit. 9. cap. 1. & 2. Harmen. 10. 9. 8 Id est, procuracionem, non advocacionem. arg. l. 6. §. 1. supr. de postul. quia procuratores magis inflant cautae, quam advocati. 9 Martie sua discurre, aut decurrere lites dicuntur, cum via solenni, & usitata expediuntur. 10 Qui in patrociniis potens lites causa alium suscipit, καὶ συγκαθητικός εστιν, etiam si senator sit, εἰς των διατεταμένων τιμωριέσθω, extra ordinem puniatur. Synopf. & Harmen. ibid. 11 Potentiores suscipiunt alienas lites, accepta interdum pecunia, ut hic: interdum data. l. 15. supr. tit. prox. Prius ita fit, veluti si mercedem acceperis, ob litem alienam agendam quasi tuam sub pactione tertiae, vel dimidia aut quotae partis quod leges vetant. Idem dicendum, si mercedem acceperis ut bona aliena, aut agricolas defenderes. vid. Cujac. d. loca. 12 Ut hujus constitutionis ac legis disceptatores, & ultores sint provinciarum praesides. Synopf. ibi. Atque ita Praeses puniuntur sibi aequalem, id est, Clarissimum dignitate, imparem tamen in administratione. 13 l. unie. C. Th. de actionibus ad potentes translatis lib. 2. 14 Cautiones d. l. unie. ut sit sensus, Eum qui mutuum dat, vel alio modo contrahit, si suo nomine reculerit, αὐτοδελειαν, γραμματεῖον ἢ ἄλλο συμβόλαιον, cautionem, nomen aut aliud instrumentum accipere, & ea in potentem alium transferent, qui id fecerit, εκπίπτει τὰ τοῦτον χρεῖς, tali debito excidere, Syn. ibid. c. 2. Harm. ibid. §. 6. 15 An & quatenus possit in potentiorum heri cessio, vide Jasonem ad l. si ita quis. §. ea lege. num. 13. ff. de verb. obligat. Rot. Rom. decis. 177. Socin. in Regul. 48. Petr. Reb. ad l. unie. de sentent. qua pro eo quod interest. num. 347. & 347. Tiraquell. ad l. si unquam. in prefat. num. 53. infr. de revocand. donat. Abb. ad c. 2. extr. de feud. in ult. notab. Mod. 16 Poenam observata debitum in potentiorum transferentis. 17 Vorare debitorem velle is videtur, qui suas in eum actiones potentiori cedit, l. 22. infr. mandat. 18 Hujus tituli inscriptio est inverla. Sic enim conceptus est Titulus C. Theod. De his, qui potentiorum nomina in litem pretendunt aut titulos praediis affigunt. Ceterum adde hinc titulo Novell. 17. c. 15. & Calliodorum 5. variarum 18. 19 Solus est huius tituli alienis praediis imponere. adde Calliodorum 5. variarum 6. Titulos sive signa Graeci σημαίνοντες. Edict. Tiber. cap. 1. antor Synopf. Basil. 7. tit. 10. §. tit. II. appellat τίτλος & εἰσαγγέλιον. Huc illud Augustini referri potest ex Psalm. 21. Ne domos ipsius invadant aliquis potens, ponit tibi titulos potentis, titulos mendaces: ipse vult esse possessor & frontem domus tuae de titulo alieno muniri, ut cum titulus lectus fuerit, conterritus

Regiae majestatis est, ut nostrae tantum domus & patrimonium titulorum inscriptione legantur. Omnes igitur intelligant, publico juri esse deputandum id 35, cui nomen dominicum praescribitur. Dat. 3. Kalend. Decembr. Ravenna, BASSO & PHILIPPO CONSS. 408.

Imponens titulum, vel vela regia rebus ab alio juste, vel injuste possessis, si plebeius est, ultimo supplicio puniatur: si nobilis, deportatur.

2. Imp. THEOD. & VALENT. AA. ad Florentium P. P. NE quis vela regia suspendere, vel titulum audeat, sine praecipione Judicis competentis, alienis rebus imponere, quas quocumque modo qualiscumque persona possideat: licet non dominus, licet injustus possessor, vel temerarius invasor, qui possidet, doceatur. Eum autem, qui hoc facere ausus fuerit, si plebeius est, ultimo subdi supplicio: si Clarissimus, vel curialis, vel miles, vel clericus, proscribendum deportandumque, non solum civitate Romana, sed etiam libertate privari censemus: executoresque hujus legis omnes Judices esse oportere. Deponendi autem, vel frangendi 36 titulos, & confiscandi vela, non solum eis, ad quorum praedictum tale aliquid contra fas contraque leges committitur: sed omnibus tam liberis, quam servis sine metu calumniae, vel accusatione 37 criminis licentiam ministramus: decernentes, judices eorumque officia tricenis libris auri multari, si talem accusationem vel 38 admittant, vel depositam scribi concedant. Dat. 15. Kal. Jul. THEOD. A. XII. & FESTO CONSS. 439.

TIT. XVII. UT NEMINI LICEAT SINE JUDICIS AUCTORITATE SIGNA REBUS IMPONERE ALIENIS.

Insignia imposta rei mea sine iudicis auctoritate licet mihi propria auctoritate removere. Salic.

1. Imp. PROBUS A. Octavio.

Saepe rescriptum est, ante sententiam signa rebus quas aliquis tenebat 42, imprimi non oportere. Et ideo ea rebus, aut fructibus apud te constitutis illicite imposta, poteris ipse licite detrahere 43: ut amotis his, causa, quae ex officio tibi infertur, terminetur. Dat. 4. Kal. Jul. PROBO A. II. & LUPO CONSS. 278.

2. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Craugasio.

REBUS, quas alius detinet 44, imprimere signa nemini licet, etiam si suas vel obligatas sibi eas esse aliquis affirmet 45.

TIT. XVIII. NE FISCUS, VEL RESPUBLICA PROCURACIONEM ALCUI PATROCINII CAUSA IN LITEM PRESTET.

De praxtextu debiti.

1. Imp. GORDIAN. Legitimo & aliis.

REipublicae iuribus adjuvari te sub obtentu 47 quantitatis, quam eidem Reipublicae debes, contra juris rationem desideras. 3. Id. Januar. GORDIANO A. II. & POMPEJANO CONSS. 242.

De donatione partis rerum vel actionum. 2. Idem A. Tertull.

Cum allegas, partem 48 rerum vel actionum dimidiam fisco quod magis ejus iuribus protegeris, velle te donare 49: hujusmodi litem donationem admitti temporum meorum disciplina non patitur. Unde jus tuum si quod tibi competit, citra invidiam 50 fisci mei tueri sollemniter cura. S. 6. Non. Aug. GORDIANO A. II. & POMPEJANO CONSS. 242.

quis potentia nominis ablineat se ab invasione. vide Cujac. ad l. 3. infr. de bon. vac. 20 Praterdende nomina in litem est ἐπισημίζω. 21 l. unie. C. Theod. h. t. lib. 2. 22 Puta senatorium. 23 Qui & δόματα, characteres, consilii. Tib. de div. domib. in c. 1. 24 Pertinet haec lex ad reos, qui potentiorum nomine, aut titulo adjuvando adores terrent: & rem cuius nomine conveniuntur, fundant alterius potentioris esse. Honorum pena haec est, ut affecti plumbo, perpetuis metallorum suppliciiis deputentur. hac lege. Synopf. Basil. d. l. 1. 25 Nov. 17. c. 15. Nov. 164. cap. 1. 26 Convenit d. l. 1. 27 Adhigantur d. l. 1. 28 Ινα μεμνησθω παντοχρόνον περιουσίαν τῆς τῆς ἀποδοτέων ἢ πλεονεκτημάτων διανεκῆς εἰς τὸ μέγαλον ἐκπέμπηται. Synopf. Basil. d. l. 1. Id est, ut undique plumbo conficiat, hoc est, metallum gelantes vel plumbati in metallum perpetuo dentur. 29 Αντίσημοι δόματα, contradictoriorum possessionibus aut titulis, d. l. 1. contradictoriorum possessionibus titulis, quidam etiam ita legunt. 30 Τῆς κτίσεως αὐτῶν ἢ τῆς διακίσεως ἐκπίπτει. Synopf. possessione ipsa, & administratione seu actu ejus excidere. 31 Nota poenam titulum alienum praedictentis. Hinc illud Augustini in serm. 1. 9. In ipsius deprecationibus suis titulum Christi haeretici posuerunt: ut praedae ipsorum defenderentur per titulum potentis. Quis facit Christus? eicit praedatorem, titulum non deponit, sed possidet domum, quia ibi invenit titulum suum. 32 Id est, quamvis in eam iustas qualidam allegationes habeant. 33 Εργαλαῖος συνοφανείας. Synopf. 34 Vela regalia Hal. Ambrosius ea etiam appellat cortinas regiae 3. epist. 33. Publici tituli ad Athalarico apud Calliodorum: tituli fisci a Theodorico apud eundem Calliodorum: fiscales tituli, l. 2. infr. de aqueduct. lib. 11. tit. 42. dicuntur, quae duo postrema pertinere possunt ad tit. 18. infr. h. t. Gregorius ad Constantian Augustam 4. Epist. queritur de Stephano quodam charrulario, quod nomine fisci, loca hujusmodi invaderet, & titulos imponeret iudicia causa. Goth. Quae sint vela Regia, vid. Ravard. Var. lect. lib. 5. c. 11. & 15. Anf. 35 Huc refer illud Augustini, de quo superius diximus. Hinc interea colligere possis, Urbem imperialem censeri, in cujus portus aut adificiis publicis, insignia imperatoris longissimo tempore suspensa fuerint, nemine ea evertere. 36 Jure meo refringere possunt tabulas, quas alter vi aut clam fixerit ad meam aediam januas. l. 1. infr. tit. prox. l. 22. §. 2. ff. quod vi aut clam. Nov. 28. c. 5. Edict. Tiber. c. 4. 37 Hoc igitur crimen capitale est, extremi ve supplicii. v. Nov. 164. in fin. 38 Adversus eos, qui ejusmodi vela conciderint. 39 Vid. Nov. 60. c. 1. in pr. 40 Propria scilicet. De regis dictum est tit. 18. de potentiorum titulis dictum est tit. 15. supr. h. lib. 41 Alii: imprimere, quas alius detinet quod ex nigro, & antiquis exemplaribus probat Ravard. Var. lect. lib. 5. cap. 16. Anf. 42 Forte tibi debita vel obligata, l. 2. infr. h. t. 43 l. ult. supr. lit. proxima. 44 Jure forte pignoris, infr. h. t. adde l. 22. §. 2. ff. quod vi aut clam. 45 Nisi velle sit omnibus rebus quali publicatis titulos fiscales apponi. Novell. 17. cap. 15. Novell. 23. c. 5. Imo, & extremum supplicium pati. Novell. 164. in fin. vide Cujac. hic. 46 Nec potens privatus tit. 14. 15. nec fiscus, nec respublica patrociniis lites alienas suscipere debet, ut hic. l. 22. §. 2. ff. de jure fisci. 47 l. 3. infr. h. t. 48 d. §. 2. 49 Donationem lites suscipiendae causa fiscus non admittit. 50 l. ult. infr. h. t. l. 9. ff. de hered. instis. Paul. 5. sentent. 12. §. 7. 3. adde l. 1. infr. qui militare poss.

De prae-textu debiti.

3. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Amphioni.

Abhorret a seculo nostro, sub prae-textu debiti procuracionem contra privatos sicum praestare. Dat. 8. Kal. Jan. Philippopoli, CC. CONSS. 294.

4. Idem AA. & CC. Achilli.

AD fraudem creditoribus faciendam, invidiam fiscalium contra seculi nostri tranquillitatem implorari non decet. Redde itaque quod sicco nostro debes: & si conventus velut a creditore fueris, quem tibi numerasse pecuniam negas, exceptione non numeratae pecuniae secundum leges uti potes. Dat. 16. Kalend. Jan. Sirmii, CC. CONSS. 294.

TIT. XIX.

DE NEGOTIIS GESTIS.

De sumptibus factis affectione materna, vel domestica.

1. Imp. SEVERUS & ANTON. AA. Sopatrae.

CUM tutores filiorum tuorum suspectos faceres, eisdemque tutores [seu curatores] peteres, munere pietatis fungearis: quae causa non admittit negotiorum gestorum actionem, ut sumptus, quos in ea lite fecisti, repetere possis: cum, etiam si quis pro affectione domestica aliquos sumptus fecerit, nulla ratione eos repetere possit. PP. 3. Non. Octobr. DEXTRO & PRISCO CONSS. 197.

De pupillo.

2. Idem AA. Rufinae.

CONtra impuberes quoque, si negotia eorum urgentibus necessitatis rationibus utiliter gerantur: in quantum locupletiores facti sunt, dandam actionem, ex utilitate ipsorum receptum est. Quae tibi quoque jure decernitur, quod sumptus in pupillum, quem Romam tutorum petendorum gratia duxisti, fecisse te allegas: si non matera ejusdem se facere paratam propriis impendiis ostenderit. PP. 10. Kal. Februar. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De soluto pro coherede.

3. Idem AA. Hadriano.

SI pro fratre coherede pecuniam solvisti, negotiorum gestorum actione experiri potes: si pignoris liberandi gratia debitum universum solvere coactus es, actionem eandem habebis, vel iudicio familiae eriscundae, si non est inter vos redditum, eam quantitatem assequeris. PP. 8. Kalend. Febr. ANULINO & FRONTONE CONSS. 200.

De pupilla negotiis tutoris mandato gestis.

4. Idem AA. Claudio.

QUI pupillae negotia tutoris mandato suscepit, pro tutore negotia non videtur gessisse, sed negotiorum gestorum actione pupillae tenebitur. PP. 3. Nonas Decemb. FABIANO & MUTIANO CONSS. 202.

De liberto.

5. Idem AA. Tryphonio.

OFFICIO nec minus obsequio liberti functus, negotiorum gestorum actionem contra patroni filias pupillas habere non potest. PP. 13. Kal. Jul. GETA & PLAUTIANO CONSS. 204.

De curatore dato patris testamento.

6. Idem AA. Gallo.

CURatorem tibi quidem patris testamento datum dicis, quod non potest videri jure factum: Quod si (ut proponis) administratione se immiscuit: negotiorum gestorum actio tam adversus eum quam contra heredes ejus tibi competit. PP. \* APRO & MAXIMO CONSS. 208.

De aditione hereditatis ex parte.

7. Imp. ANTONINUS A. Euphratae.

SI ab eo qui negotia tua gessit, heres ex duabus uncis institutus es: etiam si adeas hereditatem, in reliquis decem uncis adversus coheredem competiti tibi petitio, si quam adversus defunctum habuisti actionem. PP. 6. Id. Mart. ROMA, SABINO & ANULINO CONSS. 217.

1 l. 1. supr. h. t. 2 Fraus nulli inferenda, ne quidem a sicco. 3 l. 2. in fin. supr. hic. 4 Id est, solve, ut l. 6. supr. de juris & factis ignor.

5 L. 3. D. 5. Paul. 1. sent. 4. 5. Harm. 11. cap. vici dioxentov. adde 8. Eclog. 2. ex lib. 17. tit. 1. Negotiorum gestores sunt procuratores voluntarii sine mandato. 6 Sumptus factus ab eo, qui pietatem paternam vel similem debet, in dubio praesumitur factus animo non repetendi. l. 15. infr. h. t. l. 27. in fin. ff. h. t. l. 32. §. 2. ff. de cond. indeb. ideoque gestor contrarium probare tenetur. l. 34. ff. h. t. contrarium autem colligi potest in dubio, ex quantitate impensarum. l. 47. ff. de donat. int. vir. ex contraria protestatione gerentis, & facultatibus ejus, cujus negotium geritur. 7 Hae est contraria actio, negotii gestori competens. l. 2. 10. 20. ff. hic. 8 Aut amici, l. 44. ff. h. t. aut maritali, l. 13. infr. h. t. 9 Pupillus factus locupletior obligatur. l. 6. l. 21. §. 1. l. 34. in fin. l. 37. ff. h. t. 10 Pupillus non tenetur de negotio gesto, si idem negotium alius gratis facturus erat: Non cuius tamen id affirmanti temere credi oportet: potest enim id pupilli gratia quivis ad id conductus eumentri, in damnum bonae fidei gestoris. adde l. 6. in fin. ff. h. t. 11 Matertera admittitur ad defensionem negotii. Bald. 12 l. 31. in fin. ff. h. t. vide l. 18. in fin. infr. familia erisc. 13 Solutio voluntaria parit negotiorum gestorum actionem, ut hic: necessaria parit actionem ex illa causa, ex qua descendit. infr. h. t. vel utile negotiorum gestorum iudicium. l. 3. §. 10. ff. h. t. 14 Substitutus a tutore tenetur ei mandati: pupilli negotiorum gestorum. Et ita tutor ad negotia facta procuratore proprio nomine. Bald. Quid si nullo mandato tutor gessit, sed ne tutor tutelae teneretur? negotiorum tenebitur. l. 6. ff. h. t. 15 Quia nec ignorans, nec sciens le tutorem dicit. l. 1. §. 2. ff. de eo, qui pro tut. Paul. 1. sentent. 4. §. ult. fed simpliciter mandato tutoris gessit. 16 Officium (unde inofficium. l. 1. ff. de jure patron.) libertus patrono praestat, ut homini: obsequium, ut patrono. Bald. 17 Libertus praestans officium & obsequium libertis patroni, negotiorum gestorum actione eos non obligat. 18 Curator testamenti non datur: datus tamen confirmari solet. l. 16. ff. de excus. tut. §. 1. In fin. de cur. l. 1. in fin. ff. de confirm. tut. Si quid ante eam confirmationem gesserit, negotiorum gestorum actione id servabit. 19 Curatorem pater non potest liberis suis testamento relinquere, ut hic. adde 5. Harmen. 11. §. 33. 20 Dixi ad l. 4. in fin. infr. qui dare tut. 21 l. 7. l. 17. infr. h. t. l. 3. §. 7. ff. h. t. 22 Quique eo nomine tibi tenebatur. 23 Confusio facta videtur tui crediti cum eo quod tibi debebatur. 24 Senlus est, hereditatis aditionem non confundere debitum, nisi pro hereditaria portione. 25 Heredem tui debitoris, l. 6. supr. h. t. 26 Negotiorum gestoris: is tacite non videtur debitum remittere, qui propter occupationes militares reum convenire non potuit. 27 Ratio

De temporis praescriptione.

8. Idem A. & C. Severo.

ADversus eos, qui negotia tua gesserunt, negotiorum gestorum iudicio civiliter consistit: nec tibi oberit, si propter occupationes militares eam litem tardius fueris executus: cum hoc genus actionis longi temporis praescriptione excludi non possit. 6. Kal. Aug. ANTONINO & ADVENTO CONSS. 219.

De ratihabitione.

9. Idem A. Sallustio.

SI pecuniam [tuam] a debitore tuo Julianus exegit, eamque solutionem ratam habuisti: habes adversus eum negotiorum gestorum actionem. PP. 8. Kalend. Mart. PRESENTE & EXTRICATO CONSS. 218.

De eo, qui servum agrum curavit.

10. Imp. ALEXAND. A. Secundo & aliis.

SI servum alienum non inutilem domino constitutum, agrum curavisti: negotium utiliter gessisti & competenti vobis actione sumptus recuperare potestis. PP. 12. Kalend. Decembr. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De impensis a matre factis.

11. Idem A. Herenniae.

ALimenta quidem, quae filiis tuis praestitisti, tibi reddi non iusta ratione postulas: cum id exigente materna pietate feceris. Si quid autem in rebus eorum utiliter, & probabili more impendisti: si non & hoc materna liberalitate, sed recipiendi animo fecisse te ostenderit; id negotiorum gestorum actione consequi potes. PP. 12. Kal. Februar. ALBINO & MAXIMO CONSS. 228.

Si filius pro patre solverit.

12. Idem A. Theophilo.

SI filius pro patre suo debitum solverit, nullam actionem ob eam solutionem habet: si in potestate patris, cum solveret, fuerit, si vero sui juris constitutus: si donandi animo pecuniam dedit: Si igitur pater tuus sui juris constitutus, pro patre suo negotia gerens, non praecedente mandato debitum ejus solvit: negotiorum gestorum agere cum patris tuis [potes]. PP. Kalend. August. AGRICOLA & CLEMENTINO CONSS. 231.

De impensis in uxorem agram, vel in funus ejus.

13. Idem A. Aquiliae.

QUod in uxorem tuam agram erogasti, non a focero repetere, sed affectioni tuae [debes] expendere. In funus sane ejus, si quid eo nomine quasi receptum erogasti: patrem, ad quem dos rediit, jure convenis. PP. 8. Kalend. Novemb. AGRICOLA & CLEMENTINO CONSS. 231.

De negotiis mariti, & uxoris, mandato mariti gestis.

14. Idem A. Mutiano Rufo.

SI mandatum solius mariti secutus, tam ipsius quam uxoris ejus negotia gessisti, tam tibi, quam mulieri invicem negotiorum gestorum competit actio. Ipsi sane qui mandavit, adversus te mandati actio est: sed & tibi adversus eum contraria, si quid forte supererogasti. PP. 10. Kalend. Mart. MAXIMO II. & URBANO CONSS. 235.

De eo quod vitricus in privignas impendit.

15. Imp. GORD. A. Eutyichiano.

SI paterno affectu privignas tuas aluisti, seu mercedes pro his aliquas magistris expendisti: ejus erogationis tibi nulla repetitio est. Quod si [ut] repetiturus ea, quae in sumptum misisti, aliquid erogasti: negotiorum gestorum tibi intentanda est actio. PP. 6. Id. Jul. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De tributis pro sorore solutis.

16. Imp. GALLUS & VOLUSIAN. AA. Eutyichiano.

SI negotium sororis tuae gerens pro ea tributa solvisti, vel mandante ea, vel rogante id fecisti: negotiorum gestorum actione, vel mandati id quod solvisti te confiterit, repetere poteris. PP. 11. Kal. Maji, GALLO & VOLUSIANO CONSS. 253.

administracionis exigi potest usque ad triginta annos. Bald. Actio negotiorum perpetua est. 28 Vid. Cujac. 15. obf. 3. 29 Debiti exactio sine domini mandato facta ejus ratihabitione confirmari potest. 30 l. 10. in fin. ff. h. t. vid. l. 2. ff. de impens. in res. excipe casus l. 27. §. 17. ff. ad leg. Aquil. Alexander ipse sumptus restituit in simili. vid. Lamprid. 31 Mater si quos sumptus fecit in alienis liberis, ut hic, iure redimendis. l. 17. in fin. infr. de captiv. & postlimin. revers. in dubio videtur donasse. vide quae not. ad l. 1. supr. h. t. 32 l. 1. supr. h. t. idem in patre. l. 15. infr. h. t. 33 Parens sumptus factos in rebus liberorum, ut hic, aut in rebus eis emendis. Bald. hic: non videtur donare, ut hic, in dubio tamen si eos aluerit, intelligitur eis donasse alimenta. supr. h. t. ut & expensas factas in petendo eis curatore vel tutore, l. 1. supr. h. t. Et ita favorabilior est expensa in persona, quam in rebus. De expensis studiorum, & dote atque dicemus. Goth. Rationem v. in l. fin. §. 5. infr. de bon. qua liber. l. 1. §. 3. ff. de justit. & jure. l. 15. infr. h. t. Aut. 34 Mos ille vel ex quantitate sumptus, aut personis definitur. 35 Vide quae notavi ad l. 14. §. 7. ff. de relig. & sumpt. Donandi animus non praesumitur. 36 l. 4. §. h. t. l. 2. in fin. infr. de rei vindic. l. 33. in fin. ff. de leg. 3. In dubio quid dicendum? quantitas solutae pecuniae inspectanda. 37 Puta furiosam. vid. l. 22. §. 8. ff. soluto matrim. 38 Maritali: qua nulla major esse potest. 39 Maritus expensas factas in funere uxoris repetere potest, adde l. 14. §. 7. ff. de relig. & sumpt. 40 Et merito: Nam impensa funeris ac alienum dotis est. l. 16. ff. de relig. & sumpt. Hinc etiam collige, maritum impensas uxoris nomine factas ab eo repetere, ad quem dos uxoris rediit. Quid si dos nulla? heredes ab intestato conveniri possunt. Quid si nulli sint? pater defunctae conveniri potest, funeris nomine. l. 23. ff. de relig. & sumpt. Quid si pater non sit solvendo? maritus sumptus a se factos sibi imputabit. d. l. 23. Quid si tertius funeravit? maritus in quantum facere poterit conveniendus. d. l. 28. Interim hoc mirum videri possit, onus funerandae filiae patri magis incumbere, quam marito. 41 Idem actus respectu diversarum actionum diversti generis actiones potest parere. 42 Qui in hujusmodi personis praesumitur, cum eis privigni & privignae necnon filii eorum sint liberorum loco. l. 40. ff. de ritu nupt. vide Cujac. 9. obferv. 13. adde quae notavi ad l. 4. ff. de gradibus. Nec tamen tenetur vitricus onera privigni alias suscipere. l. 3. §. 7. ff. de maneribus & honor. 43 De vitrico, adde l. 1. infr. ubi pupill. educari. l. ult. infr. de contr. jud. tut. 44 Hujusmodi expensa cessante affectu vitrici praesumpto reperitur, de quibus vide quae notavi ad l. 79. ff. de verb. sign. 45 Adde l. 34. ff. h. t. 46 Dicitur est de expensis factis a matre. l. 1. l. 11. filio. l. 12. marito. l. 13. l. 14. vitrico. l. 15. liberto. l. 5. coherede. l. 3. supr. h. t. Nunc tractas de his, quae factae sunt a fratre. Id autem definit solventem tributa pro alio (etiam si frater) repetere posse. Alex.



De successoribus curatoris.

17. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Claudæ.

Curatoris etiam successores negotiorum gestorum utili conventos actione tam dolum, quam latam culpam præstare debere, nec ad eos officium administrationis transire, ideoque nullam alienandi eos res adultæ potestatem habere convenit. Dat. 13. Kal. Januar. Sirmii, AA. CONSS. 287.

De bona fide, de gestis ex necessitate.

18. Idem AA. & CC. Pomponio.

Ob negotium alienum gestum, sumptuum factorum usuras præstari bona fides suasit: Quo jure contra eos etiam, quorum te necessitate compulsum negotium gessisse proponis, per iudicium negotiorum gestorum uteris. Dat. 9. Kal. Januar. AA. CONSS. 287.

De re communi.

19. Idem AA. & CC. Alexandro.

Ab uno herede pro solido re veluti communi venundata, de pretio coheres venditoris negotiorum gestorum [actione] ratam faciens venditionem, agere potest. Dat. Id. Febr. Sirmii, CC. CONSS. 294.

Collatio tutoris vel curatoris & negotiorum gestoris, de dolo, & culpa: de his, quæ negotiorum gestor exegerit, vel non.

20. Idem AA. & CC. Octavianæ.

Tutori, vel curatoris similis non habetur, qui citra mandatum, negotium alienum sponte gerit: quippe superioribus quidem necessitas muneris administrationis finem: huic autem propria voluntas facit: ac satis abundeque sufficit, si cui vel in paucis amici labore consulatur. Secundum quæ super his quidem, quæ nec tutor nec curator constitutus, ultro quis administravit, cum non tantum dolum, & latam culpam, sed & levem præstare necesse habeat: a te conveniri potest, & ea, quæ tibi ab eo deberi patuerit, cum usuris compellitur reddere. De cæteris vero, quæ ab aliis tui constituta juris detenta exacta non sunt, ab hoc, qui nec agendi quidem propter exceptionis obitaculum facultatem habere potuit, exigi non potest: idcirco adversus eos, quos res tuas tenere dicis, detorquere tuas petitiones debes. Dat. 8. Kalend. Maji, Sirmii, CC. CONSS. 294.

De manumissione.

21. Idem AA. & CC. Michræ.

Si cognati tui servos suos manumiserunt: hoc, quod administrasse eos rem tuam contendis, impedimento eorum libertati fieri non potuit. Quin autem ex actu præcedenti, post manumissionem, si utriusque temporis administratio non connexa, sed separata sit: conveniri non posse, proculdubio est. Dat. 6. Kal. Octob. Viminacii, CC. CONSS. 294.

De casu fortuito.

22. Idem AA. & CC. Eulogio.

Negotium gerentes alienum non interveniente speciali pacto, casum fortuitum præstare non compelluntur. Dat. 11. Kalend. Decemb. CC. CONSS. 294.

Utrum hæc actio sit in rem, an in personam.

23. Idem AA. & CC. Theodoro.

Negotiis gestis, non in rem, sed in personam est actio. Dat. 12. Kal. Decemb. Nicomediæ, CC. CONSS. 294.

De prohibitione domini.

24. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

Si quis, nolente, & specialiter prohibente domino rerum, administrationi earum sese immiscuit: apud magnos auctores dubitabatur, si pro expensis, quæ circa res factæ sunt, talis negotiorum gestorum habeat aliquam adversus dominum actionem. Quam quibusdam pollicentibus directam, vel utilem: aliis negantibus (in qui-

1 Successor gestoris tenetur negotiorum gestorum actione. l. 6. §. h. t. l. 1. & 2. infr. de hered. tutor. Quid? qui pro tutore vel curatore gessit? etiam negotiorum gestorum actione tenetur. l. 4. §. qui dare tutorem. Paul. l. sentent. 4. §. ult. tamen si is qui pro tutore negotia gessit propria actione, id est, protulit, tenetur, quæ diversa est ab actione negotiorum gestorum. l. 1. §. si quis quasi. 6. ff. de eo, qui pro tutore. l. pen. ff. de tut. & ration. distr. 2 Nam ipse curator utili negotiorum gestorum actione tenetur. vide Cujacium ad §. ult. Paul. l. sentent. 4. 3 Dolus & culpa defuncti purgantur in persona heredis. 4 Non officium, sed obligatio tutoris in heredes descendit: officium, inquam, quod industriale sit aliquid, & in quadam industria consistat. 5 Morte finitur officium. l. 1. §. si quis ignorans rem minoris. 6 Qui auctoritatem tutoris non habet, alienare non potest. 7 Synops. Basil. 15. tit. 1. ex lib. 17. tit. 2. cap. 18. & 5. Harmen. 11. §. 19. 8 l. 19. §. 4. ff. h. t. l. 37. ff. de usuris. 9 Vid. quæ notavi ad l. 1. ff. de oblig. & action. 10 Id est, multo magis, ut sit sensus, si quis ultro negotia gessit, sumptuum a se factorum usuras potest petere, & is multo magis, qui ex necessitate gessit. 11 Si apud provinciam præsidem cum eis actione negotiorum gestorum experieris. Synops. d. loca. 12 Adde l. 31. in fin. l. 40. ff. h. t. l. 25. §. 16. ff. familia erisc. 13 Adde l. 1. in fin. §. de rebus alienis non. 14 Post rati- habitationem, negotiorum gestorum actio competit. l. 9. in fin. ff. h. t. 15 Tutor, curator, extraneus, alienum negotium gerunt. Hic ultro: illi, necessitate. 16 l. 39. §. 2. in fin. ff. de admin. & persic. tut. vid. l. 88. §. 6. ff. de leg. 2. l. ult. C. ne uxor pro marito. 17 Imo non sufficit; tenetur enim si quædam non gesserit. l. 6. in fin. ff. h. t. 18 Spontaneus gestor tenetur de dolo, lata & levi culpa. l. 11. ff. h. t. vid. l. 23. ff. de reg. jur. interdum de casu. l. 22. vers. Sed ita. ff. h. t. interdum, de dolo tantum. l. 3. §. 9. ff. h. t. 19 Negotiorum gestor bonam fidem, & exactam diligentiam re- huius ejus pro quo intervenit, præstare debet. Paul. l. sent. 4. §. 1. dolum & omnem cul- pam, h. e. non tantum latam culpam, sed & levem, ut hic. Interdum tamen præstat dolum duntaxat. l. 3. §. interdum. 9. ff. h. t. interdum etiam calum. l. si negotia. 11. ff. h. t. adde quæ scripti ad l. 3. §. 9. ff. de negotiis gest. 20 Pecuniæ quam apud se habuit. vide l. 23. in fin. ff. de usuris. 21 Gestor actiones movere non potest, ideoque usuras non præstat eorum, quæ non exigit. l. 6. in fin. ff. h. t. l. 31. §. 4. in fin. ff. de hered. pet. 22 Inutilis est actio, quam elidit exceptio. 23 Non est humanum ob rei pecuniariz quaestionem, libertati moram fieri. l. 37. in pr. ff. de fideicom. libert. 24 Sensus est, Servus ex negotio in servitute gesto liber factus, non tenetur. d. l. 37. circa fin. l. 17. 18. ff. h. t. vid. l. 1. l. 3. infr. an servus: nisi negotium etiam post libertatem continuave- rit. d. l. 1. adde l. 13. ff. de tut. & rationib. 25 Gestor casus non præstat. l. 23. ff. h. t. l. 6. infr. de pign. mandat. 26 Licet ex re nascatur negotiorum actio & rem repetatur: hinc ratio dubitandi sumitur. vide hic Accurs. 27 Nolle dicitur, qui specialiter prohibet: vid. quæ not. ad l. 3. ff. de reg. jur. 28 l. 40. ff. mandat. vide ad hunc locum Socin. reg. 137. 29 Nota consilium opinionum. 30 Post homini prohibitionem ac denunciationem factos sumptos gestor non repetit. Cur ita?

bus & Salvius Julianus fuit) hoc decedentes sancimus, si contradixerit dominus, & eum res suas administrare prohibuerit, secundum Juliani sententiam, nullam esse adversus eum [vel directam, vel utilem] contrariam actionem, scilicet post denunciationem, quam ei dominus transierit, non concedens ei res ejus attingere: licet res bene ab eo gestæ sint. Quid deinde, si dominus aspexerit ab administratore multas expensas utiliter factas, & tunc dolosa adimulatione habita eum prohibuerit, ut neque anteriores expensas præstet? Quod nullo modo patimur: sed ex quo [ea] testatio ad eum facta est, vel in scriptis, vel sine scriptis sub testificatione aliarum tamen personarum: eo eo die pro faciendis melforationibus nullam ei competere actionem: super anterioribus autem, si utiliter factæ sunt, habere eum actionem contra dominum concedimus sua natura currentem. Dat. 14. Kal. Decembr. LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

TIT. XX.

DE HIS, QUÆ VI, METUSVE CAUSA GESTA SUNT.

De rei interitu.

1. Imp. ALEX. A. Felici.

Persecutionem eorum, quæ vi vel furto ablata sunt, etiamsi postea interciderent, integram esse, jure responsum est. PP. 10. Kal. Dec. MAXIMO II. & ELIANO CONSS. 224.

De eo, qui cavet, deinde solvit.

2. Idem A. Alexandro.

Cum te non solum cavisse, verum etiam solvisses pecuniam confitearis: qua ratione ut vim passus restitui, quod illatum est, postules, perspicere non potest: quando verisimile non sit, ad solutionem te properasse omnia querela de chirographo, utpote per vim extorto, nisi & in solvendo vim te passum dicas. PP. 6. Kal. Jul. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De venditione, de herede, de actione in rem, de longæ possessionis præscriptione.

3. Imp. GORD. A. Cajo.

Si vi vel metu fundum avus tuus distrahere coactus est, etiamsi maxime emptor eum alii vendidit: si tamen tu avo tuo heres exististi, ut tibi reddito a te pretio restituatur, postquam placuit in rem quoque dari actionem secundum formam Perpetui Edicti, adito Præfide provinciarum poteris postulare, si modo qui secundo loco comparavit, longæ possessionis præscriptione non fuerit munitus. PP. 6. Id. Aug. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De venditione, de anno, de causa cognitione, quid veniat in hanc actionem.

4. Idem A. Primo & Euthydico.

Si per vim vel metum mortis, aut cruciatus corporis venditio a vobis extorta est, & non postea eam consensu corroboratis: juxta Perpetui formam Edicti, intra annum quidem agentes, (quo experiendi potestas est) si res non restituatur, quadriplii condemnationem referatis: scilicet reddito a vobis pretio: post annum vero causa cognita, eadem actio in simplum permittitur: Quæ causæ cognitio eo pertinet, ut ita demum decernatur, si alia actio non sit. PP. 3. Non. August. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De venditione, de persona, a qua vis est adhibita.

5. Idem A. Rufo militi.

Non interest, a quo vis adhibita sit patri & patruo tuo, utrum ab emptore, an vero sciente emptore ab alio, ut vi metuve possessionem vendere cogentur. Nam si adhibita vi compulsi sunt possessiones suas, quæ majore valebant, minimo distrahere: jurisdictionis tenore, ut id, quod improbe factum est, in priorem statum revolvatur, impetrabunt. PP. 6. Kal. Jan. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

quia in alieno sciens sumptus fecit: aliud si in suo quod suum existimabat. l. 13. ff. pro empt. De vi protestationis, dixi ad l. 14. §. 7. ff. de Religios. & sumpt. fun. Goth. Vide Gædd. de verb. signif. ad l. 25. num. 6. Anf. Adde Socin. reg. 137. Menoch. de arbit. judic. lib. 1. quaest. 69. num. 27. S. L. 31 Imo, eo casu non nisi dei possessor, & p. addi sumptus repetit: adde l. 38. ff. de rei vindic. Quid juris? repetit ex quo, ut ibid. dixi. Dominus autem non censetur locupletior, si sumptus facti negotium ejus absumunt. l. 58. ff. de rei vind. & breviter: Mala huius possessor necessaria impendit repetit. l. 5. infr. de rei vind. & miles. l. 38. ff. de hered. pet. Voluptuarias ita demum, si tolli possunt, alias non recuperat. arg. l. 38. ff. de rei vind. his adde Cujac. 10. obs. 2. & 13. obs. 26. in fin. 32 Denunciationis ac prohibitionis effectus vires tantum capit a suo initio: Protestatio non trahitur retro. Bald. Sed tamen videtur repugnare l. 5. §. de adific. pri- vat. Alios casus, in quibus expentæ etiam contra voluntatem domini factæ; reputantur, vide apud Corierum singulari Expensæ, ubi quinque casus adfert: adde Socin. reg. Ex- pensæ 137. ubi sex casus ponit. 33 Protestatio quemadmodum fieri debeat. 34 Id ut intelligendum, dixi superius.

35 l. Extr. 40. & l. Sext. 20. Regi Bixæ. 10. Eclog. 2. & c. Regi Cōdō. Hæc avayc xnc 26 Bixæ. 1. Harm. 11. vid. Papon. 3. Notar. 9. c. de force & violence: Paul. l. sen- tent. 7. 36 d. 2. 44. D. 4. vide Papon. 3. Notar. 9. c. de crainte. 37 Restitu- tionem hic incipit tractatus. Restitutiones autem dantur ob eas causas: si qua in re facti, vi, metu, ut hic: dolo. tit. 21. etate. tit. 22. ad fin. 38. simplicitate militie armate. tit. 51. aut alia quavis causa qua restitutionem mercatur. 34. translatione iudicii in alium. 55. vide Paul. l. sent. 14. §. 2. 38 Etiam sine dolo furis. l. 14. §. 11. ff. h. t. ut sit sensus: Interitus periculum furem spectare. 39 A Jurisconsulto, cuius in libello Principi oblato mentio facta. 40 Qui solvit (ut & qui ratum habet. l. 4. §. h. t.) quod ex cau- sione debet, non præsumitur metu solvisse. l. 23. ff. h. t. l. 8. ff. de cond. ob turp. 41 Gestum præsumitur spontaneo factum, non metu. vide Aleiat. 3. præsumpt. 7. 42 Actio quod metus causa est in rem scripta, & singularum successorem sequitur. 43 Actio quod metus causa, datur heredi. l. 14. §. 2. in fin. ff. h. t. 44 Spoliatus non- utilis. l. 9. §. 4. §. 6. ff. h. t. Paul. l. scilicet. 7. §. 4. Utilis in rem actio concurrat cum auctore præstari potest. 47 Syn. Basil. 10. tit. 1. ex tit. 7. c. 20. 48 Etiam ta- cito, pura solutione. l. 2. §. h. t. Ratihabitio actus antecedentem actum; metu gestum, non fuisse demonstrat & arguit. Consensus geminatio tollit metus præsumptionem. 49 Dixi ad l. 3. §. h. t. 50 l. 14. §. 2. ff. h. t. 51 Vim adhibuisse is præsu- mitur, quo sciente vis illata est, vel qui eam submisit. l. 9. §. 1. l. 14. §. 3. ff. h. t. l. 15. in fin. ff. de dolo. l. 1. §. 12. ff. de vi & vi arm. 52 Vid. l. 8. §. de restituenda vendit. 53 Restitutio res in priorem statum revolvitur. l. 24. §. 4. ff. de minorib. 25. ann. l. 1. §. de sens. passu.



De dignitate Senatoria.

6. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Pollia. AD invidiam alicui nocere nullam dignitatem oportet: Unde intelligis, quod ad metum arguendum, per quem dicis initum esse contractum, Senatoria dignitas adversarii tui sola non est idonea. PP. 3. Kal. Maji, Heraclia, CC. CONSS. 294.

De metu mortis, cruciatu corporis, capitalibus minis.

7. Iidem AA. & CC. Cotui 3. SI donationis, vel transactionis, vel stipulationis, vel cujuscunque alterius contractus obligationis confectum instrumentum, metu mortis, vel cruciatu corporis extortum, vel capitales minas pertimescendo, adito Praefide provinciae probare poteris: hoc ratum haberi secundum Edicti formam non patietur. Dat. 2. Non. Jan. AA. CONSS. 299.

De spe recipiendi, de metu civilium numerum.

8. Iidem AA. & CC. Tryphonio. CUM te domus & horti venditionem fecisse, sub spe recipiendi, quod de frumento feceras, instrumentum, vel timore ne ad civilia munera nominareris, proponas, & rescindi venditionem, veluti metu causa factam, desideres: intelligis, ad ratum non habendum contractum, metum hujusmodi prodesse non posse. Dat. 11. Kal. Sept. Viminacii, CC. CONSS. 300.

De iactatione, contestatione, atrocitate facti.

9. Iidem AA. & CC. Hymnodæ. METUM, non iactationibus tantum, vel contestationibus, sed atrocitate facti probari convenit. Dat. Kal. Decembr. CC. CONSS. 300.

De metu accusationis.

10. Iidem AA. & CC. Faustinae. ACCUSATIONIS instituta vel futuræ metu alienationem seu promissionem factam rescindi postulantis, improbum est desiderium. Dat. 6. Kal. Febr. CC. CONSS. 302.

De eo qui est in officio: de eo qui conjugis vel amici nomine abutitur.

11. Imp. CONSTANTINUS A. ad Euagrium P. P. SI per impressionem quis aliquem metuens saltem in mediocri officio constitutum, rei suae in eadem Provincia vel loco, ubi tale officium peragit, sub venditionis titulo fecerit cessionem: & quod emptum fuit reddatur, & nihilo minus etiam pecunia retineatur: simili pena servanda, si qui vel conjugis vel amici nominibus abutentes, prædam tamen sibi acquirant. 10. Kalend. Octob. Aquileia, CONSTANTIO A. VII. & CONSTANTINO Caes. CONSS. 353.

De extortis per potentiam.

12. Imp. HONOR. & THEODOS. AA. ad populum. VENDITIONES, donationes, transactiones, quæ per potentiam extortæ sunt, præcipimus infirmari. Dat. 13. Kal. Mart. His AA. VIII. & III. CONSS. 409.

TIT. XXI.

DE DOLO MALO.

Si fidejussor a creditore pignora emerit.

1. Imp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Clementinae.

SI fidejussor a creditore pignora emerit: oblata qua ntitate sortis & usurarum, tibi dominium cum fructibus, quos bona fide percepit, consultius restituet, ne fidei ruptæ gratia de dolo possit actio exerceri. Accepta Dat. 3. Id. Maji, PLAUTIANO & GETA CONSS. 204.

Si alia actio detur vel non. De causâ cognitione.

2. Imp. ANTONINUS A. Agrippae. DE dolo actio, cum alia nulla competit, causa cognita permittitur. Dat. Non. Novemb. GENTIANO & BASSO CONSS. 212.

1 Etiam imperatoriam & publicam. l. 2. in fin. supr. ne fessus, vel Respub. procur. 2 Ex sola dignitate Senatoria non præsumitur metus illatus, ut hic: multo minus Senatori præsumitur metus in urbe illatus. l. ult. in pr. ff. h. t. Quid reverentia paterna? estne metus species? non est iusta. l. 26. §. 1. in fin. ff. de pignor. & hypoth. l. 22. ff. de rit. nupt. Quid mariti? & ea quoque non est in dubio iusta. Bald. hic: quid patroni? vid. l. 1. §. 5. ff. quatuor rerum officio. 3 al. Cocivio. 4 Eadem præsumitur in præsumptionibus &c. id est, si venditionis, vel stipulationis, 10. Synops. Basil. præsi. c. 29. Hinc colligitur, donationem esse contractum. l. 8. in fr. de præscript. 30. vel 40. annorum. adde quæ not. ad l. 19. in fr. de verb. sign. & Bellon. 2. supput. 2. 5 Minz capita. les iustum metum inducunt. l. 8. §. 1. 2. 3. ff. h. t. Quando minz illatz censentur, vide l. 9. in fr. h. t. 6 Τὸ νόμιμον δικαίωματος, Syn. Basil. legalis edicti. 7 Metus ne quis vocetur ad munera, non inducit actionem quod metus causa. 8 Cur ita? vid. l. 9. in fr. h. t. 9 Iactationes metus inferendi ad futurum pertinent: metus autem est vis præsentis. l. 9. ff. h. t. 10 l. 13. l. 22. supr. de transact. 11 Vid. quæ dixi ad l. 13. supr. de transact. 12 Qui quid metuens facit, ne sibi damnum adferat accusatio instituta vel institutenda, metum sibi inferit potius quam ab alio accipit. Metus spontaneus non attenditur. 13 Id est, cum metuerem ne me accusaret, vel ne ab accusatione incepta debiteret. Syn. Basil. h. t. c. 32. adde l. 9. ff. de contrahend. & committ. stipul. 14 Ip. Constantius. 15 Vid. l. unic. §. de contract. judic. Synops. Basil. 19. tit. 1. ex lib. 10. tit. 2. c. 33. multo magis in majori. l. 3. §. 1. l. ult. in fin. ff. h. t. 16 V. l. pen. ff. de resc. vend. v. Cuiac. 16. obs. 13. ubi tractat de his, quæ administrantibus vel officium publicum gerentibus vendita sunt. 17 Fraudem facinus legi, quoties non ipsi, sed per interpositas personas legis mentem violamus, dixi ad l. 5. supr. de legibus. 18 Amici nomine abuti non oportet, ut hic. Imo possimus abuti. l. 14. ff. de contrah. & committ. stipul. 19 Ip. Constantio. 20 l. ult. C. Theod. de contrahenda emptione. lib. 3. tit. 1. l. 23. §. 1. ff. h. t. l. 6. ff. de off. præsid. 21 l. 7. supr. h. t. 22 d. l. 7. Adde & quoscunque contractus. d. l. 7. 23 l. 3. §. 1. ff. h. t. d. l. 6. 24 L. 4. D. 3. & I. Paul. sent. 8. & 2. C. Theod. h. t. l. 15. & 10. Eclog. 3. περί δόλων. & I. Harm. 3. c. περί δόλων. & 2. Decret. 14. & 2. sect. 6. & I. Clement. 4. & 2. extravag. 3. vid. Papon. 3. Notar. 9. cap. de dol. & fraude, de simulatione. vid. ff. plus valere, quod agitur. 25 Vide omnino ad hanc legem Cuiac. 3. obs. 37. 26 Fidejussor pignora a creditore potest emere, non tamen debitor ius dominii amittit, ut qui competat juri pretii offerendi. Ponamus obtulisse? pignus reddendum. An & fructus quoque percepti? utique si pignus simplex erat, non usurarium: & ita hanc legem intellige, cum Molinæo quest. 49. n. 349. de usuris. l. 59. §. 1. ff. mandati. l. 5. in fin. l. 6. ff. de distract. pign. l. 59. ff. de fidejuss. & mandat. 27 Pignus debitoris fidejussor a creditore potest emere, ut hic, at non in præjudicium secundi alterius creditoris. l. 2. ff. de distract. pign. 28 Id est, si offeras fidejussori tuo fortem & usuras: vicillim

De absentia Reip. causa.

3. Imp. GORDIANUS A. Aquilino. NON possunt obesse tibi tempora, quæ in actione de dolo solent computari, quibus Reipublicæ causa (ut allegas) occuparis: sed exinde tibi incipiet tempus cedere, ex quo muneribus liberatus, facultatem agendi intra præstituta tempora coeperis obtinere. PP. Idib. August. SABINO II. & VENUSTO CONSS. 241.

De contractu, facio ut des.

4. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Manandræ.

CUM proponas, inter te, & eum quem in contubernio ancillam tuam sibi conjunxisse memorasti, placuisse, Ut tibi pro eadem daret mancipium: intelligis, quod si manumisisti, vel ei tradidisti, & ille manumisit, revocandæ libertatis potestatem non habes, sed solum, si necdum statutum tempus excesserit, & fidem placitii rumpat, desiderare debes, de dolo tibi decerni actionem. Quod si penes te dominium ejus remansit: adito Praefide provinciae, cum natis ejus hanc potes recuperare, si nulla moveatur status quaestio. Dat. 3. Kalend. Maji, Heraclia, CC. CONSS. 294.

De transactione inter filiam emancipatam & patrem qui tutelam ejus gessit.

5. Iidem AA. & CC. Amphidrosæ.

SI superstiti patre per emancipationem tui juris effecta, matri successisti, rebusque tuis per legitimum tutorem patrem eundemque manumisit, postea transfegisti tantum factum sit, petitio tua per exceptionem submovetur: Si vero novatio legitimo modo intercessit, & acceptilatio subsequuta est: nullam tibi jam superesse actionem. Sane, si lasa es immodice liberatione solenniter per novationem, atque acceptilationem tributa: non de dolo propter paternam verecundiam, sed in factum actio tibi tribuenda est. Dat. Id. Jun. CC. CONSS. 294.

De indicis.

6. Iidem AA. & CC. Hymnodæ.

DOLUM ex indicis perspicuis probari convenit. Dat. Kal. Decemb. CC. CONSS. 294.

De repudiatione hereditatis.

7. Iidem AA. & CC. Sebasiano.

SI major quinque & viginti annis hereditatem fratris tui repudiasti: nulla tibi facultas ejus adeundæ relinquatur. Sane, si ejus uxoris tibi substitutz dolo factum est, actionem de dolo contra eam exercere potes. Dat. 16. Kalend. Maji, CC. CONSS. 294.

De tempore hujus actionis.

8. Imp. CONSTANT. A. ad Symmachum Vicarium.

OPTIMUM duximus, non ex eo die, quo se quisque admittit dolum didicisse commemoraverit, neque intra anni utilis tempus, sed potius ex eo die, quo adseritur commissus dolo, intra continuum biennium de dolo actionem moveri: sive abfuerit, sive præsto sit is, qui dolum se passum esse conqueritur. Omnes igitur sciant, neque incipiendæ post biennium, neque ante completum biennium coeptæ, post biennium [vero] finiendæ doli actionis [esse] concessam licentiam. Dat. 8. Kalend. Aug. Nesso, CONSTANTINO A. V. & LICINIO CÆSARE CONSS. 319.

TIT. XXII.

DE IN INTEGRUM RESTITUTIONE MINORUM [VIGINTIQUINQUE ANNIS].

De querela inofficiosi.

1. Imp. ALEXANDER A. Plotianæ.

ILLUD inspiciendum est, num inofficiosi querelæ vel palam vel tacite dissimulatione sit renunciatum. Nec hoc autem in tuam personam cadere posse auxilium, quod ætati impertitur, ostendit. Dat. 5. Id. Jul. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

tibi pignoris dominium & fructus restituet. 29 Eandem usuras secundus creditor rei principalis, pignus a fidejussore revocans, fidejussori offerre debet. d. l. 2. 30 Sertio mutui opponitur dominium pignoris: sortis usus fructus pignoris. l. 2. j. de usuris. l. 5. in fr. de act. empt. 31 Fidem rumpit debitor, qui cum simpliciter pro eo fidejussor sit, pignus ejus eo inficio emit, nec debitum offerendo cum ultris restituit: vel pignus quidem offert pretium & usuras offerenti debitori, fructus tamen pignoris sibi retinere vult. 32 l. 1. §. 1. ff. h. t. doli actio cum nulla alia concurrat. 33 De quibus vide l. ult. in fr. h. t. 34 Tempus movendæ actionis de dolo præteritum absentis Reipublicæ causa non nocet. 35 Contubernium quid sit, vid. l. 3. j. de incest. & inuit. 36 Nota contractum, facio, m des. 37 Data semel libertas revocari non potest. 38 l. 5. §. 3. ff. de præscr. verb. v. Forcatulum c. 3. Cupid. n. 5. 39 Emancipatione jus patriæ potestatis solvitur. §. 6. Inst. quib. mod. jus pat. potest. 40 Vid. Inst. de legit. parent. tutela. l. 1. §. 1. 2. ff. si quis a parent. manumisit. 41 Idem pater esse potest & manumisitor. vid. ff. si quis a parente manumisit. 42 Emancipatus cum patre suo potest transigere. 43 De non petendo scilicet. 44 Factum enim valet ad exceptionem. l. 27. §. 2. ff. de pact. 45 Novatio quid sit, vid. l. 1. ff. de novationib. 46 Acceptilatio quid sit, vid. l. 1. ff. de acceptilationib. 47 Quia acceptilatio perimitur ipso jure. d. §. 2. 48 Ob immodicam lationem transactio rescindi potest. & ita lex 2. & 3. ff. de rescind. vendit. pertinet ad transactionem, adde l. 3. j. comm. utr. judic. 49 Adde l. 30. ff. de operis libertorum. l. 11. §. 1. & l. 12. ff. de dolo. & l. 1. §. 43. ff. de vi Et vi. I. Harmen. 2. c. τί ἐστὶ χρηματιστικὸν &c. 50 An id abrogatum, vid. l. ult. in fr. qui & adversus quos. 51 Ex insidiis, Cuiac. 11. obs. 11. in fin. ἀπὸ ἐπιβουλῶν, 10. Eclog. 3. c. 46. & ita in l. 8. in pr. in fr. de rescind. vendit. 52 Atqui dolo interdum præsumitur. l. 41. ff. ad leg. Falcid. 53 Nec enim vagari oportet in dolo obijciendo. l. 19. ff. h. t. l. 6. ff. de probat. 54 Et persuasione. l. 9. §. 1. ff. h. t. l. 4. §. 28. ff. de doli mali & metus except. 55 L. un. C. Th. h. t. ex qua hæc interpolata. 56 Actio de dolo neque incipit a biennio post dolum commissum, neque finitur a biennio actionis de dolo institutz, sed inchoatur & finitur profus intra continuum biennium. Synops. Basil. 10. tit. 1. c. 42. 57 Biennii: olim erat annalis: vid. Cuiac. 21. de præscript. silentio perit actio de dolo. ut hic. Eclog. c. 43. h. t. at non perit exceptio: est enim perpetua, I. Harm. 3. c. περί δόλων, §. 70. & 71. Quin etiam post biennium non competit actio de dolo, actio tamen in factum de eo quod ad rem pervenit, competit. l. 28. in fin. l. 29. ff. h. t. videri autem potest huic legi derogari, & actionem de dolo quadriennio præscribi, l. ult. in fr. de temporibus in integrum restit. 58 Naisio. 59 L. 4. D. 4. Paul. I. sent. 9. & 2. C. Theod. 16. & 10. Eclog. 4. & I. Harm. 12. Papon. 3. Notar. 9. cap. de restitutione de minor. An ut minor, ita fides & Ecclesia in restitutionibus restituitur? sic sane: dixi in fr. de iure fisci. 60 l. 9. §. 1. l. 15. §. 1. ff. de inoff. testam. hinc colligit Cuiac. 17. obs. 17. querelam inofficiosi imitari actionem injuriarum.

*De honorum possessione, & numero liberorum.*

2. Imp. GORDIANUS A. Alexandro.

**E**O tempore, quo foror tua auxilio ætatis juvabatur, si patris intestati bonorum possessionem accipere debuit, licet quinque<sup>1</sup> filios superfites habuerit, non tamen ideo minus ad Edicti prærogativam pertinet: scilicet si nunc per ætatem beneficium restitutionis largitur. PP. 8. Id. Aug. ULPIO (PIO) & PONTIANO CONSS. 239.

*De contractu minoris habentis vel non habentis curatorem.*

3. Imp. DIOCLETIANUS & MAXIM. AA. & CC. Attiano.

**S**i<sup>2</sup> curatorem habens minor quinque & viginti annis post pupillarem ætatem res vendidisti, hunc contractum servari<sup>3</sup> non oportet<sup>4</sup>: cum non ab similibus<sup>5</sup> ei habeatur minor<sup>6</sup> curatorem habens, cui a Præ-tore curatore dato, bonis interdictum est. † Si vero sine curatore constitutus contractum fecisti: implorare in integrum restitutionem<sup>7</sup>, si necdum tempora præfixa exceßerint, causa cognita non prohibe-rit<sup>8</sup>. Dat. 14. Kal. Maji, *Heraclea*, AA. CONSS. 293.

*De probatione minoris ætatis: & tempora restitutionis exceßisse.*

4. Idem AA. & CC. Isidoro.

**S**i minorem te quinque & viginti annis fuisse, cum contraheres, ostenderis<sup>9</sup>: & tempora<sup>10</sup> restitutionis præstituta exceßisse, ab adver-sario tuo comprobatum non fuerit: Præfes<sup>11</sup> provinciæ in integrum restitutionis dare tibi auxilium debet. Dat. 6. Kal. Maji, *Heraclea*, AA. CONSS. 293.

*Si dolus adversarii non probetur: si ante impletum 25. annuum restitutio petatur.*

5. Idem AA. & CC. Rufo.

**M**inoribus in integrum restitutio, in quibus se captos<sup>12</sup> probare<sup>13</sup> possunt, etsi dolus adversarii non probetur, competit.

§. 1. Ante<sup>14</sup> impletum etiam quintum & vicesimum annum, de his, in quibus se captos existimant minores, posse in integrum restitutionem implorare, certissimi juris est. Dat. 5. Kal. Maji, *Heraclea*, AA. CONSS. 293.

*De morte adversarii.*

6. Idem AA. & CC. Sententiæ.

**S**i intra ætatem, cui succurri solet, in integrum restitutionis [auxilio] lis<sup>15</sup> inchoata<sup>16</sup> est, nec ei a te renunciatum est, mors ejus, contra quem hæc fuerit implorata, fraudi tibi esse non potest. Dat. 5. Kal. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

*De tutore falso ætate probata liberato.*

7. Idem AA. & CC. Severæ.

**D**E tutela avunculi ejusdemque tutoris, cui<sup>17</sup> falso ætate probata præstitisti liberationem, quem ignarum ætatis<sup>18</sup> tuæ non fuisse tam officium<sup>19</sup> tutelæ quam sanguinis proximitas arguit<sup>20</sup>, si necdum statutum tempus exceßit, ex causa in integrum restitutionis heredes ejus convenire potes. Dat. 11. Kal. August. CC. CONSS. 294.

*De prætermisissis vel ignoratis.*

8. Imp. HONOR. & THEOD. AA. JULIANO Pro-consuli Africæ.

**M**inoribus in his, quæ vel prætermiserunt<sup>21</sup>, vel ignoraverunt, in-numeris auctoritatibus constat esse consultum. Dat. Non. Maji, CONSTANTIO V. C. CONS. 420.

*De eo qui usus est jure communi.*

9. Imp. ZENO A. Æliano P. P.

**N**ON<sup>22</sup> videtur circumscriptus esse minor, qui jure sit usus commu-ni<sup>23</sup>. Dat. Kal. Jan. BASILIO V. C. CONS. 480.

## TIT. XXIII.

### DE FILIOFAMILIAS MINORE<sup>24</sup>.

*De fidejussione.*

1. Imp. GORDIANUS A. Gaudiano militi.

**F**iliusfamilias, si minor viginti quinque annis pro extraneo fidejus-sit<sup>25</sup>, in integrum restitutionem implorare non prohibetur. Sed & si<sup>26</sup> pro patre suo fidejussor extitit, eique diem suum functo

non<sup>27</sup> succedit: in integrum restitutionem postulare potest. Dat. Kal. Jul. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 240.

*De mutuo.*

2. Idem A. Tryphoni militi.

**S**i frater tuus, cum mutuum<sup>28</sup> pecuniam acciperet, in patris fuit potestate, nec jussu ejus, nec contra Senatufconsultum contractum est: propter lubricum ætatis, adversus eam cautionem in integrum resti-tutionem potuit postulare. PP. 3. Non. Octob. ULPIO & PONTIANO CONSS. 239.

## TIT. XXIV.

### DE FIDEJUSSORIBUS MINORUM

*Restitutio concessa minori non prodest fidejussori. Alex. De evulsione.*

1. Imp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Mironi.

**P**ostquam<sup>29</sup> in integrum ætatis beneficium restitutus es, periculum evictionis emptori, cui prædium ex bonis paternis vendidisti, præstare non cogeris. Sed ea res fidejussores, qui pro te interve-nerunt, excusare non<sup>30</sup> potest. Quare mandati judicio, si pecuniam solverint, aut condemnati fuerint, convenieris: modo si eo quoque nomine restitutionis auxilio non<sup>31</sup> juvaberis. 6. Kalend. Octob. SE-VERO A. & ALBINO CONSS. 195.

*De obligatione fidejussoris ob venditionem & de dolo.*

2. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Curioni.

**S**i ea, quæ tibi vendidit possessiones interposito decreto præfidis, æta-tis tantummodo auxilio juvatur, non est dubium fidejussorem ex<sup>32</sup> persona sua obnoxium esse contractui: Verum si dolo malo apparuerit contractum interpositum esse: manifesti juris est, utrique personæ, tam venditricis, quam fidejussoris consulendum esse. S. 6. Kal. Maji, DIOCLETIANO III. & MAXIMIANO AA. CONSS. 287.

## TIT. XXV.

### SI TUTOR VEL CURATOR INTERVENE-RIT<sup>33</sup>.

*De aditione hereditatis.*

1. Imp. ANTONINUS A. Martianæ & aliis.

**S**i jam puberes utriusque sexus parentum hereditatem adiistis; si etiam nunc in ea ætate estis, ut, eo quod paternæ hereditati vos obliga-tis, in integrum restitutionis auxilium accipere debeatis: per<sup>34</sup> procuratores vestros adite præfidem provinciæ. Quod si legitimam ætatem implettis, idque tempus<sup>35</sup> quo in integrum restitui potestis, exceßistis, curatores vestros, si adversus eos nondum experti estis, judicio secundum formam juris convenite. PP. 2. Non. April. LETO & CEREALI CONSS. 216.

*De gestis in judicio vel extra judicium.*

2. Imp. ALEX. A. Martianæ.

**M**inoribus<sup>36</sup> annis viginti quinque etiam in<sup>37</sup> his, quæ præsentibus tutoribus, vel curatoribus, in judicio, vel extra judicium gesta fuerint, in integrum restitutionis auxilium superesse, si circumventi sunt, placuit. PP. 3. Non. Mart. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

*De male gestis a tutore vel curatore, & de concurrentibus remediis.*

3. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Nicomedi.

**E**tiam in his quæ minorum tutores vel curatores male gessisse probari possunt<sup>38</sup>: licet personali actione a tutore vel curatore [jus] suum consequi possint, in integrum tamen restitutionis auxilium eisdem mi-noribus dari jam pridem placuit. Dat. 4. Non. Maji, MAXIMO & AQUILINO CONSS. 286.

*De contractu cum curatoribus.*

4. Idem AA. & CC. Isidoro.

**S**i creditor non vestram<sup>39</sup> personam<sup>40</sup>, sed curatorum secutus, cum ipsis contractum habuit, & ab ipsis stipulatus est: nullam ei prorsus adversus vos actionem competere manifestum est. 5. Kal. Maji, *Heraclea*, AA. CONSS. 293.

*mandat. l. 47. in fin. ff. de solutionibus. l. 116. §. 1. ff. de reg. jur. vid. Molin. quest. 13. de usur. num. 164. Cujac. 16. obs. 14.*

*24 Restituendo scil. l. 3. §. 4. l. 38. in fin. ff. de minorib. 25. ann. l. 2. §. 6. infr. de bon. qua lib. 25 Si adversus fidejussorem. l. 7. §. 3. ff. de minor. 25. ann. 26 l. 8. infr. de fidejuss. & mandat. 27 Filius, qui filius est, pro patre non tenetur, sed qua heres. l. 3. l. 4. infr. ne filius pro patre. l. 12. infr. de oblig. & actian. 28 Vid. l. 1. infr. si advers. credit.*

*29 In integrum restitutus minoribus, tenentur nihilominus, qui eorum nomine fide-jusserunt. l. Harm. 12. §. 64. 30 Minore restituito ejus fidejussores non restituuntur. l. 2. infr. l. 13. ff. de minor. 25. ann. Imo restituuntur. l. 51. ff. de procur. 31 Id est, nolis uti. 32 Minore restituito non restituuntur ejus fidejussor: eoque respectu, restitutio beneficium personale dicitur, quoties autem ad heredes descendit, dicitur reale. vid. Wurmser. l. pract. 25. obs. 3. hocne perpetuo verum est, restituito minore fidejussorem non restitui? restitui constat in l. 51. ff. de procur. Imo non restituitur hoc tit. l. 35. ff. de recept. qui arbit. Sic sentio: si dolus intercessit in fidejussione, fidejussor juvatur; ut hic. l. 7. §. 1. ff. de exceptionib. quemadmodum si nihil creditori minoris deperit. l. 89. ff. de adq. vel omitt. hered. si ignoravit minorem. l. 48. §. 1. ff. de fidejuss. & mandat. si minor succellit. l. 95. §. 3. ff. de solut. Si hæc defint, non juvatur. l. 13. ff. de minorib. 25. ann. l. 25. ff. de fidejussor. & mandat. Rei coherentes exceptiones etiam fidejussori competunt. l. 7. §. 1. ff. de except.*

*33 An restituendus minor? dic ut infr. h. t. 34 Per curatores vestros. Cujac. ad l. illud 25. §. 1. ff. de minorib. 25. ann. 35 l. 4. supr. de in integrum restit. 36 Mi-nores, qui sub tutela vel sub curatione sunt, in iis in quibus circumscripti fuerunt etiam præsentibus tutoribus vel curatoribus restituuntur. Syn. Basl. 10. tit. 10. cap. 7. & 1. Harm. 12. §. 34. 37 Minor circumventus in judicio vel extra, præsentem etiam tu-torem vel curatorem, restituitur. l. 4. vers. Nam si. infr. si advers. rem judic. l. ult. ff. de in-tegr. l. 29. l. 47. ff. de minorib. 25. ann. 38 Personalis actio ordinaria: restitutio extraordinaria, utraque competit minori adversus tutores & curatores. 39 Id est, minoris. 40 Tutor spondens sui pupilli nomine, non ut tutor, sed ut quisvis spon-sione sua non obligat pupillum.*

*1 Vid. l. 12. infr. de administr. tut. 2 Si absque curatoris sui consensu minor quidquam alienaverit, nihil videtur facere, l. Harmen. 12. §. 37. 3 De quo vide Jalonem ad l. videamus. num. 17. ff. de in litem jur. sed an possit donare causa mortis sine curatore, tractat Tiraquel. gl. 5. n. 72. & 83. Mod. 4 Atqui possunt ex stipulatu obligari. l. 101. ff. de verb. oblig. 5 Minor habens cu-ratorem ei est similis, cui bonis interdictum, id est, prodigo comparatur. Neuter sua potest alienare. An eo tantum casu similis est? Robertus negat, l. animadvers. 12. An-tonius Mercator ait l. Net. 12. 6 Legendum videtur major, ut minori curatorem habenti comparatur major bonis interdictus, & ideo curatorem habens. 7 Quæ datur, quoties constat de læsione: & ita contractus adulti non est ipso jure nullus. Nam si nullus esset, non daretur restitutio. Hæc enim ad ea tantum refertur, quæ antea tenuerunt. l. 7. in fin. ff. de exceptionibus. 8 Imo videtur non prohiberi, l. 101. ff. de verb. oblig. 9 Qui ætatem allegat, eam probare tenetur. l. 9. j. de probat. nec enim præ-sumitur quis minor. vid. Alciatum 2. præsumpt. 14. nisi quid aliud aspectus demonstrat. l. 32. ff. de minorib. 25. ann. 10 Vid. infr. de temp. in integrum. adde l. 1. j. si tutor vel curat. interu. Novell. 115. cap. 1. vers. Propter causas. 11 In Gallia rex solus resti-tuit, ideoque minor non auditur in Gallia sine literis regis. Rebuff. in proam. const. gloss. 5. num. 48. 12 Graviter scil. & ita non in omnibus. l. ult. infr. h. t. l. 44. ff. de mino-ribus 25. ann. 13 An minori incumbat onus probandæ læsionis, vid. l. 16. vers. emptor autem. j. de præditiis, & alii verus minorum. l. 13. §. 2. ff. de Publician. in rem act. adde l. 9. §. 4. ff. de jurejur. 14 l. 1. in fin. j. si minor se majorem. 15 Instantia restitutio-nis in integrum transit ad heredem. 16 Restitutio postulat nihil innovandum, nec executio impedienda, ut hic: nisi sententia lata sit a Principe vel judici appareat restitutio in fraudem petita. c. suscitata. extr. de in integrum restitut. vide Socin. reg. 346. 17 Id est, cui, cum salis te majorem esse probavisset, liberationem fecisti, adde l. ult. j. si minor se major. 18 Etas testibus probari potest. 19 l. 2. §. 2. j. de jurejur. propter calumniam. 20 Coniuncti sanguine præsumuntur scire ætatem cognatorum. l. 9. in fin. ff. unde cognati, l. 37. j. de liberali causa. Ea præsumptio tam efficax est, ut onus probandi transferat. vid. Roland. a Valle l. conf. 19. adde l. 9. j. de nupt. alias ignorantia præsumitur. l. 6. infr. qui militare poss. 21 l. 44. ff. de minorib. 25. ann. vid. tit. j. si us omitt. 22 Synops. Basl. 10. tit. 4. c. 58. & 1. Harm. 12. §. 61. 23 Seu publico. l. 11. §. 2. in fin. ff. de minorib. 25. ann. l. 51. §. 4. in fin. ff. de fidejuss. &*

De concurrentibus remediis.

5. Iidem AA. & CC. Valentino.

ETiam tutoribus vel curatoribus distrahentibus, vel aliis contrahentibus, minores tam restitui rebus propriis, quam tutorum vel curatorum damna sequi, nullo eis praedictio per electionem generando, placuit. 6. Id. Decemb. CC. CONSS. 294.

TIT. XXVI.

SI [IN] COMMUNI EADEMQUE CAUSA IN INTEGRUM RESTITUTIO POSTULETUR.

Paetum sororis fratri non praedictat, ut nec restitutio sororis fratri patrocinatur.

1. Imp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Aphobio & aliis.

NEc si major vigintiquinque annis soror vestra fuit, vobis non mandantibus, nec ratam transactionem habentibus, de jure vestro quicquam minuere potuit. Nam si cognitis, quae gestis, his consensum post vigintiquinque annos [etatis] commodastis: quamvis illa minor pro portione sua restitutionis auxilium implorare possit: vobis tamen, ad communicandum Edicti perpetui beneficium, ejus aetas patrocinari non potest. S. 3. Idus August. CC. CONSS. 294.

TIT. XXVII.

SI ADVERSUS REM JUDICATAM [RESTITUTIO] POSTULETUR.

De judicio tutela.

1. Imp. ALEXAND. A. Villis.

MINus ex tutelae judicio consecuti, de superfluo habere actionem ita potestis, si tempore judicii minores annis fuistis, & nunc beneficium aetatis vobis largitur: Ceterum, si post legitimam aetatem sententia prolata est, iterato eandem actionem de eisdem speciebus inferre non potestis. PP. 5. Kal. Febr. POMPEJANO & PELIGNO CONSS.

De patria potestate.

2. Imp. GORD. A. Serenae.

SI cum pater tuus te in sua potestate esse, minimeque emancipationem a se factam valere diceret, Proconsul super causa cognoscens, te ejus potestati subjectam pronunciaverit: cum adversus eam sententiam in integrum restitui postules; is, qui provinciam regit, in impedienda cognitione suas partes secundum leges exhibebit. PP. 15. Kalend. Decemb. ULP. & PONTIANO CONSS. 239.

De sententia ejus, qui vice Principis judicavit.

3. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS Caes. Aelianae.

ADversus sententiam ejus, qui tunc vice Principis judicavit, in integrum restitutionis auxilium apud Praetorem seu Praesidem provinciae Clarissimum Virum flagitare nequaquam poteris: Nam adversus ejus sententiam, qui vice Principis cognovit, solus Princeps restituet. PP. 18. Kal. Novemb. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

De minoribus defensis vel indefensis.

4. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Urbino & aliis.

CUM & minores vos esse affirmetis, & indefensos, nullum vobis praedictum fieri Praeses provinciae pro sua gravitate curabit. Nam si justa defensione tutorum, vel curatorum vobis assistente, aliquid statutum est: intelligitis in integrum restitutionis auxilium vobis esse necessarium: eodem obtinente, etiam si per procuratorem vestrum legitime ordinatum lis agitata est. Dat. 16. Kalend. Maji, MAXIMO & AQUIL. CONSS. 286.

1 Hanc colligunt differentiam inter distractum & contractum. potest adversus electionem.

2 Minor restitui potest adversus electionem.

3 Gestum ab aliquo, sit nostrum mandato, vel ratihabitione. Gestum ab aliquo, sit nostrum mandato, vel ratihabitione. Gestum ab aliquo, sit nostrum mandato, vel ratihabitione. Gestum ab aliquo, sit nostrum mandato, vel ratihabitione.

9 Minores condemnati restituuntur, ut litem rursus movere possint. Synops. Basil. lib. 10. tit. 7. tit. 9. Etiam adversus rem judicatam minoribus datur in integrum restitutio. 1. Harmen. 12. §. 47. 10 l. 18. §. 1. ff. de minorib. Restitui minor etiam potest, si provocacionem omisit. l. 7. §. 11. ff. de minorib. vel allegacionem. l. 36. dist. tit. si contentum fuit. l. 53. §. 4. ff. de rejudic. adversus sententiam cujusque judicis, etiam Principis. l. 3. infr. h. t. l. 18. §. 1. ff. de minorib. etiam si de causa status agatur. l. 2. J. h. z. utique a tutoribus defensio fuerit. l. ult. infr. h. t. l. 29. l. 47. ff. de minorib. 25. ann. 11 Remedia adversus sententiam, restitutio. ut hic: appellatio. infr. de appellacion. Et consil. supplicacione adversus sententiam Principis & Praefecti Praetorio. l. 5. & Auth. sequenti. §. de precibus imper. offer. l. unic. infr. de sentent. pres. prat. querela falsi. J. si ex falsis instrument. nullitatis propositio. de qua vide Oldendorp. c. 57. de exception. Et in tract. de sentent. Et rejudic. Papon. 2. Notar. cap. Des exceptions. 12 Minor etiam adversus partem sententiae potest restitui. l. 29. §. 1. ff. de minorib. 25. ann. 13 Minor (aliud in majore) potest restitui adversus sententiam. l. 18. §. 1. l. 40. ff. de minorib. 25. ann. 14 l. 5. in fin. ff. de probationib. 15 l. 18. §. 3. §. 4. ff. de minorib. 25. ann. vide quae ad hunc locum Cujac. 16. observ. 2. 16 Vel Praefecti Praetorio. l. 16. in fin. l. 17. ff. de minorib. 25. ann. Quid si lis in Principis auditorio judicata? iterum judicari potest. l. 18. §. 1. ff. de minorib. 25. ann. 17 d. §. 1. 18 Sententia lata contra minores indefensos, est ipso jure nulla: e contrario, Ubi legitime defensi, valet iudicium & sententia. l. 2. infr. in quibus causis in integrum restit. 19 Vide l. 2. supr. si tutor vel curator intervi. 20 Idem praestat acque efficit procurator legitimus, quod tutor & curator. Poterintne auctoritatem pupillo praestare? Bald. putat posse. 21 Vel a minore cum auctoritate tutoris. l. 23. in fin. ff. de minorib. 25. ann. 22 Id est, contra commodum minorum. 23 Sententia lata contra tutorem in causa pupillari, dicitur lata contra pupillum: ideo pupillus potest restitutionem petere.

24 Quid? adversus emptionem potest restitui? potest non modo, si eum emptionis contractus pecciteat. l. 11. §. 4. l. 27. §. 1. ff. de minorib. 25. ann. sed si eam affectet. l. 35. 38. ff. de minorib. 25. ann. Potest etiam restitui adversus permutacionem. l. 4. infr. de praedictis & aliis rebus minorum est enim emptioni vicina. l. 2. J. de rebus permutat. ejusque quali mater, l. 1. in pr. ff. de contrah. empt. Plura de restitutionibus adversus emptionem, vid. in l. 1. §. 13. ff. si quis in fraud. patron. 25 Minor restituitur adversus venditionem propriam, etiam si iusjurandum interposuerit. Synops. Basil. 10. tit. 10.

De sententia lata contra tutores vel curatores.

5. Iidem AA. & CC. Martiano.

IN rem pupilli, vel adulti contra tutores seu curatores a Praeside lata sententia, restitutionis auxilium non minus, quam si quid adversus eos fuisset statutum, implorare minores posse constat. Dat. 10. Kal. Novemb. AA. CONSS. 293.

TIT. XXVIII.

SI ADVERSUS VENDITIONEM.

De jurejurando.

1. Imp. ALEX. A. Florentio Militi.

SI minor annis vigintiquinque emptori praedicti cavissi nullam de cetero te esse controversiam facturum, idque etiam jurejurando corporaliter praestito servare confirmasti; neque perfidiae, neque perjuria me auctorem [tibi] futurum sperare debuisti. Dat. 6. Kal. Septemb. \*

Nova constitutio FRIDERICI.

Sacramenta puberum sponte facta super contractibus rerum suarum non retractandis involubiliter custodiantur. Per vim autem, vel per justum metum extorta etiam a majoribus, (maxime ne querimoniam malefactorum commissorum faciant) nullius esse momenti jubemus.

De commentitiis venditionibus, vel curatorum infidiis.

2. Imp. CONSTANT. [CONSTANTIUS & CONSTANS, AAA.] ad populum.

IN integrum restitutione minoribus adversus commentitias venditiones, & adversus tutorum [seu curatorum] infidiis, sanctorum praesidio cautum esse non dubium est. Dat. Idibus August. Sirmii, CONSTANTIO II. & CONSTANCE CC. CONSS. 340.

TIT. XXIX.

SI ADVERSUS VENDITIONEM PIGNORUM.

Si res minoris est vendita jure creditoris minor non restituitur, nisi ob enorme damnum. Bald.

1. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Sabinae & aliis.

ETiam adversus venditiones pignorum, quae a creditoribus sunt, minoribus subveniri, (si tamen magno detrimento afficiantur) jam pridem placuit: Si igitur pignori captis praedictis, ac distractis, enorme damnum ex hujusmodi venditione passos vos ostenderitis, praesertim cum hodie minores vos esse affirmetis, auxilium restitutionis vobis impertietur. Dat. 10. Kal. Decembr. Sirmii, ipsis AA. CONSS. 293.

2. Iidem AA. & CC. Severae & Clementinae.

REM quae a patre vestro quondam creditor ejus obligatam sibi distraxit, per aetatem vestram postulantium revocari desiderium non habet rationem: Quod juris est, etiam si extraneo successistis: Nam si creditor non bona fide versatus est: ipsum magis, vel tutores, sive curatores vestros, qui hanc venundari passi sunt, convenite. Dat. 13. Kalend. Maji, Sirmii, CC. CONSS. 294.

TIT. XXX.

SI ADVERSUS DONATIONEM.

1. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Theodora.

SI quae res ante nuptias congruenti moderatione a minore annis vigintiquinque marito sponsaliorum tempore, etiam curatore praesente, tibi donatae sunt: obtentu aetatis non revocabuntur. S. 3. Non. Novemb. DIOCLETIANO & ARISTOBOLO CONSS. 285.

12. Et I. Harm. 12. §. 65. l. 27. §. 1. vers. Item ex diverso. ff. de minorib. 25. ann. l. 11. J. de praedictis & aliis rebus minorum. 26 Minor jurejurando potest sibi auferre restitutionis beneficium. Minores restituuntur adversus venditionem propriam, etiam si iusjurandum interposuerit. 10. Eclog. 10. Et 12. adde l. ult. infr. de non numer. pecun. 27 l. 3. in fin. J. si minor se majorem. id est, tactis Sacrosanctis Evangelii, vel manu sub. lata, quod Ballamo vocat σωματικὴν ἔσθην. vid. Cujac. ad Nov. 51. adde l. 9. §. 4. ff. de jurejur. 28 Dic tamen ut in authentica proxima. 29 His verbis Imperator denegat iusjurandi veniam. 30 His verbis denegat Imperator restitutionem in integrum. 31 2. Feudor. 53. §. 3. 32 In hanc authent. vid. Joann. Yanez. rer. quod. lib. 2. cap. 4. per tot. & Montan. de tutel. cap. 33. num. 577. Et seq. Philipp. Cornueum in repetit. solenni. Idem Jure Canonico, can. 14. parvuli & c. seq. 22. quoff. 5. Ant. Merend. lib. 1. controu. cap. 1. Alexand. Sperell. decis. for. Eccles. 47. Anf. Adde Matth. de Afflic. decis. 322. Et 339. Mautic. de tacis. Et ambig. lib. 23. cap. 5. Fachin. lib. 3. controu. cap. 10. Et 11. S. L. 33 Juramentum praestitum a pubere super contractu aliquo nullo facit, ut is valeat. Doct. hic communiter, & latissime: sed an hoc locum habeat in pupillo doli capace: & an talis jurans possit ultra quadriennium dicere se enormiter laesum, docebit de Afflic. decis. 322. item an haec dispositio locum etiam habeat in donatione. Decius consil. 181. idem Afflic. decis. 393. num. 11. Hippolyt. singul. 299. Tiraquell. de legibus consubial. gloss. 5. n. 49. An in donatione juris patronatus. Decius consil. 639. An in donationibus remuneratoriis. Curtius consil. 65. Decius dist. consil. 639. Alexander consil. 125. lib. 1. Mod. 34 Hoc non servatur in Gallia. Minor enim gratiam sive dispensationem iusjurandi petit ab episcopo, vel ejus vicario: quae non solet ei denegari. postea vero literas impetrat a rege vel ejus cancellario: & ita servatur in Curia omnibus etiam in restitutione majorum. Rebuff. in praemio consil. gloss. 5. n. 50. Idem tit. 2. tract. de restit. Et relevat. 35 Vid. Cuj. 2. feud. tit. hac edit. §. 53. §. item Sacramenta. 3. 36 Inducenda sunt haec nomina Constantius & Constantia: tribuenda quippe haec lex Constantino M. 37 l. 1. c. Theod. de su. integro restitutio. lib. 2. 38 l. 7. §. 8. ff. de minorib. 39 Ipsi Aug. VII. & Constantino C. IV. id est, A. D. 326.

40 10. Eclog. 11. 41 Minores restituuntur adversus venditionem pignorum suorum factam a suis creditoribus, si in ea magno detrimento sint affecti. Synops. Basil. 10. tit. 1. 42 l. 9. l. 38. ff. de minorib. 43 Adde l. 4. J. de reb. alienis non alienand. l. 2. in fin. infr. de praed. & aliis rebus minorum. 44 Restituuntur minores adversus venditiones pignorum a creditoribus factas: nisi forte eorum pater pignori ea obligavit creditoribus, non ipsi minores. 1. Harm. 12. §. 49. 45 Minor adversus distractiones eorum pignorum & fiduciarum, quas pater obligaverat (si non ita ut oportet distrahere sint) restitui in integrum potest. Paul. 1. sentent. 9. §. ult. adde l. 1. §. 2. l. 5. §. 3. ff. de rebus eorum qui sub tutel. & ita pignus hereditarium, id est, successione ad minorem delatum, potest a creditoribus distrahi, Conventionale, id est, a minore constitutum non potest. 46 10. Eclog. 12. 47 Synops. Basil. 10. tit. 12. Et 1. Harm. 12. §. 45. 48 Mobiles. Nam immobiles non potest sine decreto alienare. l. 8. infr. de praed. & aliis rebus minorum. 49 Minor potest uxori moderate nuptiarum causa donare, curatore praesente: aliud si nimium ei donaverit. l. 4. J. de praed. & aliis rebus minor. l. 12. §. 3. ff. de admin. Et paric. tutor. Pater



Pater non potest alienare res donatas filiis emancipatis.

2. Iidem AA. & CC. Medea.

SI in te ac fratrem tuum emancipatos pater vester donationem fecit: in alium postea transferendo portionem ejus, nihil vobis absulit: Nec si frater tuus [sibi] qualiti praedii rustici partem donanti patri consensit, dominium ab eo discedere potuit propter Senatusconsulti auctoritatem: nec auxilium in integrum restitutionis hac in re necessarium est. In aliis vero rebus quae etiam sine decreti recitatione alienari possunt: si, postquam sibi donatae fuerint, postea alii donanti eandem patri voluntatem in minori aetate commodavit, nec praestituta tempora restitutionis excessit: hoc auxilium implorare potest. Dat. 8. Kal. Jan. AA. CONSS. 293.

TIT. XXXI.

SI ADVERSUS LIBERTATEM 3.

De sententia.

1. Imp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Hamniae.

SI post decretum praetoris viri clarissimi, qui fideicommissariam libertatem debere pronuntiaverit, Secundus, (quem conditioni non paruisse conquereris) manumissus non est, aetas tua litis instaurationem admittit. Quod si libertatem (quamvis indebitam) dedisti, non posse eam revocari intelligis: sed damnum, quod ob eam causam illatum est iudicio negotiorum gestorum a curatoribus tuis esse faciendum. PP. 2. Kal. Jul. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De manumisso vindicta.

2. Imp. GORD. A. Solanoae.

ET si minor viginti annis, ut allegas, constituta, servum tuum ab eo circumscripta, in consilio manumissisti: tamen vindicta impositio, qua libertas iusta munitur, nec obtentu quidem aetatis rescindi potest, indemnitati vero tuae a manumisso, scilicet faciendae, ab eo, cujus iurisdictione est, quatenus iuris ratio permittit, consuli debet. PP. 6. Id. Mart. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

Si vindicta vel alio modo manumissio facta sit: de fraude curatoris.

3. Imp. VALER & GALLIEN. AA. Marthonae & Sabinillae.

QUOS retrahi in servitutem postulatis, si non in concilio causa cognita, cum minores annis viginti fuissetis, manumissistis, non per in integrum restitutionem, sed ipso jure persequi potestis. Quod si probata causa, libertas praestita est: restituitur in integrum contra libertatem locum habere non potest. Si tamen in ea re, culpa seu fraude liberti, eisdemque curatoris ratio vestra laesa sit: faciri damnum ab eo, qui hoc intulit, Praeses provinciae curabit, non dubitaturus etiam graviores executionem adhibere, si quid tam aperta fraude commissum est, ut puniendum in libertate crimen deprehendatur. PP. 8. Kal. Octob. SECULARE II. & DONATO CONSS. 261.

De sententia.

4. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Tatiano.

IN iudicio de liberali causa sententiam pro libertate latam, ne quidem prerogativa minoris aetatis sine appellatione posse rescindi, ambigi non potest. Dat. 6. Id. Jan. ipsi AA. V. & IV. COSS. 293.

TIT. XXXII.

SI ADVERSUS TRANSACTIONEM 16 VEL DIVISIONEM 17 (IN INTEGRUM MINOR RESTITUI VELIT.)

Minore restituto contra transactionem vel divisionem, restituitur adversarius ad veterem actionem. Bald.

1. Imp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Antonio.

CUM in integrum pupilla restituta, rescindi transactionem vel divisionem placuit: tu quoque actionibus, quas pridem habuisti, uteris. PP. 15. Kal. April. SIRMII, AA. CONSS. 203.

2. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Hymnodae.

SI ex persona minorum in integrum restitutio adversus factum propter aetatis auxilium imploretur: tibi quoque agenti ex integro vel replicatione contra exceptionem pacti, vel si peremptam esse constet, pristinam obligationem ex instauratione negotii tributa [tibi] actione consulendum est. Dat. Kal. Decemb. AA. CONSS. 303.

1 Pater non potest res donatas filiis emancipatis alienare: vel ita, Donatum a patre minori emancipato, nequit alteri pater donare. Syn. Basf. d. c. 10. ne quidem minore ipso consentiente. I. Harm. 12. §. 26. 2 Qui alienare non potest, non potest alienationi consentire. l. 160. ff. de reg. jur. 3 10. Eclog. 13. 4 Minor adversus iam collatam libertatem restitui non potest: adversus competituram potest. l. 11. §. 1. l. 33. ff. de minor. 25. ann. 5 l. 2. 3. J. h. t. l. 11. l. 48. §. 1. ff. de minorib. 25. ann. 6 Est minor circumscriptus servum in concilio manumiserit, non restituitur: sed a manumisso indemnitati ejus consulitur: si sine concilio manumiserit, restituitur. Synops. Basf. 10. tit. 13. 7 Ex suvedio. Synops. Basf. 10. tit. 13. vid. infr. de vindicta libertate, & apud concilium manumissione 50. Eclog. 13. 8 Dixi ad Ulp. l. 6. 7. 9 Vid. l. 1. in fin. supr. h. t. 10 Eclog. d. loco. 11 Cur ita? quia quod est nullum, rescindi non potest. 12 V. l. 2. infr. in quibus causis restitutio. 13 Vid. l. 1. in fin. supr. h. t. 14 Sententia pro libertate lata ne quidem prerogativa minoris aetatis rescindi potest. Synops. Basf. 10. tit. 13. §. 1. cap. 2. 15 l. 9. ff. de appellatib. 16 Transactione laesus minor restituitur. 10. Eclog. 14. 17 Divisione laesus minor restituitur. adde l. 17. infr. de praed. & aliis rebus minorum. 18 l. 96. §. 1. ff. de solutio. minor. tamen transigerit, restituitur. Synops. Basf. 10. tit. 14. 19 l. pen. ult. infr. com. divid. l. 17. infr. de praed. & aliis reb. minor. l. 1. §. 2. in fin. ff. de reb. cor. 20 Tributa ad actionem rescissoria. Cujacius ad l. 23. ff. de minorib. 25. ann. 21 Solutio tutoris vel curatoris laesus minor restituitur. l. 98. §. 2. ff. de solutio. vid. Socin. reg. 263. 22 Promissum. Cujac. 17. obs. 6. 23 l. 11. §. 3. l. 24. §. 1. l. 44. ff. de minorib. 25. ann. 24 l. 25. ff. de minor. adde Synops. Basf. 10. tit. 14. 25 10. Eclog. 4. 16. 26 Dotem omnium honorum constituto mulier circumscripta restituitur, ut hic. adde Syn. Basf. 10. tit. 16. Eadem ratione in dotis aestimatio ne decepta restituitur. I. Harmen. 12. §. 50. 27 Sunt, qui pudent pugnare cum hac lege l. 63. ff. de jure dot. sed frustra putant: illa enim lex loquitur non de dote data, sed tantum de promissione facta ultra facultates mulieris. Mod. 28 l. 3. §. 1. l. 9. §. 1. ff. de minorib. Idem dicendum si supra vires patrimonii. l. 43. §. 1. ff. de admin. & pericul. tut. 29 Heres minoris mulieris decepta in dote constituenda restitutionem petere potest. Restitutio transit ad heredem. l. 18. §. 5. ff. de minorib. 25. ann. l. 6.

TIT. XXXIII.

SI ADVERSUS SOLUTIONEM 21 A TUTORE VEL A SE FACTAM.

Minor causa cognita restituitur adversus solutionem factam ejus curatoris. Bald.

1. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Sotericae.

EXemplo ceterorum debitorum tutores etiam, quae ex administratione tutelae debent, curatoribus solventes liberantur: sed ante tempus in integrum restitutionis praestitutum edicto perpetuo permissum beneficii implorari, & an sit tribuendum, per causae cognitionem aestimari potest. Dat. 6. Id. Febr. CC. CONSS. 294.

2. Iidem AA. & CC. Laurinae.

IN debito legato, licet per errorem juris a minore soluto repetitionem ei decerni: si necdum tempus, quo restitutionis tribuitur auxilium, excesserit, rationis est. Dat. 15. Kal. April. SIRMII, CC. CONSS. 294.

TIT. XXXIV.

SI ADVERSUS DOTE M 25.

Minor circumscripta in datione dotis viro tanta dote indigno, non tantum ipsa restituitur, sed etiam heres ejus.

1. Imp. ALEX. A. Valenti.

QUoniam circumventam dicis sororem tuam omnia bona in dotem dedisse: an veritas allegationi [tuae] adsit: si ad te hereditas sororis tuae, vel bonorum possessio pertinet, & tempora nondum praeterierint, intra quae legibus conceditur ex persona defuncti postulare in integrum restitutionem; praeses provinciae, praesente adversa parte, examinabit. Dat. 6. Id. Jul. MAXIMO & PATERNO CONSS. 234.

TIT. XXXV.

SI ADVERSUS DELICTUM.

Regula & exceptio.

1. Imp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Longino.

IN criminibus quidem aetatis suffragio minores non juvantur: etenim malorum mores infirmitas animi non excusat. Si tamen delictum non ex animo, sed extra venit: noxia non committitur, etiam si poenae causa pecuniae damnum irrogetur: & ideo minoribus in hac causa in integrum restitutionis auxilium competit. Dat. Id. Octob. SEVERO A. II. & VICTORINO CONSS. 201.

De petitione tutoris ommissa.

2. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Proculae.

Licet in delictis aetate neminem excusari constet: matri tamen, quae filiis tutorem aetatis lubrico lapsa non petit, eorum minime denegari successionem convenit: cum hoc in majoribus matribus tantum obtineat. §. Nonas Mart. CC. \* 294.

TIT. XXXVI.

SI ADVERSUS USUCAPIONEM.

Contra usucapionis damnum minor restituitur.

1. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Ildorgi.

CONtra eos, qui res minorum tenent, si usucapione dominium acquirerint, restitutionis auxilium eis decerni debet. Dat. Kalend. Maji, SIRMII, CC. CONSS. 294.

TIT. XXXVII.

SI ADVERSUS FISCUM 41.

De venditione.

1. Imp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Longino.

SI Probus in minore aetate constitutus, circumventus a Rufino dispensatore nostro, venditionem rei, praecipiti animo, pretio longe minore contrahere festinavit: juris publici fiscus noster in integrum restitutionis jure sequetur auctoritatem. Dat. \* SEVERO A. II. & VICTORINO CONSS. 201.

infr. solut. matrimon. 30 l. 3. l. 4. supr. de in integr. restit. l. 6. ff. de in integr. restit. 31 Id est, marito: ut hinc colligas, dotem profectitiam penes maritum manere. vidi quae scripti ad l. 4. infr. solut. matrim. l. 6. ff. de jur. dot. l. 40. ff. solut. matrim. 32 l. 2. infr. h. t. l. 9. §. 2. l. 37. §. 1. in princ. ff. de minorib. 25. ann. 1. Paul. sent. 91. §. 1. l. 36. ff. ad l. Jul. de adult. l. 14. in fin. ff. de Sc. Silan. 33 Infirmitas non excusat peccantem. 34 Hanc negativam Haloander non legit. 35 Sed ex contractu, Hal. id est, ex re ipsa tantum. Graeci ita legunt: ἀλλ' ὅτι τὸ ἀμαρτάναι μὴ ἀπὸ λύπης παρῆται, ἀλλ' ἀπὸ συναδάστυματος ἕχεται: sed ita Synops. Basf. 10. tit. 17. et μὴ ἐκ πονηρίας προαισθησὺς γένηται τὸ ἀμαρτάναι Harmen. l. tit. 12. §. 25. ita t ei μὴ ἐκ πονηρίας λύπης ἢ προαισθησὺς γένηται τὸ ἀμαρτάναι. Contractu, inquam, eoque involuntario. vid. Cujac. hic. 36 Aetas non excusat a delicto: nisi tam imbecillis sit, ut non sit capax delicti. vid. Molin. de usur. quest. 13. num. 164. 37 Aliam rationem adfert, ne & filium & hereditatem ejus simul amittat. 38 Confuse satis loquitur Imp. nec enim distinguit mobiles an immobiles. 39 Sic statuo, Res pupilli mobiles, viles praesertim & tempore perituras, Ieritima a tutore dis trahi. l. 22. circa fin. infr. de admin. tut. easque usucapi. sed & immobiles legis praescripto, & sine ulla laesione alienatas in eadem causa fieri. supr. si advers. vend. Si alterutrum illegitime venditae sint, non usucapi, ut hic. l. 45. ff. de minorib. 25. ann. l. 48. in princ. ff. de acq. rer. dom. adde l. ult. infr. in quibus caus. in integr. l. 3. in fin. infr. de praescript. 30. vel 40. ann. & 10. Eccl. 3. tit. 18. 40 Etiam adversus fiscum restituitur minor. adde I. Harm. 12. §. 48. & Syn. Basf. tit. 19. 41 Eclog. 16. c. 19. 42 Dispensator Principis, qui ejus pecunias administrat. C. Theod. de his, qui cum administratore contraxerunt 10. tit. 24. adde l. 4. §. de fide instrum. & quae scripti ad Varonem in fine lib. 3. Nonium 3. num. 18. Feil. in dispensator. Theophil. §. restit. Inst. de mandat. l. 51. 62. ff. de solutio. 43 Vel locationem. l. 45. §. 14. ff. de jure fisci. 44 l. 2. 8. infr. de rescind. vendit. 45 Id est, communis. Minor restituitur etiam contra fiscum, licet adversus privatum. 46 Arqui non videtur restituendus, cum ei decepto competat ordinarium beneficium: l. 2. §. de rescind. vend. Restitutio utilis est minori, quia non cogitur probare se deceptum ultra dimidium iusti pretii. Bald.

## De iudice competenti, &amp; de causa cognitione.

2. Imp. ALEXAND. A. Antiocho &amp; aliis.

SI adversus privatos in integrum restitutionem, tam tu quam fratres tui desideratis: Præfidi provinciarum, Viri Clarissimi notio est: isque cognita causa æstimabit, an auxilium, quod imploratis, conferri vobis debeat. Quod si adversus fiscum id postulatis, intelligitis, Procuratorem meum, una cum Præfide, præfente fisci patrono, adire vos debere. Dat. Kal. Aug. ALEXAND. A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

## De iudice competenti.

3. Imp. DIOCLET. &amp; MAXIM. AA. &amp; CC. Laurentio.

EDicto quidem D. Marci parentis nostri res minorum exceptæ, nihil tuum adjuvant desiderium: siquidem debiti causa patris minoris, vel etiam ipsius prædia venundata quinquennii præscriptionis nullam admittunt questionem. Sed quoniam per collusionem sive fraudem, tunc temporis Procuratoris nostri nimis exiguo pretio fundum tuum cum mancipiis venundatum asseveras: si aditus Rationalis noster tuis adesse fidem allegationibus, nec servatam solemnitate hastarum animadverterit: fisco te satisfaciente, revocata venditione fundum tibi restitui jubebit. Dat. Id. Februar. Sirmii, CC. CONSS. 294.

## TIT. XXXVIII.

## SI ADVERSUS CREDITOREM 12.

1. Imp. ANTONINUS PIUS A. Prunico.

CUM & ipse profitearis, cum Zenodora minore viginti quinque annis [te] contraxisse, nec doceri potuisse Prætozem Virum Clarissimum ex eo contractu locupletiorum [eam esse] factam: intelligis eam merito in integrum restitutam. Dat. 6. Non. Aug. LARGO & MESSALINO CONSS. 148.

2. Imp. GORD. A. Cajano.

SI (ut allegas) minor annis pecuniam fœnori accepisti, nec in rem tuam versa est, adversus cautionem, per quam eo nomine te obligasti, in integrum restitutionis auxilium potes solemniter postulare. PP. 3. Non. Febr. GORD. A. II. CONS. 242.

## TIT. XXXIX.

## SI MINOR 15 AB HEREDITATE SE ABSTINEAT.

1. Imp. SEVER. &amp; ANTONIN. AA. Florentio &amp; aliis.

SI vos paternæ hereditati non immiscuistis: ob eam rem testificatio necessaria non fuit, cum fides veritatis verborum adminicula non desideret. Quod si pro herede gessistis, vel bonorum possessionem accepistis, propter ætatem, cui subveniri solet, in integrum restitutionis auxilium accipere debetis. PP. 6. Nonas Maji, SATURNINO & GALLO CONSS. 199.

In AUTHENT. ut spon. larg. §. ad hæc quoque. coll. 9. tit. 2. seu Novell. 119. cap. 6.

SI omnes creditores presentes sunt, ubi restitutio postulat, a iudice vocentur: ut intersint, cum minor se abstineat: Sed si omnes absint, vel quidam, solemniter a iudice citentur: quibus intra tres menses non apparentibus, minor sine periculo ab hereditate discedat: iudice providente, ubi qualiter res hereditaria debeant custodiri, quantitate earum in actis manifestanda.

2. Imp. GORD. A. Herodotæ.

SI, cum avi tui testamento te heredem reliquissent, hereditates eorum non adiisti: liberum tibi est, repudiata paternâ successione, per in integrum restitutionis auxilium (quo te ætatis iure dicis esse munitam) hereditatem parentum tuorum (licet antea non adiisti) nunc obtinere. PP. 3. Nonas Febr. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

1 De minore restituendo adversus fiscum cognoscit procurator Cæsaris cum Præfide, præfente fisci patrono: adversus privatum solus Præfides. 2 Quo emens a fisco, post quinquennium securus est adversus agentem. 3 S. ult. Instit. de usurpat. & usucap. dixi ad Theoph. ibid. Harm. 3. tit. 3. §. 95. addit Commodi. 4 Imperatores solent prædecessores suos (ne quidem agnatione aut stirpe conjunctos) parentes appellare, ut hic: & l. un. supr. ne liceat potentioribus. l. ult. supr. de edendo. l. 1. J. in quibus causis restit. l. 2. J. de reb. cred. l. 5. J. de repudiis. l. 4. J. de magistratib. conven. l. 1. J. divort. factio. l. 6. infr. de test. milit. l. 4. J. ad SC. Trebell. l. 2. J. si pendente appell. l. 4. J. qui bonis cedere. l. 1. l. ult. circa fin. J. qui non possunt ad libert. l. 11. J. de accusat. l. 6. J. ad l. Jul. de adult. l. 2. J. ad l. Corn. de falsis. l. 6. J. de servo pignori dato. l. 4. J. de re milit. l. 2. infr. de impub. l. 2. J. ad l. Corn. de falsis. l. 6. J. de numero liberorum. l. unie. J. de reis postulat. l. unie. infr. de periculo eorum. l. 11. tit. 34. l. 1. J. de omni agro. l. 17. C. Theod. de pratorib. l. 4. C. Theod. de repar. Exemptæ, Hal. 5 Res pupilli, debiti causa potest a fisco alienari legitime: eo secuto, minor non restituitur. Si tamen talis venditio gratiosè facta in necem minoris fuerit, venditio rescinditur poterit, minore tamen debitum fisco persolvente. l. 6. in fin. J. de fide & jure hæstæ. 7 Hodie quadriennii. vide Cujac. infr. de quadriennii præscript. l. 3. J. si venditio pignore. 8 Alii pro, nimis reponerebunt nominis vel nominis & totum hoc ita legebat: Tunc temporis procuratoris nostri nominis, exiguo pretio fundum tuum cum mancipiis, sed nequicquam, cum nimis ei quod immediate sequitur exiguum jungendum rectè statuerit Charondas. Mod. 9 Id est, procurator Cæsaris. l. 3. J. de jure fisci. 10 Res immobiles minorum decursis hæstis alienari debent. l. 2. infr. si vend. pign. arg. l. 7. §. 8. ff. de minoribus. 11 Id est, si adversus mutuum: Minoribus etiam cum mutuum sumunt, & id male consumunt, succurritur. Synops. Basil. 10. tit. 20. 12 Minor non factus locupletior ex mutuo, vel simpliciter vel usurario, creditorum solutionem denegare potest: id ut faciat, prius in integrum restituendus. l. 2. infr. h. t. l. 2. §. de filiisq. minor. l. 24. §. 4. l. 27. §. 1. ff. de minor. nec intereß extraneus an ipse tutor mutuum dederit. vid. Molin. de usur. quæst. 37. n. 274. 280. 13 Vid. l. 1. supr. h. t. 14 Si ut se ab hereditate abstinat, vulg. si se abstinuit hereditate. Hal. Eclog. dist. loco cap. 21. 22. adde l. 3. §. 2. ff. de minoribus. 25. ann. 15 Minor restituitur, si non commodo suo hereditati se immiscuerit, vel eam adierit vel e contrario. Syn. Basil. 10. tit. 21. 16 In filio non est necessaria verbalis hereditatis paternæ repudiatio. 17 Ubi de veritate constat, verbis non est opus. Interdum tamen verba requiruntur ut in stipulatione. l. 1. in princ. ff. de verb. oblig. in novatione. l. 1. in fin. infr. de novationib. in testamento nuncupativo. l. 29. in princ. J. de testam. 18 l. 7. §. 5. ff. de minoribus. 25. ann. 19 Creditores citandi, quoties neglecti lædi possunt. l. 39. ff. de adopt. l. 47. ff. de re judic. 20 Vide omnino in hunc textum Rot. decis. 9. & Guidonem Papæ decis. 141. & 143. Mod. 21 Præfens in iudicio, non est citandus. 22 Restitutio adversus hereditatem conceditur post tres menses, si citandi citati non compareant. vide Guidonem Papæ decis. 141. 143. Rotam dec. 19. 23 Iudex ex officio suo potest, parte non petente, providere atque prospicere, ne bona pereant minoris vel absentis. 24 Inventarium tutoris apud acta constituendum. Ita confectum dicitur infirmatum. Bald. 25 Parre suo forte vel exhereditato, vel mortuo. 26 Id est, repudiasti, vel anno tacuisti. l. 1. J. quando non presentium. 27 Minor potest paternam hereditatem repudiare, & avitam antea non aditam amplecti.

## TIT. XL.

## SI UT 29 OMISSAM HEREDITATEM VEL BONORUM POSSESSIONEM, VEL QUID ALIUD ACQUIRAT.

1. Imp. GORDIANUS A. Protæ.

MINores vigintiquinque annis non tantum in his, quæ ex bonis propriis amiserunt, verum etiam si hereditatem sibi delatam non adierint, posse in integrum restitutionis auxilium postulare, jamdudum placuit. PP. Id. Octob. ULPPIO & PONTIANO CONSS. 239.

2. Imp. DIOCLET. &amp; MAXIM. AA. &amp; CC. Sarapiadi.

AD bonorum possessionem in paternis rebus omissam minores in integrum restitutionis admitti beneficio jam pridem placuit. Restituti autem decreto, bona quæ habuerunt mortis tempore patris, debent conferre [fratribus.] Dat. 16. Kal. Novemb. Sirmii, CC. CONSS. 294.

## TIT. XLI.

## IN QUIBUS CAUSIS IN INTEGRUM RESTITUTIO NECESSARIA 33 NON EST.

## De morte defuncti non defensa.

1. Imp. ALEXAND. A. Mutato.

MINoribus vigintiquinque annis (præsertim qui per tutores & curatores non defenduntur) non obesse, si mortem defuncti parentis non ulciscantur, innumeris Divorum Parentum meorum ac meis rescriptis continetur. §. Idus Maji, ALEXANDRO A. III. & DIONE CONSS. 230.

## De querela inofficiosi.

2. Imp. VALERIAN. &amp; GALLIEN. AA. Theodoræ.

ADolescentiæ tempus non imputari in id quinquennium liberis, cuius præscriptio seram inofficiosi questionem moventibus opponi solet, manifeste ante descriplimus. Impleta igitur ætate legitima, non est in integrum restitutio necessaria: quia non redintegratio amissæ causæ his datur, sed integra ipsa causa servatur. PP. 2. Id. Aug. TUSCO & BASSO CONSS. 259.

## De mora.

3. Imp. DIOCLET. &amp; MAXIM. AA. &amp; CC. Decimo.

IN minorum persona re ipsa, [&] ex solo tempore tardæ præstitionis, recepto jure moram fieri creditum est: in his videlicet, quæ moram desiderant, id est, in bonæ fidei contractibus, & fideicommissis, & legatis. 43.

## De sententia lata contra tutorem, qui pro officio tutelari non caverat.

4. Idem AA. &amp; CC. Stratonicæ.

SI tutor tuus, qui pro tutelari officio non caverat, iudicio expertus est; contra eum lata sententia, juri tuo officere non potuit: nec ea quæ ab eo gesta sunt, ullam firmitatem obtinent. Frustra ergo in integrum restitutionis auxilium desideras: quando ea, quæ ab eo gesta sunt, qui legitimi administratoris personam sustinere non potuit, ipso jure irrita sunt. S. 18. Kal. Novemb. Nicomediæ, CC. CONSS. 294.

## De præscriptionibus.

5. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

Sancimus favore imperfectæ ætatis exceptionem non numeratæ pecuniæ ab initio minoribus non currere; ne, dum in integrum restitutionem expectamus [vel] aliquod emergat obstaculum, per quod hujusmodi beneficio minor uti non possit, vel substantia ejus subvertatur. Sed humanius est, latius eandem legis interpretationem extendere, in omnibus casibus, in quibus vetera jura currere quidem temporales præscriptiones adversus minores con-

29 Minor sine omiserit hereditatem vel bonorum possessionem, restituitur, ut hic. Omittere est non acquirere. Superiori titulo, de hereditate male, hoc est, cura incommodo minoris adquisita, dictum est adde l. 4. J. arb. tutela. 30 Omissam hereditatem minor adire potest. l. 7. §. 7. ff. de min. 25. ann. l. 8. §. 6. J. de bon. qua liber. 31 Ad bonorum possessionem omissam, minores admitti possunt. 32 l. 6. J. de coll. 33 Id est, non habet locum. 34 Pœna mortis defuncti non habet locum in hereditibus minoribus. Mortem defuncti non vindicasse, minoribus non nocet, aliis nocet. vid. l. 6. infr. de his, quib. ut indigni. Syn. Basil. 10. tit. 23. 35 Quinquennium. l. 8. §. 17. ff. de inoff. testam. 36 Tempus movendæ querelæ de inofficioso ipso jure non currit minoribus. vel ita, inofficiosi testamenti querela legitimam ætatem adæquata, intra quinquennium perimitur. Minoribus autem nisi 25. annum impleverunt, quinquennii tempus non currit. Synops. Basil. 10. tit. 13. adde l. 1. §. de in integrum restitut. 37 l. e. in integrum restitutio: ita definitur a Paulo l. sent. 7. §. 1. 38 Quid hinc sequitur? minores non proposita querela inofficiosi intra quinquennium, ipso jure defendi: Eorum silentio adversarius nihil acquirit. Plus est integrum causam servari creditum restitui. Hujusmodi silentium nullum est: si valuisse ad tempus, necessaria esset restitutio, non valuit: & tamen minor juvatur. manet igitur illi causa integra. 39 Favors minoris, re ipsa & sine tempore, sine interpellatione ulla (ut & in bonæ fidei contractibus, & in testamentis) mora contrahitur: ideoque debitor minori præstat usuram. l. 5. infr. de act. empt. l. 5. ff. de minoribus. 25. ann. l. 1. §. ult. ff. de usur. l. 26. §. 1. ff. de fidejuss. Hujusmodi mora a Molino irregularis mora nuncupatur, 40. de usur. n. 205. vel ita, Debitor minoris, si debitum legatum aut fideicommissum ultra ei non solverit, moram ei committit. Denique, Mora fit minori re ipsa sine interpellatione, ut hic, & l. 87. §. 1. ff. de leg. 2. ut & Fisco, Gloss. l. cum quidam. 17. §. fiscus. 5. in verb. Insuperant. ff. de usuris. Baldus & Jason l. 1. Cod. de his, quibus ut indignis. & Ecclesiæ pieve causæ, Gloss. §. item mixta. ubi Jaf. Instit. de act. vid. Everardum loco a minoribus ad fiscum 64. 40 In bonæ fidei contractibus, & quibusdam stricti juris judiciis, usura debentur ipso jure. 41 Recipi dicuntur, quæ moribus & confusione, seu illiterato suffragio admittuntur. 42 Testamenta sunt stricti juris & tamen hic petuntur usura ex mora. Privilegium ætatis quam propria actionis naturam magis spectari hinc colligunt. l. 3. §. 2. ff. de adimendis vel transfer. legatis. 43 Confer l. 47. ff. de legat. 1. & l. 34. ff. de usur. Ant. 44 Tutor (excipie testamentarium) qui rem pupilli salvam fore non cavit, rerum pupillarum administrationem non habet. J. de tutore, qui satis non dedit. Lata sententia contra eum, qui administrationem non habet, nulla est, ideoque minori talis sententia non nocet. 45 Sancimus, Duar. 46 Minor ætas imperfecta. 47 Exceptio non numeratæ pecuniæ, minoribus non currit. Synops. Basil. 10. tit. 3. in fin. 48 Id est, antehac. 49 Aliud in non minoribus. l. 3. infr. de præscript. 30. vel 40. annorum. l. 3. J. quibus non obicitur. 50 Quando præscriptio currat contra pupillum & adultum, vide plene Bald. in tract. præscript. prima part. 6. part. principalis. 23. cas. ubi reducit ad ordinem omnium aliorum dicta. consule etiam Decium cons. 556. & Balb. decis. 319. Mod. 51 Alias ne. 52 Olim currebat quidem præscriptio adversus minores, sed adversus eam restituebantur. Hodie præscriptiones minores ætatis triginta minoribus non currunt: ut fit sensus, Hodie non modo exceptionem pecuniæ non numeratæ, opponi per minores, universi minoris ætatis tempore & quadriennio post, sed & alias exceptiones, quæ tempore solent præscribi.

cesserunt, per in integrum autem restitutionem eis subveniebant, eas ipso jure non currere: Melius etenim est intacta eorum jura seruari, quam post causam vulneratam remedium querere: videlicet exceptionibus triginta, vel quadraginta annorum in suo statu remanentibus. Dat. Kal. Nov. Constantinop. post LAMPADIUM & ORESTEM VV. CC. CONSS. 531.

TIT. XLII.

QUI ET ADVERSUS QUOS IN INTEGRUM RESTITUI NON POSSUNT.

Si adolescens diligens, & industrius esse dicatur; si decurio sit; si liberos susceperit.

1. Imp. ALEXANDER A. Cononidi.

IN consilio quidem cognoscitur de restitutione in integrum esse oportet, num is, qui se minorem annis læsum esse dicit, diligens paterfamilias fuerit, actibusque publicis industrum se docuerit, ut lapsus eum per ætatem verisimile non sit. Verum si causa cognita circumventus deprehendatur: propter hoc solum velut præscriptione a solito auxilio removeri non debet, scilicet quod urgentibus patriæ necessitatibus decurio minor annis creatus sit, vel propagandæ soboli liberorum educatione prospexerit. PP. 10. Kal. Octob. LUPO & MAXIMO COSS. 233.

An contra parentes, vel patronos detur restitutio.

2. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

Cum apud veteres dubitabatur, an liberi parentes suos, vel liberti patronos in querimoniam deducere possent, quasi non rite in eos versatos: Quidam existimabant, nullam esse contra hujusmodi personas in integrum restitutionem, pondere naturali, vel patronali reverentia hujusmodi petulantia refragante; nili vel ex magna causa, vel adversus turpem eorum personam: Alii autem personarum quidem, vel causæ distinctionem respuendam esse censuerunt; tunc autem tantummodo dandam esse restitutionem putaverunt, cum minor ex sua simplicitate se deceptum, non ex dolo patris, vel patroni circumscriptum esse diceret. Sed ut maneat in omnibus honor parentibus, [&] patrono, vel patronæ illibatus, atque intactus: fancimus, nullo modo, neque adversus parentes utriusque sexus, neque adversus patronum, vel patronam dari restitutionem: nam personarum reverentia omnem eis excludit restitutionem: cum proculdubio sit, etiam ipsas personas cavere, ne quid suæ opinioni contrarium existat. Dat. Kal. Sept. Constantinop. post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XLIII.

SI MINOR SE MAJOREM DIXERIT, VEL [MAJOR] PROBATUS FUERIT.

De errore.

1. Imp. ALEXANDER A. Maximianæ.

SI cum minor annis viginti quinque esses, tabulis quæ sunt tuarum professionum, oblati tibi, ætatem quasi major annis viginti quinque decepta probasti, in integrum restitutionem intra statutum legibus tempus, etiam post impletam ætatem, de omnibus intra eam ætatem adversus te gestis, postulare apud eum, cui de ea re iurisdicchio est, potes. PP. 12. Kal. April. MAXIMO & PATERNO CONSS. 234.

De dolo & fallacia minoris.

2. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Vitaliano.

SI is, qui minorem nunc se esse adleverat, fallaci majoris ætatis mendacio te deceperit, cum juxta statuta juris errantibus non etiam fallentibus minoribus publica jura subveniant, in integrum restitui non debet. Dat. 3. Kal. Decemb. DIOCLETIANO II. 22 & MAXIMIANO AA. CONSS. 293.

De dolo minoris; de injuria & circumventione adversarii; de jurejurando.

3. Idem AA. & CC. Theodoræ.

SI alterius circumveniendi causa, minor ætate majorem te probare aspectu laboraveris, cum malitia suppleat ætatem, restitu-

tionis auxilium, tam sacris constitutionibus, quam rescriptorum auctoritate denegari statutum est. Quod si per injuriam, vel circumventionem adversarii hoc fuerit factum: durabit beneficium, quo minoribus causa cognita subveniri solet. Aditus itaque Præses provincie, probationis ætatis examinata causa; si tuum dolum non reperere intercessisse, ac te minorem fuisse probaveris; causa cognita in integrum restitui providebit. Si tamen in instrumento, per sacramenti religionem, majorem te esse adleverasti: non ignorare debes, exclusum tibi esse in integrum restitutionis beneficium: nisi palam & evidenter ex instrumentorum probatione, non per testium depositiones, te fuisse minorem ostenderit. Hujusmodi autem sacramento corporaliter præstito nullum tibi superesse auxilium, perspicui juris est. Dat. 13. Kal. Octob. Sirmii, CC. CONSS. 294.

De errore.

4. Idem AA. & CC. Labio.

Cum circa probandum annorum numerum, apud Rectorem provincie erratum esse proponas, & in hujusmodi causis etiam filialibus minoribus subveniri admissum sit: ea, quæ in prece contulisti, Præsidentem provincie examinare convenit: qui, si ætimate ætate tua majorem annis falsa opinione te præsumpsisse ex probationum luce cognoverit, erga minoris personam fidem veri sequetur. Dat. 6. Idus Decemb. CC. CONSS. 294.

TIT. XLIV.

SI SÆPIUS IN INTEGRUM RESTITUTIO POSTULETUR.

De re judicata.

1. Imp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Romano, & aliis.

SI post sententiam Proconsulis contra vos latam desiderastis in integrum restitui, nec obtinistis: frustra rursus, ut ea quaeratis [in integrum restitutionis] agretur, desideratis; appellare enim debuistis si vobis sententia displicebat: Sed si adhuc in ea ætate estis, cui subveniri solet, appellandi jus vobis restituiimus. PP. 5. Kal. August. CHILONE & LIBONE CONSS. 205.

De novis causis.

2. Imp. ALEXANDER A. Justo militi.

Quamquam curatores pupillæ victi sunt, cum in integrum restitui pupillam desiderabant: cum tamen novis defensionibus causam instrui posse dicas, adeant curatores uxoris tuæ judicem, & petant, ut causas in integrum restitutionis agant. PP. 5. Kal. Aug. ALEXAND. A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

3. Imp. PHILIPPUS A. Anitiæ.

IN una eademque causa iteratum in integrum restitutionis auxilium non jure, nisi novæ defensiones prætantur, posci, sæpe rescriptum est. PP. 2. Kal. Jul. PÆREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

TIT. XLV.

DE HIS QUI VENIAM ÆTATIS IMPETRAVERUNT.

De restitutione deneganda.

1. Imp. AURELIANUS A. Agathocli.

EOS qui veniam ætatis [a principali Clementia] impetraverunt, etiam si minus idonee rem suam administrare videantur, in integrum restitutionis auxilium impetrare non posse, manifestissimum est: ne hi, qui cum eis contrahunt, Principali auctoritate circumscripti esse videantur. PP. Kal. Jul. AURELIANO A. & CAPITOLINO CONSS. 275.

De venia ætatis concedenda.

2. Imp. CONSTANT. A. ad Verinum P. P. 45.

OMNES adolescentes, qui honestate morum præditi paternam frugem, vel avorum patrimonia gubernare cupiunt, & super hoc Imperiali auxilio indigere cœperint, ita demum ætatis veniam impetrare audeant, cum vicissimi anni metas impleverint: ita ut

1 l. 2. in fin. sup. h. t. Morbo præstat occurrere, quam præsentem depellere. adde Terentium Eunucho act. 4. scena 6. Et l. 1. J. quando liceat unicusque sine iudice se vindicare. 2 Quis status earum exceptionum adversus minores? An ut currant adversus minores mox restituendos, ut vult Accursus? aut non restituendos, ut vult apud eundem Aldricus? An vero, ut non currant pupillis, sed adultis, ut vult Baldus? vid. Bart. hic n. 11. 3 l. 11. §. 3. l. 44. ff. de minorib. 25. ann. Synops. Basil. 10. tit. 24. l. Harm. 12. §. 66. 4 Præsumitur pro industrum. 5 Veritatis gratia receditur a verisimili, eoque quod tantum verisimile est. 6 l. 15. infr. de præditiis, & aliis rebus minor. 7 Vid. l. 12. infr. de administr. tut. 8 Minor adversus patrem patronumque querelam movens non restituitur. Synops. Basil. 10. tit. 24. in fin. 9 l. 27. in fin. ff. de minorib. 25. ann. 10 l. 11. §. 1. ff. de dolo. l. 4. §. 16. ff. de doli mali & metus except. l. 7. ff. de obseq. parent. 11 Novell. 155. cap. 1. 12 Novell. 155. cap. 1. 13 Datur tamen in factum actio. l. 5. in fin. sup. l. 11. in fin. ff. de dolo. 14 Imo non excludit. l. 2. sup. ff. adversus rem jud. l. 2. sup. ff. advers. donationem. l. ult. §. 1. verisimilente, & §. 5. infr. de bonis, qua liberis. 15 10. Eclog. 4. tit. 25. 16 Adde l. 2. §. 2. J. tit. 45. Et l. 12. l. 16. ff. de probat. l. 2. §. 1. ff. de excus. tut. Etas liberorum probari ex libro paterno potest. vid. Roland. a Valle l. conf. 31. num. 2. 3. 17 Si minor errore lapsus, sese majorem dixerit, nihilominus restituitur. l. Harm. 11. §. 53. 18 Hujus generis sunt censuales libri. l. 3. ff. de censibus. & παροδυσία, libri ætatem, quos parentes solent memorie causa conscribere. 19 l. 6. in fin. ff. de integr. restit. 20 l. 37. §. 1. ff. de minorib. 25. ann. l. 2. §. 3. ff. ad Sc. Velleian. 21 Alius casus, quo denegatur minori in integrum restitutio, est in l. 24. §. 2. ff. de minorib. 25. ann. Et l. 11. §. 3. ff. h. t. Ant. Non restituitur ergo qui dolum admisit. Vide Oddo, de restit. in integr. quest. 24. Andr. Gail. l. 2. obseq. 65. Argent. ad Consuetud. Britann. artic. 471. num. 3. S. L. 22. Vel III. vel IV. 23 Δία τῶν οὐρανῶν θεῶν, Synops. Basil. 10. tit. 25. in fin. l. Harmen. 12. §. 54. Id est, per proprium adspicium. l. 32. ff. de minorib. 25. ann. vid. que dicam ad l. 3. infr. quando tutores vel curat. esse. 24 Malitia minoris ætatem iustam representat ac supplet: vel sic, Malitia non succurritur. l. 38. ff. de rei vindic. l. 110. in fin. ff. de reb. jur. 25 An autem competat exceptio nullitatis, vide Paris. consil. 97. lib. 1. Ruinum consil. 103. lib. 4. Socin. Jun. consil. 3. lib. 2. Curt. Jun. consil. 119. Cremenstem singul. 163. Rot. Rom. decif. 137. Jasonem ad Anthen. Sacramenta puber. sup. ff. adversus vend. Rim. ad §. 2. num. 50. Infir. quib. alien. licet vel non. Rom. consil. 12. num. 4. cum seq. Mod. 26 Si minor se majorem dixerit, aut probaverit apud Præsidentem, aut per sacramenti religionem in instrumento adleveraverit, aut corporaliter juraverit, aliquando restituitur: aliquando non restituitur. Syn. Basil. 25. tit. 25. in princ. 27 An minor adversus juramentum restituitur, vid. l. 1. sup. ff. advers. vend. l. 9. §. 4. ff. de iurejur. 28 Imo non videtur excluden-

30 Prolatione. Hal. sic Græci συμβολαίων ἀπὸ τῶν ὀφειλόμενων. 31 Σωματικῶς Synops. Basil. d. c. 25. σωματικῶς αὐτῆ τῆ ἀληθείας, corporaliter & ipsa veritate. l. Harm. 12. §. 55. porro corporaliter jurare, quid sit, dixi ad l. 1. sup. ff. advers. vend. 32 Preces. 33 l. 7. sup. de in integrum restituit. 34 l. 1. Paul. sent. 7. §. 3. Eclog. d. l. tit. 26. 35 Id est, eadem. 36 Exceptionis genus observa, Tibi impura, si non appellasti. 37 Adversus sententiam iudicis restitutio minoribus datur. Synops. Basil. 10. tit. 25. l. Harmenop. 12. §. 47. 38 Qui solent pupillo dari ad lites. 39 Nova defensio novam causam facit. 40 Ex deurety, Synops. Basil. 40. tit. 26. Et l. Harmen. 12. §. 48. 41 Denegata semel restitutio non est amplius petenda: nisi petatur ad aliud, vel ad idem ex nova causa, ut hic. 42 l. C. Theod. 17. 10. Eclog. 4. tit. 27. 43 Puta a Principe, huc refert Papon. 3. Notar. 9. c. des lettres de justice. Leonis constitutione, ætatis venia solet impetrari a iudicibus, Nov. Leon. 28. in fin. Goth. Vid. Tiraquell. de legib. connub. cap. 9. Menoch. lib. 5. Consil. 478. Montan. de iudic. c. 37. reg. 2. num. 32. Et seq. usque ad 61. S. L. 44 Principis auctoritate nemo debet decipi: ideoque pretium iustum censendum, quod Princeps majorve magistratus taxaverit, vid. ad hunc locum Molinæum de usuris quest. 59. n. 494. 45 Malim Præfetto urbi. 46 l. an. C. Theod. de his, qui veniam ætatis impetraverunt, lib. 2. tit. 17. 47 Princeps id raro solet concedere. l. 3. ff. de minorib. 25. ann. 48 Nota, quibus veniam ætatis Princeps indulgere solet. 49 Etas veniam masculus impletis annis viginti, femina impletis octodecim annis a Principe potest impetrare. Synops. Basil. 10. tit. 27. vid. 2. Harm. 12. §. 22. Leonis vero constitutione, etiam ante viciesimum ætatis annum, veniam ætatis impetrant. Novell. Leonis 28. in fin. 50 In feminis octodecim, §. 1. J. hic. dict. Novell. Leonis. Porro hanc ætatem Constantinus in dicta lege unica C. 1b. inter plenam, perfectamque adolescentiam & robustissimam juventutem mediam locat, & firmata appellat: ætatibus ita distributis, ut prima ætas sit pueritia: sequens, adolescentia: tertia, firmata: quarta, legitima: quinta, senectus. His addatur ætatum distinctio Servio Tullio constituta, cuius ex l. Tuberonis historiæ meminit Gellius 10. c. 28. Servius enim Tullius cum quinque esset juniorum, census faciendi gratia, institueret, pueros esse existimavit, qui minores essent annis septemdecim, atque inde ab anno 17. quos idoneos iam esse Reip. arbitrabatur, milites scripsit, eosque ad annum 47. iuniores: supraque eum annum seniores censuit. 51 Annus in venia ætatis completus requiritur, non inceptus.



post impetratam ætatis veniam iidem ipsi per se <sup>1</sup> Principale beneficium allegantes, non solum per <sup>2</sup> scripturam annorum numerum probent, sed etiam testibus <sup>3</sup> idoneis advocatis, morum suorum instituta, probitatemque animi, & testimonium vitæ honestioris edoceant.

§. 1. Fœminas quoque, quas morum honestas mentisque solertia commendat, cum octavum & decimum annum egressæ fuerint, veniam ætatis impetrare sancimus. Sed eas, propter pudorem <sup>4</sup> ac verecundiam fœminarum, cœtui publico demonstrari non cogimus: sed percepta ætatis venia annos tantum [ætatis] probari [posse] testibus [quinque <sup>5</sup>,] vel instrumentis <sup>6</sup> misso procuratore <sup>7</sup> concedimus: ut ipsæ etiam in omnibus negotiis tale jus habeant, quales & mares habere præscripsimus; ita tamen, ut prædia sine <sup>8</sup> decreto non alienent.

§. 2. Sed Senatores <sup>9</sup> quidem Clarissimi viri in hac Regia urbe commorantes apud Sublimitatem tuam: ceteri vero apud Prætorem <sup>10</sup>, in provinciis autem omnes apud earum rectores de suis moribus & honestate perdoceant <sup>11</sup>. §. 3. Hi vero, qui contra <sup>12</sup> memoratam dispositionem veniam ætatis a Principali Clementia impetraverint, sciant eam nullas vires obtinere. Dat. 3. Kalend. Jul. Roma CRI-SPO II. & CONSTANTINO Cæs. II. CONSS. 321.

*De rerum obligatione vel alienatione.*

3. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

Eos qui veniam ætatis a <sup>13</sup> Principali Clementia impetraverunt, vel impetraverint <sup>14</sup>, non <sup>15</sup> solum alienationem, sed etiam hypothecam <sup>16</sup> minime posse sine <sup>17</sup> decreti interpositione rerum suarum immobilium facere jubemus, in quarum alienatione vel hypotheca decretum <sup>18</sup> illis necessarium est, qui necdum veniam ætatis meruerunt: ut similis <sup>19</sup> sit in ea parte conditio minorum omnium, siue petita sit, siue non, ætatis venia. Dat. 8. Idib. April. DECIO V. C. CONSS. 529.

*Qua sit legitima vel perfecta ætas.*

4. Idem A. ad Senatum.

SI quis aliquid dari vel fieri voluerit, & legitime ætatis fecerit mentionem, vel [si se] absolute dixerit perfecta <sup>20</sup> ætatis, illam tantummodo ætatem intellectam esse videri volumus, quæ & viginti quinque annorum curriculum complectitur, non quæ <sup>21</sup> ab Imperiali beneficio suppletur: & præcipue <sup>22</sup> quidem in substitutionibus vel restitutionibus hoc intelligi sancimus; nihilominus tamen & in aliis: nisi specialiter quisquam addiderit, ex venia ætatis velle aliquid procedere. Dat. 9. Kal. April. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XLVI.

SI <sup>23</sup> MAJOR FACTUS RATUM HABUERIT <sup>24</sup>.

1. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Eutychiano.

SI inter minores quinque & viginti annis vel scriptura interposita, vel sine <sup>25</sup> scriptura facta sine dolo divisio est, eamque post <sup>26</sup> legitimam ætatem ratam fecerint: manere integram debere convenit. S. 8. Kal. Maji, AA. & CONSS. 293.

2. Idem AA. & CC. Sortiri <sup>27</sup>.

QUI <sup>28</sup> post <sup>29</sup> vigesimum quintum annum ætatis ea, quæ in minore ætate gesta sunt, rata habuerint: frustra rescissionem eorum postulant. Dat. Id. Feb. CC. CONSS. 294.

TIT. XLVII.

UBI <sup>30</sup> ET APUD QUEM COGNITIO IN INTEGRUM RESTITUTIONIS AGITANDA SIT.

*De sententia Procuratoris Cæsaris.*

1. Imp. ANTONINUS A. Severo.

SI quid a Procuratore <sup>31</sup> meo iudicatum est, id per in integrum restitutionem Præfidis sententia non potest rescindi: Prætor enim solus <sup>32</sup> contra sententiam Procuratorum suorum in integrum restituere solet. PP. 6. Kalend. Decemb. LETO & CEREALI CONSS. 216.

*De repetitione dati ex causa transactionis.*

2. Imp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Aquilina.

QUoniam ea <sup>33</sup>, quæ in transactione dari placuerat, te tradidisse proponis: consequens est, si de his repetendis per [in integrum]

restitutionem, vel quæcumque aliam causam putaveris agendum: ejus adire te provinciæ Præsidentem, in <sup>34</sup> qua domicilium habent quos convenis. Dat. 3. Kalend. Sept. Cap. post <sup>35</sup> tertium Consulatum LAMPADII & ORESTIS. 531.

*De his qui propriam, vel mandatum jurisdictionem habent, & de arbitris.*

3. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni PP.

Cum scimus esse dubitatum de restitutionibus, quæ in integrum postulatur; siue tantummodo apud judicem, cui aliqua jurisdictione est, examinari eas oportet, siue apud pedaneos judices: siue eas minores viginti quinque annis petierunt, siue majores, secundum quod anterioribus sanctionibus, vel Veteris Juris, vel nostris declaratum est: sancimus, non solum apud judices pro <sup>36</sup> tribunali hujusmodi causæ cognitionem proponi, sed etiam apud eos judices, quos Augustalis dederit Majestas, aut nostræ Reip. Administratores, vel in hac Regia Urbe, vel in provinciis: ut videatur ipse qui judicem destinauerit, utpote pro tribunali cognoscens, in integrum dare restitutionem, & causas ejus examinare: sic etenim non difficilis erit causarum examinatio. † Sed ne quis ita effuse intellectum nostræ constitutionis audeat esse trahendum, ut etiam apud compromissarios <sup>37</sup> judices, vel arbitros ex communi sententia electos, vel apud eos qui dantur a iudicibus, qui propriam jurisdictionem non habent, sed tantummodo iudicandi facultatem, putet hujusmodi extendi sanctionem: hos tantum generaliter volumus tales causas dirimere, qui vel certæ administrationi, cui & jurisdictione adhæret <sup>38</sup>, præpositi sunt, vel ab his fuerint dati: & multo magis si a nostra Majestate delegata eis sit causarum audientia <sup>39</sup>. † Sed ne quid penitus dubitandum relinquatur, & hoc addendum esse censuimus, ut his tantum <sup>40</sup>, quos supra enumeravimus, liceat de in integrum restitutione disceptare, siue hoc specialiter eis fuerit mandatum (quod & Veteribus non fuerat incognitum) vel si generaliter dati sunt iudices, vel in aliis speciebus incidit quædam quæstio restitutionis. Dat. 3. Kal. Septembr. post consulat. LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XLVIII.

DE REPUTATIONIBUS <sup>41</sup> QUÆ FIUNT IN JUDICIO IN INTEGRUM RESTITUTIONIS.

*Restitutio concessa minori omnia in pristinum statum restituit, tam pro, quam contra.*

1. Imp. ANTONINUS A. Tatiano.

QUI restituitur in integrum, sicut <sup>42</sup> in damno morari non debet, ita nec <sup>43</sup> in lucro: & ideo quicquid ad eum pervenit, vel exemptione, vel ex venditione, vel ex alio contractu: hoc debet restituere. §. 1. Sed & si intercessor <sup>44</sup> minor viginti quinque annis intervenerit, in veterem debitorem debet restitui actio.

§. 2. Sed & cum minor adiit <sup>45</sup> hereditatem, & restituitur: mox quicquid ad eum ex hereditate pervenit, debet præstare: verum & si quid dolo <sup>46</sup> ejus factum est, hoc eum præstare convenit. Sine die & consule.

TIT. XLIX.

ETIAM PER PROCURATOREM <sup>47</sup> CAUSAM IN INTEGRUM RESTITUTIONIS AGI POSSE.

1. Imp. ALEX. A. Licinio.

CAusam in integrum restitutionis, si qua competit, etiam per procuratorem <sup>48</sup> agi posse placet. Dat. 13. Kalend. Octob. POMPEJANO & PELIGNO CONSS. 232.

TIT. L.

IN INTEGRUM RESTITUTIONE POSTULATA, NE QUID NOVI FIAT.

1. Imp. GORD. A. Secundino militi.

POSTulata <sup>49</sup> in integrum restitutione, omnia in suo statu <sup>50</sup> esse debere, donec res finiatur, perspicui juris est: Idque curabit is, ad cujus partes ea res pertinet. PP. 12. Kal. Jul. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

1 Ubi personæ examinatio exigitur, procurator non admittitur. 2 Probatæ ætas per scripturam. adde l. 3. sup. si minor se majorem. 3 Ætas scriptura & testibus probari potest consanguineis. l. 7. sup. de in integrum restitutione. l. 3. §. 5. ff. de Carthaginiensi edict. l. 13. ff. de probationibus. l. 2. §. 1. ff. de excusat. hic certe non tantum scriptura, sed & testibus idoneis probanda. 4 Pudor interdum causa est privilegii. 5 Nota casum in quo probatio quinque testium requiritur. 6 l. 1. sup. si minor se maj. 7 A personæ comparatione fœminæ excusatur, l. ult. inf. de recept. arbitris. 8 Ætatis venia non confert potestatem alienandi immobilia. 9 Non continuo pro majore habetur, qui senatoriam dignitatem adeptus est, adde l. 1. in fin. sup. qui & adversus quos. 10 Olim apud Præfectum vigilum. l. 1. Cod. Theodosian. de his, qui veniam ætatis. Ea res facit, ut hoc vocabulo Prætorum Cujacius intelligat Prætorum plebis; ex Novell. 13. 11 Petens beneficium, causam ejus impetrandi tenetur exprimere. 12 Privilegia contra leges impetrata nullius sunt momenti. 13 A Iudicibus. Nov. Leonis 23. in fin. 14 Perperam hic duplicari verbum, impetraverunt, putat Leonin. emendat. lib. 1. cap. 17. num. 1. Ant. 15 Ætatis veniam consequuti, sine decreto alienare immobilia sua non possunt. 16 Minor, impetrata ætatis venia, immobilia sua non potest alienare, aut obligare. 17 Αὐτὸ ἐγγράφῃ ὑποτίμαται, & ἡ ἀπὸ ἀνομοκρίτου κέρδη; Synops. 10. tit. 27. Et tit. 28. tit. 2. c. 2. ἡ ἀπὸ δεξιῆς; dixit Harm. d. loco. 18 Immo in dubio, perfecta ætas intelligitur ætas 25. annorum naturaliter impleta, non beneficio Principis, aut fictione indulgita. l. 50. in fin. ff. de leg. 3. l. ult. ff. de cond. & demonstr. 19 Nota casum in quo minoribus similes sunt ii, qui veniam ætatis impetraverunt. 20 In dubio, perfecta ætas intelligitur ætas 25. annorum naturaliter impleta, non beneficio Principis, aut fictione indulgita. l. 50. in fin. ff. de leg. 3. l. ult. ff. de cond. & demonstr. 21 Baldus hic colligit, Emphyteusim datam alicui pro se & liberis, ad legitimatos liberos non extendi. 22 In testamentis, verba naturaliter & proprie sunt intelligenda. 23 Adde inf. lib. 5. tit. 74. Et 10. Eclog. tit. 4. ex lib. 23. 24 Id quod minor ipse gesserit, non restituatur. l. 1. l. 2. inf. h. t. & ita abrogatur l. 3. §. 2. ff. de minoribus 25. ann. 25 Divisio hereditatis potest fieri sine scriptura. l. 21. §. de part. l. 9. inf. de pde instrum. 26 l. 2. inf. h. t. l. 3. §. 1. l. 30. ff. de minoribus 25. ann. 27 Soteri. 28 Synops. Basil. 10. tit. 29. adde l. 2. in fin. sup. de his, qui veniam ætatis. 29 Rati habitio facta a majori seu in majori ætate, contractum in minori ætate habitum, reconciliat. 30 Synops. Basil. 10. tit. 29. adde l. 2. in fin. sup. de his, qui veniam ætatis. 31 Vi de quæ scripti de Procuratore Cæsaris ad tit. de officio Procuratoris Cæsaris. 32 Adde

l. 3. §. ff. advers. rem jud. 33 Transactionis nomine soluta minor repetit & recipit. Synops. Basil. 10. tit. 29. in fin. 34 Agens ad distractum tenetur sequi forum rei. & ita restitutio non petitur in loco contractus habiti, sed in domicilio foroque rei. 35 Hæc verba fugitiva sunt, & ab hac l. aliena. 36 Cognitio restitutionis in integrum tribunali exigit. Goth. Ubi restitutio in integrum petenda: vid. Joann. a Sande lib. 1. tit. 15. defn. 1. Ant. Adde Menoch. lib. 6. consil. 509. cap. suscitata, & cap. ex literis extr. de in integrum restitutione. ubi Abbatem: & quæ novissime censura Forensi nostra: l. 4. c. 38. S. l. 37 De causa restitutionis in integrum non potest in arbitrium compromitti aut compromissum fieri, nec de ea arbiter potest cognoscere. vid. Wurmser. 1. Pract. 5. obs. 3. 38 Jurisdicção ordinaria & contentiosa territorii inheret, limites jurisdictionis sunt limites territorii. Bald. 39 Delegatus Principis ad audiendum, delegatus censetur ad definiendum: multo magis ad incidentia, quorum concessionem specialem requirit negat Bald. 40 Hinc etiam colligunt, casum restitutionis non posse compromitti. adde l. 44. in fin. ff. de minoribus 25. ann. 41 10. Synops. 4. ex tit. 30. id est, de his quæ adolescenti petenti restitutionem in integrum imputantur, ut ea vel reddat, vel compenset. Goth. Materiam hujus tituli videt apud Vals. illustr. controvers. lib. 3. c. 66. S. l. 42 Omnis restitutio in integrum est reciproca aut iniquissima, si ex uno tantum latere consistat. l. 24. §. 4. ff. de minoribus 25. ann. excipit l. pen. sup. de his, quæ vi metusve causa. adde Molinæum de usur. quæst. 11. num. 157. 43 Imo in lucro. l. 7. §. 8. ff. de minoribus 25. ann. 44 l. 48. in princ. l. ult. ff. de minoribus 25. ann. 45 Minor restitui potest adversus aditam hereditatem. sup. si minor ab hereditate. 46 Dolus enim rem repræsentat. 47 l. 25. §. 1. ff. de minoribus 25. ann. Eclog. d. loco 31. l. Harmen. 12. §. 67. excipit casum, l. 2. in pr. §. de his, qui veniam. 48 Mandatum speciale habentem. An hoc perpetuum est? negat Baldus dominum præcisè cogi ita constituit: Constituo te procuratorem ad petendam restitutionem in tali causa adversus N. Putat itaque sufficere, si generaliter ad petendam restitutionem datus sit. vid. Wurmser. 1. pract. 25. obs. 3. 49 l. 3. inf. de appell. & consil. 50 Ideoque qui lucrum sentit ex contractu vel sententia non potest contractum vel sententiam exsequi adversus eum, cui concessa est restitutio. idem rem alienare minime poterit. Vis est ea restitutionis, ut negotii vires suspendat. l. 32. sup. de transact. Goth. Vide Robert. Lancelot. tract. de attentatis. part. 2. cap. 18. n. 14. & sq. Fachin. l. 12. contr. cap. 17. 19. Odd. de restit. in integr. quæst. 42. 43. Ant. Fab. hse. & Joann. a Sand. decis. Frisq. lib. 1. tit. 8. defn. 4. S. l.

TIT. LI.

DE RESTITUTIONIBUS MILITUM<sup>1</sup>, ET EORUM QUI REIPUB. CAUSA ABSUNT.

De bonorum possessione.

1. Imp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Chiloni<sup>2</sup>.

SI Valerianus Centurio cohortis duodecimae Alpinorum ante vita decessit, quam [bonorum] possessionem acciperet, heres<sup>3</sup> ejus ex persona defuncti restitutionis auxilium intra annum<sup>4</sup> utilem ita recte implorabit, si<sup>5</sup> Valerianus post exactos dies, quibus bonorum possessio defertur, in militia defunctus est. P. P. Kalend. Novembr. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De bonorum deminutione, de actione amissa.

2. Imp. ALEXAND. A. Petronio Centurioni.

SI quid de bonis eorum, qui Reipubl.<sup>6</sup> causa absentes sunt, deminutum est, actione qua competente eis, aliquis liberatus fuit, in integrum restitutio perpetua jurisdictione intra annum<sup>7</sup> utilem permittitur. PP. 13. Kal. Nov. ALEX. A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De usucapione.

3. Idem A. Flavio Aristodemo militi.

QUOD tempore militiae<sup>8</sup> de bonis alicujus possessum ab aliquo est, posteaquam is Reipub. causa abesse desiit, intra annum<sup>9</sup> utilem amota praescriptione temporis medii possessionem vindicare permittitur: ultra autem jus possessoris laedere contra eum in futurum non oportet. PP. Non. Jan. MAXIMO. II. & ELIANO CONSS. 224.

De possessione & distractione bonorum.

4. Imp. GORD. A. Matriano.

IGNORARE non debes, eorum qui Reipub. causa sine dolo malo absunt, si absentes boni viri arbitratu non defenduntur, bona tantum possideri<sup>10</sup>: venditionem<sup>11</sup> autem in id tempus differri, quo Reipubl. causa abesse deserint. Dat. 12. Kal. Jan. GORDIANO A. & AVIO & A CONSS. 240.

De quadriennii praescriptione.

5. Idem A. Secundino militi.

NEQUE Reipublicae causa absentibus, neque aliis majoribus ad titulum in integrum restitutionis pertinentibus, praescriptionem quadriennii<sup>12</sup> post factam a fisco venditionem obesse [posse] manifestum est. PP. 6. Id. Maji, SABINO & VENUSTO CONSS. 241.

De distractione hypothecae.

6. Imp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Germano Centurioni.

SI, cum militaribus laboribus operam dares, creditoris tui heredes possessiones sibi obligatas distraxerunt, poteris adito Praeside provinciae in integrum restitutionem impetrare, retractataque<sup>13</sup> venditione, recipies possessiones, oblato ante [debito, vel] pretio<sup>14</sup>, si minus debito fuisset. PP. 4. Non. April. VALERIANO & GALLIENO AA. CONSS. 255.

De gestis a patre.

7. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Marinae.

[EA] quae<sup>15</sup> a patre geruntur, non decet pro disciplina militari a filiis ad irritum revocari: praesertim, cum nec patrem tuum in rebus humanis agentem affirmes conquestum fuisse super hujusmodi contractu. Dat. Non. Febr. CC. CONSS. 294.

De tempore expeditionis aliove.

8. Imp. JUSTINIANUS A. Mennae P. P.

SANCIMUS, his solis, qui in<sup>16</sup> expeditionibus<sup>17</sup> occupati sunt, ea tantummodo tempora, quae in eadem expeditione percurrunt, tam in exceptionibus declinandis, quam in petendis in integrum restitutionibus, eis optulari: illis temporibus, per quae citra expeditionis necessitatem in aliis locis, vel in suis aedibus<sup>18</sup> degunt, minime eos ad vindicanda memorata privilegia adjuvantibus. Dat. 6. Id. April. CONSTANTINOP. DECIO V. C. CONSS. 529.

TIT. LII.

DE UXORIBUS MILITUM ET EORUM QUI REIPUBLICAE CAUSA ABSUNT.

1. Imp. ALEXAND. A. Secundinae.

TEMPORALIBUS actionibus exclusis mulieribus, quae cum maritis Reipublicae causa absentibus peregrinatae<sup>19</sup> sunt, ad exemplum militum subveniri solere non est ignotum. PP. 3. Non. Decembr. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

2. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Quintiliano.

EI quae diutissime fuit cum marito, qui militiae operam dabat, non officit praescriptio longi temporis: sed quia hujusmodi diutinae absentiae commenta callide adhibita, atque composita obesse omnino non debent: decernimus, ut si talis mulier domum ad se pertinere monstraverit, quae in absentia ejus vendita est, refuso<sup>20</sup> pretio, quod re-

vera solutum est, eandem recipiat. Dat. 8. Kal. Decembr. ipis AA. & CONSS. 293.

TIT. LIII.

DE TEMPORIBUS<sup>21</sup> IN INTEGRUM RESTITUTIONIS, TAM MINORUM, ET ALIARUM PERSONARUM, QUAE RESTITUI POSSUNT, QUAM ETIAM HEREDUM EORUM.

De militibus, & eorum successoribus.

1. Imp. GORD. A. Pudenti militi.

IN his, in quibus laesus es, cum minor annis viginti quinque esses; toto militaris expeditionis tempore auxilium restitutionis postulare potes: tempus etenim post impletam minorem aetatem praestitutum, ex die<sup>22</sup> missionis iuxta rationem juris computari debet. PP. 3. Non. Octob. PIO (ULPIO) & PONTIANO CONSS. 239.

Si minor succedit majori causa militiae absentis, toto tempore minoris aetatis tempus petendae restitutionis non currit. Bald.

2. Idem A. Secundino militi.

SI intra legitimam aetatem, vel ea impleta nondum exacto tempore praestitutum, pater tuus in fata concessit, tuque ei heres<sup>23</sup> exististi; & intra viginti quinque annos, vel post eam aetatem intra id tempus, quod ad in integrum restitutionem defuncto supererat, nomen militiae dedisti: Praeses provinciae, causa cognita, per in integrum restitutionem ex persona defuncti subveniri tibi providebit. Dat. 11. Kal. Nov. PIO (ULPIO) & PONTIANO CONSS. 239.

3. Idem A. Mutiano militi.

SI intra annos, quibus in integrum restitutionis auxilium indulgetur, constitutus es, vel eo tempore nomen militiae dedisti, & expeditione occupatus es, continuatum<sup>24</sup> beneficium restitutionis, per usucapionem, licet ante militiam suppleta sit, non patitur te dispendio rei familiaris affligi. Dat. Kal. Novemb. PIO (ULPIO) & PONTIANO CONSS. 239.

4. Imp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Dionysio.

EX persona fratrum, si tibi eorum quaesita est successio<sup>25</sup>, potes contra quem supplicas, agere: non ignorans quod si minores viginti quinque annis militaverint fratres tui, atque in militia diem functi sunt: in integrum restitutionis tempus eis non cesserit, sed omne ad successorem transferent. S. 8. Kalend. Januar. PHILIPPOLI, CC. CONSS. 294.

De venia aetatis impetrata. 1. Si minor minori, 2. majori, 3. aut major minori successerit.

5. Imp. CONSTANTINUS A. ad Bassum P. P.

EA<sup>26</sup> quae de temporibus in integrum restitutionum<sup>27</sup> legibus cautae sunt, custodiri convenit: & si forte quis beneficio nostro aetatis<sup>28</sup> veniam fuerit consequutus: ex eo die, quo indulgentia nostra in iudicio competentis fuerit intimata, eique administratio rei propriae permessa, ad persequendas in integrum restitutionem<sup>29</sup>, finiendaeque causas jure tempus habeat praestitutum: [ita tamen, ut nunquam minoribus viginti quinque annis constitutis, de his, quae ante imperatam veniam aetatis gesserunt, auxilium in integrum restitutionis denegetur.]

§. 1. Si quando sane in<sup>30</sup> minoris jura successerit minor: minime prohibeatur, cum quintum & viciesimum suae aetatis annum transierit, in integrum restitutionis beneficio uti tempore illibato. §. 2. Quod si majoris fuerit minor jura nactus; quantum ad eas pertinet causas, quas ex persona majoris fuerit consecutus; tantum temporis ad exponendas in integrum restitutiones decidendasque causas accipere debet, quantum defuncto, cujus heres aut bonorum possessor docebitur extitisse, reliquum fuerat. §. 3. Cum vero major successione fuerit adeptus minoris: si quidem civili jure ab intestato, vel ex testamento successerit, mox cum fuerit adita<sup>31</sup> hereditas: si vero honorario jure, ex quo bonorum possessio fuerit accepta, examinando [ac terminando] in integrum restitutionis negotio, solida sine ulla diminutione tempora suppetentur. Dat. Non. Octobr. Roma, CONSTANTINO A. & LICINIO Caes. utrisque II. CONSS. 312.

De dote cauta non numerata.

In AUTHENT. de temp. non solut. pecuniae super dote. §. generaliter. coll. 8. tit. 1. ad. col. 7. tit. 10. seu Nov. 100. cap. 2.

SI minor viginti quinque annis de dote cauta non numerata statim non queritur; restituitur eatenus, ut non transcendat a tempore nuptiarum duodecimum annum. Eo quoque mortuo intra praedictum tempus, indulgetur annus heredi ejus. Sed si heres sit minor majoris, seu minoris defuncti, quinque annorum gaudeat spatio, non expectato exitu aetatis ejus.

De dilationibus.

6. Idem A. ad Julianum Praefectum urbi.

PETENDAE in integrum restitutionis temporibus observatis, si dilatio ab actore petatur, quae intra metas restitutionis valet artari: eandem

1 IO. Synops. Basl. l. 4. §. tit. 33. Lib. 4. ff. 6. adde Papon. 3. Notar. 9. fol. 740. & P. V. Nam & P. U. restituit. l. 16. in fin. ff. de minor. 25. ann. 3 Heres ex persona defuncti restitutionis beneficium potest petere. 4 Hodie intra quadriennium continuum, l. ult. in pr. infr. de temp. in integr. 5 Heres restituitur ex persona defuncti, dummodo beneficium restitutionis originem ex minoris persona sumpserit. 6 l. 1. ff. ex quibus causis major. 7 Hodie intra quadriennium continuum, l. ult. in pr. infr. de temp. in integr. 8 l. 40. ff. ex quibus causis major. 9 Hodie intra quadriennium. d. l. ult. 10 Et eorum bonis curatores dari, quin etiam possideri quidem militis bona, donec in castris esset, aliquando edixit consul Romanus, ut Livius scribit lib. 2. sed extra ordinem, nam ex ordine possideri possunt. vid. Cujac. observ. 31. ubi tractat de causis possessionis bonorum rei servandae causa. 11 l. 6. §. 1. ff. quib. ex causis in poss. l. ult. §. 1. ff. de reb. auctorit. 12 Olim quinque annis ex Edicto D. Marci. Rebus alienis citra debiti causam a fisco venditis, earum domini intra quadriennium fisco litere movere possunt: post quadriennium non possunt. §. ult. ff. de usucap. nih. trepublicae causa abstruunt. ut hic. Ecl. d. loco c. 5. 13 Retractaque Hal. 14 Putarem has duas voces, vel pretio, dispungendas esse: & post, ff. minus debitum fuisse. 15 Privilegium successoris legitimum factum praedecessoris non rescindit. Bald. 16 Vide l. penult. infr. de testam. milit. 17 Aliud, si milite praesente quid statutum. l. 15. §. 2. ff. ex quibus causis major. aut ejus procuratore. l. 39. d. tit. 18 Sedibus Hal. & τῶν ὀνόματι Græci: vide l. 18. supr. de episcopalis auctoritate.

19 Quibus officium publicum damno esse non debet, ut nec eorum uxoribus. 20 l. 6. supr. tit. prox. 21 IO. Eclog. 4. tit. 34. vide l. ult. infr. h. t. 22 Ordinem temporis observa: Minoris aetatis, petendae restitutionis aetatis causa, missionis a militia. unde postumus colligere, Tempus restitutionis petendae, quod alias effluxit, si aetatis privilegium spectemus, retineri, propter novum privilegium ejusdem personae, puta militiae. Privilegium aetatis continuari cum alio privilegio. l. 3. infr. h. t. 23 Dic ut in l. 5. §. 1. 2. 3. infr. h. t. 24 Dixi ad l. 1. supr. h. t. 25 Beneficium restitutionis ex quacunque causa competens successoris competit. Salicet. 26 Pars legis 2. C. Th. de in integr. restit. l. 2. Synops. Basl. 4. ex tit. 34. 27 Ad hanc legem notant illud imprimis Doctores advertit hereditatem jacentem praescriptionem non currere. vide Dynum ad reg. sine possessione. de Reg. jur. in 6. Et ibi Boerium in verb. hereditatem. Mod. 28 Vide §. de his, qui veniam aetatis. 29 Restituciones. 30 Si major majori succedit, heredi idem tempus competit, quod defuncto: si minor, ab adita hereditate. §. ult. j. h. t. quadriennium ex persona defuncti. l. 4. §. h. t. l. 19. ff. de minorib. 25. ann. Si minor minori succedit, heres ex sua persona restituitur, nec defuncti tempus numeratur, ut hic. Paul. 1. sent. 9. §. 4. quod interdum etiam quadriennium potest excedere, ut in hypotheli. l. 1. §. h. t. Si majori, post suam legitimam aetatem tantum temporis habet, quantum defuncto supererat. §. 2. j. h. t. l. 19. ff. de minorib. 25. ann. l. ult. in fin. j. si major fact. alienat. fact. sine decret. 31 Creta. d. l. 2. C. Th. Verum haec vox sublati est a compositioribus, propter cretiones sublatas.

quocunque flagitante, causis cognitis tribui oportebit. Sin vero ejusmodi postulantur curricula, quae intra spatium receptum angustari nequeunt: (quippe si in confinio legitimi temporis petantur, & ejus terminos prorogabunt) dilationem petitori denegari conveniet: in ejus enim arbitrio fuerat tunc inferre litigium, cum petitae dilationis mora superfluo spatio posset includi. §. 1. Quod si defensio rei dilationis suffragium postulerit: eandem asserta causa citra obstaculum temporis differri sancimus: quia nequaquam steterat in ipsius potestate, quando litigio pulsaretur. Dari igitur debet, etsi impetrata dimensio sese ultra temporis definitionem proferat: Qua dilatione, si a reo impetratur, etiam actor in requirendis probationibus uti minime prohibebitur. Dat. 14. Kal. August. Roma, CONSTANTINO CAES. & MAXIMO CONSS. 328.

De anno utili in quadriennium continuum transfuso. 1. Quae tempora excipiuntur in restitutionibus.

7. Imp. JUSTIN. A. Joanni P. P.

SUPervacuum differentiam utilis anni in integrum restitutionis a nostra republica separantes, sancimus, & in antiqua Roma, & in hac alma urbe, & in Italia, & in aliis provinciis quadriennium continuum tantummodo numerari, ex die, ex quo annus utilis currebat, & id tempus totius loci esse commune: Ex differentia enim locorum aliquod induci discrimen, satis nobis absurdum visum est. Quod non solum in minorum restitutionibus, (quibus utilis annus incipit currere, ex quo vicefimi sexti anni dies illuxerit) sed etiam in majorum hoc idem adhiberi sancimus; ut & hic pro utili anno memorata continuatio temporis observetur ad interponendam contestationem, finiendamque litem. §. 1. Et quemadmodum omnis minor aetas excipitur in minorum restitutionibus; ita & in majorum tempus, in quo Republica causa abfuerit, vel aliis legitimis causis, quae veteribus legibus enumeratae sunt, fuerint occupati, omne excipitur: & non abimilis sit in hac parte minorum & majorum restitutio. Dat. Kalend. Septemb. Constantinop. post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. CONSS. 531.

TIT. LIV.

QUIBUS EX CAUSIS MAJORES IN INTEGRUM RESTITUANTUR.

De officio legationis.

1. Imp. ANTONINUS A. Emiliano.

SI propter officium Legationis ad me bona fide factae, absens & indefensus condemnatus es, instaurationem judicii jure desideras, ut ex integro defensionibus tuis utaris: nam eos quoque qui legationis officio funguntur, in eo privilegio esse, in quo sunt, qui Republica causa abfunt, receptum est. PP. 5. Non. Mart. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

De custodia militari.

2. Idem A. Dionysio.

SI idcirco apud arbitrum praesentiam tui facere non potuisti, quod sub Custodia militari jussu Praesidis detinebaris, idque in veritate esse Praesidi provinciae probaveris: accipies causae instaurationem. PP. 13. Kalend. Octob. LAETO & CEREALI CONSS. 216.

Causa cognita majoribus subveniri.

3. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Proculo decurioni.

IN contractibus, qui bonae fidei sunt, etiam majoribus officio judicis causa cognita publica jura subveniunt. Dat. Non. August. DIOCLETIANO & ARISTOBOLO CONSS. 285.

De Republica.

4. Idem AA. Prisciano.

REpublica minorum jure uti solet: ideoque auxilium restitutionis implorare potest. Dat. 2. Id. Novembr. DIOCLETIANO & ARISTOBOLO CONSS. 285.

De reverso ab hostibus.

5. Idem AA. Liciniano.

SI ab hostibus cum patre matre captus, postea his ibi defunctis, legis Corneliae beneficio reversus, successiones eorum quaesisti: exemplo utilis actionis, quae in integrum restitutis datur, cum exceptionis annuae (quae huic objici solet) objectu res vindicare non prohiberis. Dat. 16. Kalend. Maji, CC. CONSS. 294.

TIT. LV.

DE ALIENATIONE JUDICII MUTANDI CAUSA FACTA.

Facta alienatione ratione mutandi judicii, possessor potest conveniri rei vindicatione, quam possessio parit. Bald.

1. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Attalo.

CUM in rem actionem possessio pariat adversario; alienatione etiam judicii mutandi causa celebrata, in integrum restitutio. Edicto perpetuo permittatur: intelligis, si rem, ne secum ageretur, qui possidebat, venundedit, & emptori tradidit: quem elegeris, conveniendi tibi tributam esse jure facultatem. Dat. 6. Kal. Decemb. Viminacii, CC. CONSS. 294.

TIT. LVI.

DE RECEPTIS ARBITRIS.

De appellatione. De judicati actione. De poena, si intra diem compromisso comprehensum judicetur.

1. Imp. ANTONINUS A. Nepotiana.

EX sententia arbitri ex compromisso jure perfecto aditi appellari non posse, saepe rescriptum est: quia nec judicati actio inde praestari potest: & ob hoc invicem poena promittitur, ut metu ejus a placitis non recedatur. Sed si ultra diem compromisso comprehensum, judicatum est, sententia nulla est, nec ullam poenam committit, qui ei non paruerit. PP. 9. Kal. Aug. Roma, ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De eo, qui praesentiam sui facere detrectat.

2. Imp. CARUS, CARINUS & NUMERIANUS AAA. Clementi.

SI contra compromissum adversarius tuus apud electum arbitrum praesentiam sui facere detrectavit, placitae poenae videtur obnoxius. PP. 8. Kal. Januar. CARO & CARINO CONSS. 283.

De doli exceptis. De doli clausula.

3. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Petroniae.

ARbitrorum ex compromisso sententiae non obtemperans, si sordes vel evidens gratia eorum, qui arbitrati sunt, intercessit; adversus filiam tuam agentem ex stipulatu, exceptione doli mali uti poteris: sed ex doli mali clausula, quae compromissi stipulationi subijci solet, filiam tuam convenire non vetaberis. PP. 3. Id. Januar. ipsis AA. CONSS. 293.

De iurejurando. 6. De verborum subtilitate negligenda.

4. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P. P.

NE in arbitris cum sacramenti religione eligendis perjurium committatur, & detur licentia perditis hominibus passim definitiones Judicum eludere: sanctissimo arbitrio & hujusmodi rem censemus esse componendam. §. 1. Si igitur inter actorem & reum, nec non ipsum Judicem fuerit consensus, ut cum sacramenti religione lis procedat, & ipsi quidem litigatores [in scriptis] hoc suis manibus vel per publicas personas [scripserint], vel apud ipsum arbitrum in actis propria voce deposuerint, quod sacramentis praestitit arbitri electus est, hoc etiam addito, quod ipse arbitri iuramentum praestiterit super lite cum omni veritate dirimenda: ejus definitionem validam omnimodo custodiri censemus; & [neque] reum, neque actorem posse discedere, sed tenere omnifariam, quatenus obedire ei compellantur. §. 2. Sin autem de arbitro qui-

1 Vide l. 42. ff. de reg. jur. 2 Plures dilationes dantur reo, quam actori. vid. quae not. ad l. 125. ff. de reg. jur. 3 l. ult. j. de repud. vel abstin. hered. & ita intra xxix. annuum etatis restitutionem major petere tenetur. Apud Gallos ex Editto Francisci I. potest intra xxxv. annuum. v. Rebuff. tom. 22. tract. de restit. gl. 2. 4 Continuum annus dicitur: quod computentur in eo etiam dies feriati. V. Wurmf. 1. pract. 25. obs. ult. ubi formam quodque libelli pro impetranda restitutione subjicit. Plenius de hujusmodi libellis, vid. Oldendorp. class. 6. act. 3. ubi de libello restitutionis minorum tractat. ut & 9. majorum. 10. quod metus causa. 11. doli mali. adde Ferrar. in forma libelli super petitione restitutionis in integrum. Goth. Ad intellectum hujus legis & intra quantum tempus postulanda sit restitutio, vid. Afflic. decif. 177. Yanez. lib. 2. rer. quotid. cap. 11. & Boer. decif. 39. Anf. Adi Innoc. Abbat. alios ad cap. in literis. de restit. spoliat. Curt. jun. consil. 110. n. 14. Decium consil. 36. n. 9. Egid. decif. 673. in tit. de integro restitut. Jalou. ad §. rursus. Instit. de action. n. 74. Boer. decif. 39. Socin. jun. consil. 128. num. 164. cum seqq. lib. 1. Bart. ad l. cum filius. §. 1. ff. de verb. oblig. Dyn. in Regul. Cum quod in jure. de reg. jur. in 6. Mod. 5 Id est, si cum abessent reipublicae causa, lecti fuerint, intra quadriennium a suo reditu restitutionem postulant. Demus majorem in rationum computatione deceptum? Error calculi quadriennio non praescribitur. l. 8. ff. de administ. rer. l. 13. ff. de diversis & temporal. praeser. quia actio de dolo suum biennium retinet. l. ult. supr. de dolo. 6 L. 4. D. 6. vid. Papon. 3. Notar. 9. fol. 657. Oldendorp. class. 6. act. 9. 7 l. 8. l. 25. l. 28. §. 1. l. 32. ff. h. t. l. 19. ff. de testib. l. 14. ff. de legat. 8 Legati civitatum habentur pro absentibus Reipubl. causa. 9 l. 1. §. 1. l. 9. l. 15. l. 23. ff. h. t. l. 2. §. 1. & seq. l. 4. §. 1. ff. si quis cautionib. 10 Vid. l. 19. §. 1. ff. de probat. 11 l. 1. in fin. l. 26. §. 9. l. 28. §. 2. ff. h. t. adde l. 3. infr. comm. utriusque. l. 2. infr. de rescind. vendit. l. 7. ff. de integro. adde Cujac. 13. observ. 24. 12 An & in stricti juris? utique. l. 4. §. de dolo. dicam plenius ad l. 2. j. de rescind. vendit. 13 Vid. l. 3. j. comm. utriusque judicis. 14 Restitutionem non petunt, sed officio judicis eis subvenitur. 8. pp. Bassil. 10. tit. 1. ex tit. 36. cap. 3. 15 l. 22. in fin. ff. h. t. l. 3. j. de jure repub. l. 9. ff. de appellat. & relat. An idem est in rege & fisco? negat Cynus hic. sed Guido Papae decif. 302. refert, Carolum regem Francie restitutum fuisse sententia judicis adversus remissionem Comitatus Valentini quam Lud. Picavienfis fecerat. 16 Atque ita res pupilli & ecclesiae aequiparantur. Abbas in cap. auditur. de integro. restit. Coppolla caut. 139. quod autem hic quaerere solent glossographi, an castrum vel villa debeat in integrum restitui, item quando civitas vel universitas in integrum restituarur: de eo vide Socinum consil. 299. Jalouem ad §. rursus. n. 35. Instituit. de act. Corn. consil. 148. lib. 1. n. 10. Decium consil. 42. in fin. n. 13. iterum Jalouem consil. 118. l. 1. Marfil. sing. 699. ubi agit de communi. Mod. 17 l. 23. §. 1. ff. h. t. adde Paul. 3. sent. 4. §. 8. 18 L. 4. D. 7. §. 1. Decret. 42. Vide formulam hujus actionis apud Oldendorp. class. 1. act. 11. 19 Titulus hic proprie ad rem pertinet, qui rem ad alium transiit mutandi iudicii causa: ideoque diversus est a tit. 14. supr. h. lib. Mod. 20 Possessio parit in rem actionem. l. 17. ff. de pign. & hypoth. In rem actio possessorem tenet. l. 1.

infr. ubi in rem actio. ex possessione est. l. 24. §. 2. ff. de iudicis. Goth. Ad intellectum hujus legis vide Bellon. Supputat. lib. 1. cap. 19. Anf. 21 Receptis arbitri, iudices sunt compromissarii, non ordinarii. l. pen. §. 2. infr. h. t. Receptum enim est compromissum. l. 14. §. 1. infr. de iud. aduentur autem vel ex pacto nudo, vel conspulatione, vel ex iurejurando, l. 4. infr. h. t. sublatu a Justiniano Nov. 82. alias datur a iudicibus. Goth. De Arbitris, & Arbitratoribus vid. Berlich. part. 1. conclus. 4. Emeric. a Rosbach. process. iudicis. civ. tit. 6. & Andr. Gail. lib. 1. observ. 150. S. L. 22 Arbitris, Hal. adde l. 4. ff. 8. §. 1. Decr. 43. l. fest. 22. 7. Ecl. 2. §. 1. Harm. 4. c. 1. 22. 23. 24. 25. Formulam hujus actionis, vid. apud Ferrarient. in forma compromissi 28. adde Oldend. in ench. except. cap. 8. ubi tractat de exceptionibus adversus arbitros: adde Rebuff. tom. 3. tract. de arbitris & arbitratoribus, & quomodo illorum sententia reformari debeant. 23 Lege, additi, per ea quae not. ad l. 16. infr. fam. erisc. §. l. 80. ff. de iudic. S. L. 24 A sententia arbitri non appellatur, l. 32. §. 14. ff. h. t. Carthaginiensis synodus c. 98. §. 123. Ea est arbitrii natura ac ratio vera, quam & Graecorum lex comprobatur apud Demosthenem, in τῶν κατὰ μέτρον, & Lucianum in abdicato. Ino appellatur. l. 9. ff. qui satisd. l. ult. in fin. j. de iud. adde l. 14. in fin. ff. hoc tit. Solve: Ad arbitris datus a iudice appellatur, non a compromissariis. vid. Baronem ad l. 3. Cujac. 9. observ. 23. Quid? nunquam a compromissario appellatur? appellatur, sed eo casu quo ex ejus sententia actio oriretur. Bart. hic num. 3. adversus gloss. quemadmodum si de jure pronunciare debuit, nec formam juris servavit. Id etiam locum habet in arbitro, in quem consanguinei ex statuto coguntur compromittere: nam ab eo potest appellari. Wurmf. 1. pract. 24. obs. 16. Cujac. scribit, moribus Galliae a compromissario appellari, ad Novell. 82. in fin. & consult. 12. vid. Socin. reg. 17. 25 Quando & quatenus hoc verum sit, vide praeter Gothofredum, hic Socin. in reg. 17. versio. appellare. Felin. ad cap. super his. n. 7. extr. de accusat. Boer. decif. 284. n. 16. Ann-balem Troysium ad l. nemo potest. de leg. 1. n. 437. Ducenam reg. 57. Arbitri Ludov. Vicatem denique lib. 6. variat. lect. c. 6. Mod. 26 Ex sententia arbitri non oritur judicialis actio. 27 Utilitatem poenae debite ex compromisso observa. 28 Quid? Potestne compromissarius terminum prorogare? potest utique, si ei data facultas fuerit: non poterit tamen in infinitum, quantumvis liberam potestatem habeat, sed ad duas aut tres vices ad summum. Jaf. ad l. ult. §. de sacros. eccles. Wurmf. 1. pract. 3. observ. 2. 29 Vid. l. 27. §. 4. ff. h. t. 30 Sordes πανταχως Synops. Bassil. 7. 2. cap. 55. 31 Compromitti potest inter patrem & filiam. 32 l. 32. §. 14. in fin. ff. h. t. 33 Hanc legem a Basilicis abesse Cujac. notat h. tit. 34 Perjuria vitanda. 35 Abrogatur, vide Nov. 82. c. 11. §. 1. 36 Paria sunt jurare, & consentire, ut cum sacramenti religione lis procedat: modo de consensu appareat. 37 Nota formam jurandi in arbitrum. vid. tamen auth. prox. infr. h. t. 38 Idem operatur scriptura propria ac manu tabellionis facta. Bald. 39 Nota de compromisso iurejurando partium, & ipsius arbitri, delato & recepto. vide tamen auth. prox. j. h. t. 40 Ab arbitri sententia iurejurando electi non appellatur. vid. tamen auth. prox. infr. h. t. 41 Nota de arbitrio solo partium iuramento delato. vide tamen auth. infr. h. t.



dem nihil tale fuerit vel compositum, vel scriptum, ipsæ autem partes literis hoc manifestaverint, quod juramenti nexibus se illigaverint, ut arbitri sententiæ stetur, & in præsentis casu omnimodo definitionem arbitri immutatam servari, literis videlicet eorum similem vim obtinentibus; sive ab initio hoc fuerit ab his scriptum, vel præfato modo depositum, dum arbiter eligebatur, sive post definitivam sententiam hoc scriptum invenitur, Quod [cum] sacramenti religione ejus audientiam amplexi sunt: vel, Quod ea, quæ statuta sunt, adimplere juraverint. §. 3. Sed & si ipse solus arbiter hoc litigatoribus potestibus, vel scriptis, vel depositionibus (ut dictum est) manifestum facientibus, præstiterit juramentum, Quod cum omni veritate liti libramenta imponat: similem esse [etiam] in præsentis casu prioribus ejus definitionem, & eam omnimodo legibus esse vallatam.

§. 4. Et in his omnibus casibus liceat vel in factum, vel conditionem ex lege, vel in rem utilem instituire actionem, secundum quod facti qualitas postulerit. §. 5. Sin autem in scriptura quidem aut depositione nihil tale apparuerit: una autem pars dicat juramentum esse præstitum, quatenus arbitrari stetur sententiæ: hujusmodi litigatorum, vel solius 3 arbitri sermones minime esse credendos: cum & si quis juramentum datum esse non iudice supposito, nec hoc scriptura partium testante, concesserit: incerti certaminis compositio (quæ inter homines imperitos sæpe accidit) non aliquid vigoris rebus judicatis inferat, sed in hujusmodi casu hæc obtineant, quæ Veteres super arbitris eligendis sanxerunt.

la AUTHENT. de iudicibus. §. quia vero multæ. col. 6. tit. II. al. 10. seu Novell. 82. cap. 11.

DECERNIT JUS NOVUM, nullum sic fieri posse arbitrium, ut cum sacramenti religione iudicet: sed penam statuat, qua præstita liceat a iudicatis recedere. Si contra hoc iudicatum fuerit, iudex qui male iudicat, si dolo facit, penam a Deo expectet: si ignorantia, nihil præter sacramentum ei erit, neque litigatores rursus damno afficiantur.

§. 6. Si quis autem post 5 arbitri definitionem subscripserit 6 ἐπιμένειν (id est, permanere) vel πληροδορεῖν 7, (id est, implere) vel διδόναι id est, dare: (Græcis enim vocabulis hoc enarrare propter consuetudinem utilius visum est) & si 8 non adjecerit ἀπολογία 9, id est, spondeo: & sic omnimodo per actionem in factum eum compelli ea facere, quibus consentit: Qualis enim differentia est, si hujusmodi verbis etiam ἀπολογία adiciatur, vel hujusmodi vocabulum omnino omittatur: si enim verba consueta stipulationum, & subtilis, imo magis supervacua 10 observatio ab 11 aula concessit; & nos quidem nuper legibus a nobis scriptis, multa vitia stipulationum, multasque ambages, scrupulososque circuitus correximus: cur non & hujusmodi scriptura totam formidinem Veteris juris amputamus; ut si quis hæc scripserit, vel unum ex his, acquiescere eis compellatur, & ea ad effectum omnimodo perducere? Cum non sit verisimile, hæc propter hoc scripsisse, ut tantum non contradicat, sed ut etiam ea impleat, adversus quæ obviam ire non potest. Dat. 3. Kal. Nov. DECIO V. C. CONS. 529.

De exceptione, & actione. 1. De temporis interruptione. 2. ut bis quæ apud compromissarios facta sunt, in ordinariis iudiciis uti liceat.

§. Idem A. Juliano P. P.

CUM antea sancitum fuerat in arbitris eligendis; quos neque 12 poena compromissi vallabat, neque 13 Iudex dederat, sed nulla sententia præcedente communis electio, ut illorum sententia staretur 14, procreabat; si quidem pro parte pulsata forma arbitralis procederet, exceptionem ei veluti pacti generari: sin autem pro actore calculus poneretur, nihil ex eo procedere ei præsidii: sancimus in eos arbitros, quos prædiximus, & quos talis consensus elegerit, sub eo pacto [vel] in scriptis, vel non in scriptis habito, ut eorum definitioni stetur: liquidem subscripserint 15, postquam definitio processerit, Quod non displiceat ambabus partibus eorum sententia: non solum [re]o exceptionem 16 veluti pacti generari, sed etiam actori ex nostro numine in factum actionem, quatenus possit sententia ejus executioni mandari, in hac quidem Regia civitate ab officio eminentissimæ Præfecturæ, vel ejus cujus 17 forum pars persequitur fugientis: in provinciis autem tam per Moderatores, quam per apparitores eorum, vel per Iudices, quorum regimen [pars] pertimescit pulsata. Sin autem post sententiam minime quidem subscripserint [Se] arbitri formam amplecti, sed silentio 18 eam robo-

1 Nota de arbitrio nudo consensu partium delato. 2 Non præsumitur juratum, nisi probetur juratum. 3 Iudex de actis & gestis in causa testificari non potest. vide Socinum reg. 199. 4 Hodie arbitri non sunt eligendi cum juramento. Quid si electi? Poterit ab illorum arbitrio recedi. Novell. 82. c. 11. ubi vide Cujac. 5 Scripseram requiri in arbitrii homologatione hinc colligitur. 6 Subscripserit & μη ἀπι- ληρω τὰ δευριδέντα διδόναι, Hal. 7 Cujacius videtur legisse πληροδ. 17. obs. 16. 8 Causa dubitandi ex eo videtur oriri: quod infinitivi: ἐπιμένειν, πληροδορεῖν, διδόναι, & similes nullam animi inclinationem ostendant. Infinitivi namque ea est natura, ut omnes ipse sequatur modos, atque cum ipsis ad significandum coalescat. Itaque Græci recte ἀπαξίωσαν appellarunt, quippe quod nihil indicet aut finiat: sicut non est, sed aliorum. vid. Scal. c. 114. de caus. lingua Latina. Quod cum ita sit, hujusmodi infinitivi desinitu alterius modo verbo nihil significare videntur, & consequenter non obligare iis utentem. Ratio vero decidendi in eo est, repeti verbum ἀπὸ κεινῶν. Eodem modo testamentum non minus valet, quod in nuncupando herede omissum sit verbum directum Ego. l. 7. infr. de testam. l. 1. §. 5. ff. de her. inst. Idem dicendum in fideicommissis, si omissum sit verbum Veio. l. 10. J. de fideicommissis. Sic omissum verbum Dare non vitiat legatum. l. 106. ff. de leg. 1. si constat de voluntate, debetur legatum, licet minus scriptum sit. l. 70. §. 9. ff. de leg. 3. 9 Inde homologatio & homologandi verbum prædicis utitur: ejus loco Barbari Emologare dicunt. 10 Subtiles & nimis onerosæ verborum formulæ in iudiciis, arbitriis & stipulationibus desunt. vid. tit. 58. infr. h. lib. 11 Ab aula concessit, id est, non est in usu. 12 Quoties sine poena compromissum est, sententia arbitri est inutilis: nisi taciturnitate vel subscriptione confirmata sit. vid. Oldend. c. 8. de except. num. 9. 13 Arbitri vel mutuo partium consensu accipiuntur, vel a iudice dantur. 14 Ad modo dictum Annibalem ad d. l. nemo potest. n. 430. 437. 441. & 443. Marant. de ordin. iudic. Zuccar. ad rubric. de pact. §. post n. 81. Decium consil. 60. col. fin. Alexand. consil. 131. lib. 2. Nota autem legem hanc loqui de arbitris, non de arbitratoribus. Bartol. ad l. si societatem. §. arbitratorum. n. 16. ff. pro soc. Imolenf. ad l. si convenerit. ff. de re jud. Jafon. ad l. Julianus. n. 23. ff. de condit. indeb. quor vero sint genera arbitratorum vid. apud eundem Jafonem ad §. omnium. Infr. de act. & consule porro etiam Hippol. senal. 467. itemque Socinum in reg. 5. Mod. 15 Ex sententia arbitri electi nudo pacto cum poena & illa clausula, rata manente pacto, acceptata expresse vel tacite a partibus oritur actio & exceptio. Quid si vel nudo pacto vel stipulatione poenali citra superiorem clausulam compromissum esse dicitur? ad penam agetur. Quid si nuda stipulatione? ad interesse live id, quod interest. Bar. hic & Wurmler. l. 1. præf. 22. obs. 8. 16 De exceptione compromissaria pronuntiationis vid. Oldend. c. 40. de except. Interim notandum est, acta coram arbitro non valere, nisi scripta sint. vid. Socin. reg. 5. 17 Sententia arbitri executioni mandatur per iudicem rei, nec respicitur locus arbitrii. 18 Exemplum vid. in l. 5. J. de re jud. 19 Decem die- rum silentio sententia arbitri approbata intelligitur. 20 Clandestina attestatio infirmat arbitri sententiam. 21 Nov. 82. c. 11. 22 Citatio facta coram arbi-

raverint, & non intra decem 19 dies proximos attestatio 20 missa fuerit vel iudici vel adversario ab alterutra parte, per quam manifestum fiat definitionem non esse amplectendam: tunc silentio partium sententiam roboratam esse, & fugienti exceptionem, & agenti memoratam actionem competere. Altera autem parte recusante secundum præfatum modum, & implere statuta minime cupiente: nihil fieri præjudicii, neque parari vel exceptionem reo, vel actori actionem: exceptis videlicet arbitris, qui cum sacramenti religione electi sunt, secundum novellam 21 nostri numinis constitutionem: tunc etenim ea omnia servari [oportet], quæ lege nostra super hujusmodi audientia definita sunt. §. 1. Licet non ignoremus Julii Pauli opinionem, & aliorum certorum prudentium, qui tetigerunt [quidem] hujusmodi quæstionem, quam in præsentem aggredimur, non autem peritissime peregerunt, sed utque ad quasdam actiones temporales standum esse existimaverunt: plenius tamen, & generaliter definimus, conventum in scriptis apud compromissarium iudicem factum ita temporis 22 interruptionem inducere, quasi in ordinario iudicio lis fuisset inchoata. §. 2. Ad hæc generaliter sancimus, in his quæ apud compromissarios facta sunt; si aliquid in factum respiciens vel professum est, vel attestatum, posse eo & 23 in ordinariis uti iudiciis. Dat. 6. Kal. \* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONS. 530.

De mulieribus.

6. Idem A. Joanni P. P.

SANCIMUS mulieres 24 suæ pudicitie memores, & operum quæ eis natura permisit, & a quibus eas iussit abstinere, licet summæ atque optimæ opinionis constitutæ in se arbitrium susceperint, vel, si fuerint patronæ, etiam inter libertos suam interpulerint audientiam, ab omni iudiciali 25 agmine separari, ut ex earum electione nulla poena, nulla pacti exceptio adversus iustos earum contemptores habeatur. Dat. Kal. Septemb. Constantinop. LAMPADIO & ORESTE CONS. 530.

TIT. LVII.

DE SATISDANDO 25.

Procurator actoris factus apud acta non tenetur satisfacere de rato, sed de defendendo. Bart.

1. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC.

NON est incerti juris, eum qui apud acta 27 factus est agentis procurator, non compelli ratam rem dominum habiturum satisfacere: hoc enim casu velut præsentis 28 procuratore interveniente intelligendum est. Itaque etsi postea mutata 29 voluntate procuratorem esse 30 noluerit, tamen iudicium, quo quasi procurator expertus est, iudex ratam habere debet. Sin autem ei ab adversario suo opposita 31 fuerit in ipso litis exordio defensionis allegatio: etiam ipse quasi absens in hac parte procurator satisfactionem super excipienda lite præstare cogitur: qua non præcedente, lis, quæ ei data est, ulterius procedere a iudice non conceditur. Rei autem procurator vel defensor, etiam sub gestorum testificatione factus, in ipso litis limine iudicatum 32 solvi satisfactionem in omnibus causis præstare cogitur. Dat. 9. Kal. Novemb. CC. CONS. 294.

TIT. LVIII.

DE FORMULIS 33 ET IMPETRATIONIBUS 34 ACTIONUM 35 SUBLATIS.

De formulis.

1. Imp. CONSTANTINUS A. Marcellino Præsidi Phœnicie.

JURIS formulæ 36 aucupatione syllabarum insidiantes cunctorum actibus radicitus amputentur. Dat. 10. Kal. Febr. CONSTANTIO III. & CONSTATE II. AA. CONS. 342.

De Impetratione actionis.

2. Imp. THEODOS. & VALENTIN. AA. Hiero P. P.

NULLI prorsus non 37 impetratæ actionis in majore vel minore iudicio agenti opponatur exceptio, si aptam rei, & proposito negotio competentem eam esse consiterit. Dat. 10. Kal. Maji, FELICE & TAURO CONS. 428.

TIT. LIX.

DE JUREJURANDO PROPTER 38 CALUMNIAM DANDO 39.

De probationibus. 1. De questionibus.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P. P.

tro interruptit præscriptionem. 23 Confessiones & attestations coram arbitro valent etiam finito compromisso. 24 Mulier non potest esse arbiter. Ante hanc constitutionem Cujac. 13. obs. 22. putat mulieribus integræ famæ id licuisse. Nam & Homeri 8. Odys. Arete uxor Alcinoi dicitur etiam inter viros lites discipulæ, & moribus Gallicæ mulier inter beneficiarios, aut subditos suos ordinariam jurisdictionem habere potest, qui mores confirmantur cap. dilecti. 4. extr. de arbit. 25 l. 21. §. de procur. l. 2. §. 1. §. de his, qui veniam etatis, adde l. 4. J. de curat. furiosis, l. 2. ff. de reg. jur. 26 4. Inst. II. l. 2. D. 8. 9. II. §. 7. D. 9. §. 39. D. 1. 2. §. 46. D. 6. 7. & Paul. 1. sent. 11. Satisfactio actoris, reus, eorumque procuratores: actor de lite persequenda & expensis litis, & decima litis, si succubuerit, id ut observaretur in Gallia, ostendit in Authentica generaliter. l. 25. supr. de Episc. & Cler. Reus præterus satisfactio iudicio fisci §. 2. Inst. de satisf. vid. Wurmler. l. 1. præf. 10. observo. 1. Procurator actoris & rei satisfactio quoque, ut J. dicitur. 27 Procurator datus ab actore apud acta, non satisfactio ratam rem dominum habiturum, sed si datus ab absente, & de ejus mandato dubitatur, l. 1. §. de procur. §. 3. Inst. de satisf. satisfactio rem ratam. vid. Oldend. class. 1. act. 7. de satisfactio procuratoris actoris, vid. Wurmler. 1. præf. 10. observo. 1. 28 Procurator præsentis non cavet de rato. 29 Mutatio procuratoris clandestina nocet adversario. 30 Al. esse, deminus noluerit: sed recte subauditur. Ruffard. Charand. 31 Procurator actoris tenetur cavere de defendendo in causa reconventionis, l. 15. in fin. ff. de procur. Bart. & merito, cum in ea partes rei sustineat. 32 Procurator rei satisfactio de iudicio solvendo. l. 46. §. 2. ff. de procur. De cuius actionis formula vid. Oldendorp. class. 1. act. 7. & ff. iudicatum solvi. §. 4. §. 5. Inst. de satisf. De satisfactio procuratoris rei, vid. Wurmler. 1. præf. 3. 33 l. 1. infr. h. t. vid. autorem ad Herennium lib. 1. Causa cadebat, qui non, quemadmodum oportet, egisset. Erant autem formulæ omnium rerum apud veteres. Cic. pro Re-ficio Comedo. 34 l. 2. infr. h. t. 35 Id est, de formulis in actionibus ultimas sublatis. Sunt etiam scrupulosæ hujusmodi solennitates in stipulationibus, §. 1. Inst. de verb. oblig. donationibus, l. ult. infr. de donat. & arbitris, l. 3. in fin. §. de arbit. testamentis, l. quoniam. 15. §. l. 17. J. de testam. bonorum possessionibus, l. ult. J. de bon. possess. denunciationibus, l. si quis. C. Theod. de denunciationibus, interdicitis, l. ult. J. de interdicit. adoptionibus, l. 2. in fin. J. de adopt. & emancipationibus, l. ult. J. de emancip. Sublatæ. 36 Non tamen actiones sunt sublatae. l. 2. infr. h. t. Aliud enim actio, aliud actionis formula. Illa ad agendi substantiam, hæc ad formam, & quidem verbalem, eamque scrupulosam nimis referunt. 37 Ita ut hodie actiones ex legibus & edictis nobis ipso jure competant, etiam si non postulerent. 38 De hoc iurejurando calumnie v. Soc. reg. 208. 209. Dixi plura in praxi civili, tit. de iurejur. 39 Nec remittendo, l. 2. J. h. t. c. caterum. §. extr. de iuram. calumn. §. c. 1. §. 1. de iuram. calumn. in 6. §. 22. Eclag. 6. Novell. 49. Nov. Leonis 97. 107. vid. Wurmler. l. 1. præf. 14. Hoc non servatur in Gallia, quia non solent Galli uti calumniæ. Hodie tamen hoc observari est utile, vid. Rebuff. in proem. consil. gloss. §. num. 50. Non servatur etiam iure Feudistico. 2. Feud. 33. §. 1.

fervum & liberum consistere nullum [possit] iudicium. Ad possessionem itaque pignorum magis officio iudicis venire te convenit, quam illicita postulare. S. 14. Kalend. Maji, Sirmii, CC. CONSS. 294.

De aequitate & stricto jure.

8. Imp. CONSTANT. & LICIN. AA. ad Dionysium.

Placuit, in omnibus rebus præcipuam esse justitiæ æquitatisque, quam stricti juris rationem. Dat. Id. Maji, V. O. LUSIANO, & ANNIANO CONSS. 314.

De re plene inquirenda, & de partibus interrogandis.

9. Imp. CONST. A. ad Maximum.

Judices oportet imprimis rei qualitatem plena inquisitione discutere, & tunc utramque partem sæpius interrogare, Numquid novi addere desideret: cum hoc ipsum ad alterutram partem proficiat, five definienda causa per iudicem, five ad majorem potestatem referenda sit. Dat. 2. Id. Jan. Sirmii, LICINIO V. & CRISPO CONSS. 318.

De allegationibus & dilationibus.

In AUTHENT. ut cum de appell. cog. §. fed & hoc. col. 8. tit. 16. a. 17. seu Nov. 116. cap. 2.

Jubemus: ut, si quando una pars allegationibus suis renuntiaverit, alia vero pars se habere aliquid quod proponat, dixerit, iudex negotii modis omnibus eam partem, quæ utitur dilatione, compellat intra triginta dies, postquam altera pars allegationibus renuntiaverit, quicquid velit sine aliqua intermissione proponere. Quod si non fecerit, tunc ad ejus malitiam superandam alius mensis indulgeatur a iudice. Si vero adhuc distulerit, alterius mensis dilatio ei præbeatur: Ita ut si usque ad prædictos tres menses suas non proposuerit allegationes, causæ cognitio non amplius expectans, sententiam omnibus modis legibus & moribus consonantem proferat: vel, si noluerit, referat: ne litigatoribus male tractantibus liceat causarum exitus ultra protrahere.

De causa continentia non dividenda.

10. Idem A. ad Severum Præfectum urbi.

Nulli prorsus audientia præbeatur, qui causam continentiam dividit, & ex beneficii prerogativa id quod in uno eodemque iudicio poterat terminari, apud diversos iudices voluerit ventilare, poena ex officio iudicis imminente ei; qui contra hanc supplicaverit sanctionem; atque alium super possessione, alium super principali questione iudicem postulaverit. Dat. 3. Kal. Aug. PAULINO & JULIANO CONSS. 325.

Ut iudex leges non verba Principis attendat.

11. Græcæ hujus constitutionis argumentum ex indice Basilicorum & Theod. Hermopolita.

1. 7. Eclog. 3. ex tit. 6. cap. 8. Goth. Ad intellectum hujus legis vid. Anton. Augustin. l. 4. emend. cap. 8. Duaren. lib. 2. disputat. cap. 18. Fachin. lib. 1. controu. cap. 3. Andr. Gail. lib. 2. observ. 23. num. 26. S. L. 2. Imo non in omnibus: non in legatis. l. 69. ff. de leg. 3. non in contractibus. l. 1. §. 20. ver. Sed si sciente. ff. de exercitoria. non in causis libertatis, (utcumque sint favorabiles) l. 12. §. 1. ff. qui & a quibus. non in sententiis aut iudiciis. l. 1. sup. de legibus. Nullo igitur casu. In omnibus, sed quæ lege palam non sunt definita. 3. Hinc æquitas vocatur summa ratio in l. 43. in fin. ff. de relig. & sumpt. 4. Cui? num iudicibus: si iudicibus, an omnibus? dixi ad l. 1. sup. de legibus. 5. De scriptura recta hujus legis vide Duarenum l. 2. disput. cap. 18. & Ant. Augustin. lib. 4. Emend. cap. 8. de materia vero consule Moder. Ancon. in tract. de mercat. in tit. quomodo in casu mereatur. procedendum sit 1. part. n. 4. Fortun. Garziam ad l. 1. ff. de just. & iur. n. 49. Mod. 6. l. 57. §. de Episc. & Cleric. l. 90. ff. de reg. iur. Equitas iustitia, ut hic, verum jus, germana iustitia. Cicer. bona fides. l. 29. §. 4. ff. mandat. naturalis iustitia. l. 13. §. 7. ff. de excus. tutorum. humanitas, benignitas, æquum, bonum, bonum & æquum. l. 1. ff. de just. & iur. l. 91. §. 3. ff. de verb. obl. dicitur, Synops. d. loco. utilitas communis. l. 51. §. 2. ff. ad l. Aquil. rō ἐπιεικής, iustum quidem, sed non semper scriptum, & ita opponitur iusto legitimo ab Aristot. 5. Ethic. 10. Equitas rationem personarum habet. l. 14. §. 6. ff. de relig. & sumpt. educitur ex ipsarum rerum natura. l. 14. §. 13. ff. de relig. & sumpt. iudici ante oculos esse debet. l. 4. in fin. ff. de eo, quod certo loc. unde religio iudicantis dicitur. l. 13. ff. de testib. juris scripti duritiam & asperitatem, habita ratione circumstantiarum, mitigat. Qua via? veluti si deprehendens, neque plus aut minus in facto esse quam in lege scripta dixeris, scriptam legem facto controverso proprie convenire: si tamen legislatoris mentem, ipsamque facti controversiam attentius spectaveris, legem facto consentire negaveris. Huc utique spectat ars boni & æqui. l. 1. in princ. ff. de just. & iur. vera philologia non simulata, quæ sui studiosos sacerdotis facit. ibi §. 1. De æquitate alibi etiam dixi ad l. 21. ff. de interdict. in iure fac. obiter interea notandum est, originem aequi orti ex universali lege: quippe legislatorum non omnes casus definiunt, sed eos, qui plerumque accident. Aristot. 5. Ethic. 8. Decisio casus omisit in lege universali petenda, non ex ipsa lege, sed ex eo, quod bonum & æquum diximus, ut æquitatem ipsam possumus appellare, scriptæ legis supplementum. 7. Equitas δίκαιος: jus strictum, & scriptum, sed juris scripti prædura & ab humanitatis regula aliena interpretatio: stricta ratio. l. 43. in fin. ff. de relig. & sumpt. jus summum Ciceroni, apices juris. l. 29. §. 4. ff. mandat: mera cognitio. l. 14. §. 13. ff. de relig. & sumpt. subtilitas verborum. l. 20. in fin. ff. de reb. cred. Opponitur æquitate (de qua supra dixi) ut homini politico & humano barbarus, ut spiritus litera, dicitur & scrupulositas, nimisque subtilitas. l. 12. ff. de injusto, rupte. cavillatio, subtilitas juris. l. 17. ff. de injusto, rupte. autoritas juris scientiæ. l. 91. §. 3. ff. de verb. obl. ratio disputandi. l. 51. §. 2. ff. ad leg. Aquil. ἀρετή, Synops. d. loco. summum jus summa injuria. Terent. Heautontimor. summum jus, summa crux. Columella l. Eam ob causam Coriolanus in exilium missus, ut nimis exactor legum, Halicarnass. 8. jus nimis scrupulosum, & ideo non admittendum. l. 33. ff. de excus. tutor. subtilis ratio. l. 51. in fin. ff. ad leg. Aquil. subtilis regula & humanitas opponuntur in l. 13. ff. de liber. & posthum. 9. Imo stricti magis quam æquitate. d. l. 29. d. l. 20. d. l. 12. d. l. 17. dixi superius & ad legem primam. 10. Hæc lex interpolata ex l. 1. C. Theod. h. l. lib. 2. tit. 18. 11. Hoc locum non habet in rebus minimi momenti, & aliis causis, quæ moram non admittunt, ut alimentorum & similiarum, de quibus vide Rebuff. tom. 1. tract. de sentent. præjudicialibus seu provisionalibus. 12. Id est, cuncta rimari. l. judicantem. l. C. Theod. lib. 2. tit. 18. quam vide, & can. judicantem ult. caus. 30. quæst. 5. 13. Ex officio, parte etiam non petente. vid. l. 21. ff. de interrogat. 14. l. 2. C. Theod. de judiciis. l. 2. tit. 18. 15. Ad explanationem hujus legis & confirmationem eorum, quæ ad eam notavit Gothofredus, vide Afflic. decis. 354. n. 4. Alciat. l. 1. parerg. cap. 9. & cap. 61. Joan. Ign. in repet. l. necessarios. §. non alias. ff. ad Sc. Silan. in 2. part. 30. limit. Bald. ad l. 1. col. 1. vers. contra. de sentent. que sine certa quant. Socin. jun. conf. 136. n. 6. lib. 2. Jac. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 4. cas. 371. n. 4. Mod. Adde Alciatum paradox. lib. 2. cap. 5. Cujac. lib. 9. obs. cap. 10. S. L. 16. l. 2. §. h. t. Ubi conceptum iudicium, ibi finem accipere debet. l. 3. ff. h. t. neque hodie in hujus, cras in alterius foro lis finienda, vide quæ notata ad l. 5. infr. arbitrium tutela. 17. l. 2. sup. h. t. cur id fieri non oporteat, dixi ad l. 1. ff. de quib. reb. ad eundem iudic. 18. Id est, momenti beneficio, ut recte interpretatur Anianus C. T. interpres, quod ideo sic appellatur, quia restitutio possessionis per vim aut alia aliqua ratione erepta, contestum & sine ulla mora facienda est: atque illius magna est prerogativa. l. unic. §. si de moment. possess. Mod. 19. Alia est enim proprietatis, alia possessionis causa, ut hic: in hac de erepta possessione: in illa

Subtilitatem legum iudex curam habeat: non autem, his quæ præter jus dicta, vel prolata sunt ab Imperatore attendens.

De dilationibus. 1. De recusatione iudicis.

12. 24 Imp. ZENO. \*

Omnes magistratus & divini iudices compendiose lites decident: & si quis litigantium crebro competentem iudicem adiens, sine iusta causa differatur, adeat principem, auxilium ab eo expectans.

§. 1. Sin recuset quis iudicem bona fide ante lites contestationem, iudex alius ei ex divina additione dabitur: Quod si & iuste recusare videbitur, post contestationem iudex alius aut conjudex ne petatur: apud unum enim iudicem omne moveatur causæ negotium: & si incompetens ille super aliquo videatur causæ capitulo: ex propria sententia ad competentem iudicem illud capitulum remittatur. Secundo enim aut sæpius conventus seu expertus quis, & ex secunda causa in duplum reponet damnum, & sine fideiussoribus, & ejectione ex secunda conventionem apud primum intendet iudicem.

De litibus triennio finiendis, de eremodicio, & de sumptibus litis.

13. Imp. JUSTIN. A. Juliano P. P.

Properandum nobis visum est, ne lites fiant pene immortales, & vitæ hominum modum excedant, (cum criminales quidem causas jam nostra lex biennio concludit: & pecuniariae causæ frequentiores sunt, & sæpe ipsæ materiam criminibus creare noscuntur) præsentem legem super his per orbem terrarum, nullis locorum vel temporum angustiis coarctandam ponere. §. 1. Censemus itaque omnes lites super pecuniis, quantæcumque quantitas, five super conditionibus, five super iure civitatum, five privatorum fuerint illatæ, five super possessione, vel dominio, vel hypotheca, seu super servitutibus, vel pro aliis quibusdam causis, pro quibus hominibus inter se litandum est, (exceptis tantummodo causis quæ ad jus fiscale pertinent, vel quæ ad publicas respiciunt functiones) non ultra triennii metas post litem contestatam esse protrahendas: sed omnes iudices five in hac alma Urbe, five in provinciis majorem seu minorem peragant administrationem, five in Magistratibus positi vel ex aula nostra dati, vel a nostris proceribus delegati: non esse eis concedendum ulterius lites, quam triennii spatium, extendere. Hoc etenim iudicialis magis esse potestatis, nemo est qui ignoret: Nam si ipsi noluerint, nullus tam audax invenitur, qui possit invito iudice litem protelare.

§. 2. Et si quidem pars actoris cessaverit, quatenus multiplici dilatione reus fatigetur, & triennii metæ post litem contestatam jam prope finem veniant, ut semestris tempus tantum ei super sit licentia erit iudici per executores negotii actorem requirere, parte fugiente ex una parte actoris absentiam incusante, & iudicibus omnimodo suas aures hujusmodi quætionibus referantibus: & si per tres vices hoc fuerit subsecutum, decem dierum spatium per unumquemque introitum destinato, & nec ita pars

de proprietate agitur: utraque in uno eodemque iudicio debet cognosci. Greg. 7. epist. 100. & hæc prius quam illa. An & simul? Symmachus 1. epist. refert id ab imperatoribus constitutum, iudices ad id non cogi: sed tamen, si velit de possessione cognoscens posse etiam continuo, si casus tulerit, de proprietate cognoscere. qua de re plenius vide Cujac. 2. observ. 35. Superiori quætionibus subcontraria est ea, an pendente iudicio petitorio agi possessorio liceat, & a rei vindicatione ad possessionis causam progressi de qua vid. l. 13. infr. de rei vind. l. 37. ff. de iudiciis. Hotom. quæst. 29. 20. Causa principalis, id est, proprietatis. l. 1. C. Theod. unde vi, quæ & negotium principale. l. 7. in fin. j. ad leg. Jul. de vi. Calliodor. 4. variat. Si in causa momentanea (id est, possessionis) vel principali iustitiam adesse cognoscet. vid. Cujac. 5. obs. 19. in fin. 21. Cujacius hanc legem restituit 9. observ. 20. 22. Interpretatio Contii: sententia hæc est, iudices sequi jus strictum legum debere, at non ea, quæ plerumque a Principe dicta prolatare præcipimus, præter jus, Synops. Basil. 7. tit. 6. c. 11. vid. l. si vindicari. 20. infr. de panis. 23. l. 3. j. de sentent. ex periculo. l. 20. j. de panis. 24. Cujacius hanc legem restituit 9. obs. 20. extat 7. Syn. Basil. 6. cap. 12. 25. Interpretatio Contii. 26. Cap. 6. de off. deleg. in 6. Nov. 53. c. 3. 27. Adde casum l. ult. §. de in jus voc. 28. Causæ criminales biennio finiendæ; pecuniariae vero quouscumque fuerint quantitas, a quacunque persona, in quacunque causa (excepta duntaxat causa fisci publiciarum functionum) solo triennio ad omnibus iudicibus quouscumque fuerint finiendæ. Synops. Basil. 7. tit. 6. c. 3. Goth. Vide Cujac. obs. l. 9. c. 22. Anf. 29. Quia Gothofredi diligentia hic nihil aliud reliqui fecit, tantum mones consulas ad hanc legem, quousque est lector, Rotam Neapolit. decis. 345. Cottam in Memorabil. in verb. iustam. Bald. decis. 392. Alexand. conf. 50. n. 7. vol. 2. Decium conf. 303. col. 2. n. 5. Rævardum meum lib. variat. 4. c. 14. Nicolann Vallam de reb. dubiis tract. 13. Gutierrez resoluit. part. 3. cap. 5. Mod. 30. Litem immortalitas vitanda. l. 4. §. 1. ff. de alien. jud. mutand. caus. l. 21. in fin. ff. de reb. cred. l. 1. §. 10. ff. de operis novi nunciat. adde Institut. de panis tenere litigant. 31. Instantia causarum criminalium non durat ultra biennium. l. 2. §. 3. ut intra cert. tempus crim. quæst. lib. 9. t. 44. 32. Pecuniariae causæ criminalibus frequentiores. 33. Pecuniariae lites saepe in criminales degenerant. 34. Causæ fiscales & pertinentes ad publica munera intra sex menses a lite contestata finiendæ. vid. l. ult. j. de iure fisci. 35. Lites civiles (quæ tamen non pertinent ad fiscum, & publicas functiones, s. h. t. & ad legata, fideicommissa, & libertates: sunt enim tales causæ intra annum finiendæ. Nov. 1. cap. 4. ubi vide Cujacium.) triennio finiendæ, ut hic, quod & Manuclis Comment. Novella quadam confirmatum est. De triennio vide Cujac. cap. 22. de præscript. Hoc tempus legitimum appellatur in l. 32. in fin. ff. h. t. Ubique gentium in veteratæ ab omnibus seculis morbo, lites diutius vivunt. Illud interim notandum, in Gallia sic instantiam perimi triennii spatium computando a die ultimi termini, de la dernière procedure, ut ab eo tempore nemo sine literis regis litem possit prosequi. vid. Rebuff. in præm. constitut. gloss. num. 51. 36. Invito iudice neutra pars litigantium litem prorogare potest. An iudex post triennium sententiam ferre potest? non potest. Cur ita? triennium perimitur instantia: ea perempta cessat citatio. Si jus diceretur, hoc fieret sine citatione. Est autem sine citatione sententia nulla. Post peremptam igitur instantiam sententia nulla est. vid. Otdendorp. cap. 8. de sent. & re iudic. 37. Tempus instantiæ incipit currere post litem contestatam. 38. Prope triennium esse dicitur, quod a triennio solo semestri distat. Proximitas temporis hic semestri definitur. vide Cujac. 17. obs. 4. in fin. 39. Vide Jafredum decis. 333. 40. Uno litigatore absente, lites persecutio continuanda ad alterius presentem petitionem. 41. Μενομένης, vide Cujac. Nov. 9. 42. Hinc colligunt, iudicem nunquam nisi ad instantiam partium procedere: quod nimis sane generale: iudex enim plerumque ex officio procedit. Hinc etiam colligunt absentem non prius contumacem censeri, quam ejus absentia ab adversario presentem fuerit accusata. 43. Vid. l. 8. j. quomodo & quando iudex. 44. l. 69. ff. h. t. hodie triginta dierum ex Nov. 112. cap. 3. in pr. vers. si vera. 45. Mos hic erat iudiciorum, ut si litem ceptam pars una deseruisset, altera iudicium ingrederetur ac postularet adversus absentem Edictum primum: quod impetratum denunciabatur absenti, dato ei termino decem dierum. Eo non comparente, secundum Edictum postulabatur, quod mox eidem absenti denunciabatur, additis rursus aliis decem diebus. Eo rursus non comparente tertium Edictum postulabatur dari, quod absenti denuo denunciabatur (trix enim denunciations habent. §. h. t. ibi, per tres vices addito decennio.) Eo non comparente, postulabatur Edictum quartum & peremptorium. Interdum tamen omnifido quarto Edicto absens condemnabatur, l. 2. l. 9. infr. quomodo & quando iudex. & ita reddebatur Lis ἐρημία, five μενομένης δική. vid. Cujac. 9. observ. 22. 46. Introitus est, quo præsens adversarius absentem accusat, & de sumptibus litis quos interim fecit, conqueritur, atque deplorat, qui tertio fieri solebat. vid. Cujac. d. loco.

actoris fuerit inventa, & neque per se, neque per <sup>1</sup> procuratorem instructum pervenerit: tunc judicem negotii acta <sup>2</sup> apud se confecta conspiciere [censemus]. Et si quidem nihil sufficiens actitatum est, ex quo possit termino causae certa fieri conjectura, volumus non solum partem fugientem <sup>3</sup> ab observatione judicii relaxare, sed etiam in omnes expensas, quae consueto modo circa lites expendantur, eum condemnare, vera quantitate earum sacramento fugientis manifestanda, & omni cautela quam super lite reus exposuit, reddenda: quae & si remanserit, viribus evacuetur. Sin autem ex gestis apud se habitis <sup>4</sup>, parte actoris minime inventa, possit invenire viam, qua manifestum ei fiat, quid statuendum sit, etiam absente <sup>5</sup> actore, si eum meliorem causam habere perspexerit, pro eo ferre sententiam non moretur, & praesentem <sup>6</sup> reum absentem actori condemnare, expensis tantummodo litis, quas reus legitime se expendisse juraverit, condemnatione excipiendis, quia hanc poenam <sup>7</sup> actori, & meliorem causam habenti propter solam absentiae contumaciam <sup>8</sup> imponimus: nullo penitus ei regressu ad eandem litem conservando. Sed actor contumax cadat omnino de lite, si reus absolvatur. Sin vero aliqua condemnatio contra reum pro absente actore proferatur, quam forsitan non sufficientem sibi actor putaverit fugitivus <sup>9</sup>, nullo modo iterum eandem litem recusare <sup>10</sup> concedimus. Et haec quidem poena actori fiat imposita. §. 3. Sin autem reus absuerit, & similis <sup>11</sup> ejus processerit requisitio <sup>12</sup>, quemadmodum pro persona actoris diximus, etiam absente eo eremodidium <sup>13</sup> contrahatur, & judex (secundum quod veteribus legibus cautum est) ex una <sup>14</sup> parte cum omni subtilitate causam requirit: & si obnoxius fuerit inventus, etiam <sup>15</sup> contra absentem promere condemnationem non cessat, quae ad effectum <sup>16</sup> perducatur; & per res <sup>17</sup> & facultates fugientis victori satisfiat: sive ipse judex ex sua jurisdictione hoc facere potest <sup>18</sup>, sive per relationem <sup>19</sup> ad majorem judicem hoc referatur, & ex eo legitima via contra res contumacis aperiat: nulla licentia ei, vel alii <sup>20</sup> personam ejus solum praetendens concedenda contradicendi, cum in <sup>21</sup> possessionem ex hujusmodi causa actor mittitur: nec <sup>22</sup> si reverus ipse fuerit, & voluerit fidejussores dare, & possessionem recuperare, audiatur: in hujusmodi etenim casibus omnem ei contradictionem excludimus.

§. 4. Cum autem eremodidium ventilatur, sive <sup>23</sup> pro actore, sive pro reo: examinatio causae sine ullo obstaculo celebretur. Cum enim terribiles <sup>24</sup> in medio proponuntur scripturae, litigatoris absentia Dei praesentia repleatur <sup>25</sup>: nec pertimescat judex appellationis <sup>26</sup> obstaculum, cum ei qui contumaciter <sup>27</sup> abesse noluerit, nulla sit provocationis licentia: quod & in veteribus legibus esse statutum, manifestissimi juris est. §. 5. Hujusmodi autem sententia prope finem triennii <sup>28</sup> proferatur, pro quo & praesentem legem induximus. Si enim in anteriori tempore, in quo larga temporis superest dilatio, & spes absentis relicta fuerit revertendi, alterutra pars cessaverit; in sola expensarum datione, & absolutione forsitan praestetur poenalis sententia: non autem tunc mors <sup>29</sup> litis, & condemnatio in absentem introducatur, quae in his tantummodo casibus accidit, in quibus triennii effluentis imminet formido. §. 6. Sive autem alterutra <sup>30</sup> parte absente sive utraque praesente lis fuerit decisa: omnes judices, qui sub imperio nostro constituti sunt, sciant [victum] in <sup>31</sup> expensarum causa victori esse condemnandum, quantum pro solitis expensis litium juraverit: non ignorantes, quod, si hoc praetermiserint <sup>32</sup>, ipsi de proprio hujusmodi poenae subiacebunt, & reddere eam parti laesa coartabuntur. §. 7. Et haec de alterutra parte litigantium contumaciter absente nobis statuere visum est, ad aequitatis rationem omnia corrigentibus. §. 8. Sin autem utraque parte imminente, & litem peragere cupiente, judex eam accipere noluerit, vel <sup>33</sup> propter amicitias, [vel inimicitias <sup>34</sup>], vel turpissimi lucri gratia, vel propter aliud quodpiam vitium, quod miseris animis hujusmodi iudicium innasci potest, litem ipse ausus fuerit protelare <sup>35</sup>, & propter hoc triennium fuerit transactum: judex, si quidem in magistratu positus est, vel in majori dignitate usque ad illustratus gradum, decem <sup>36</sup> libras auri privati nostris largitionibus inferre per scholam <sup>37</sup> Palatinam compellatur: Sin autem judex minor fuerit, trium librarum auri multa plectetur per eandem <sup>38</sup> scholam exigenda, & nostro arario applicanda: & eo removendo, alter judex in locum ejus subrogabitur <sup>39</sup> sub similis

poenae formidine: his omnibus locum habentibus, cum unus judex unam causam ab initio peragit. † Sin autem in medio [triennii], vel morte <sup>40</sup> judicis, vel alia irrefragabili occasione iudicium fuerit mutatum, tunc, si quidem ex triennio annale tempus, vel amplius refidet, in quo alius judex [ei] causae imponitur, intra reliquum tempus causa finiatur. Sin autem minus, quam annale sit; tunc omne quod deest, repleatur, ut non in minore [quam] perfecti anni tempore litem possit subrogatus judex tam discutere, quam terminare.

§. 9. Illo proculdubio observando, ut si neque per alterutram litigantium partem, nec per judicem steterit, quominus lis suo Marte decurrat, sed per patronos causarum: licentia detur iudici, & eos <sup>41</sup> duarum librarum auri poena afficere per scholam <sup>42</sup> Palatinam exigenda, & similiter publicis rationibus aggreganda: ipso videlicet iudice in sua sententia hoc ipsum manifestante, *Quod per patronos causarum, vel fugientis, vel agentis dilatio facta est, vel per omnes, vel per quosdam ex his*: Necessitate advocatis imponenda, ex quo litem peragendam susceperint, eam usque ad terminum, (nisi lex vel iusta <sup>43</sup> causa impediatur) implere, ne ex eorum recufatione fiat causae dilatio: honorariis <sup>44</sup> scilicet a clientibus, qui dare possunt, disertissimis togatis omnimodo praestandis: & si cessaverint, per <sup>45</sup> executores negotiorum exigendis, ne per hujusmodi machinationem causae merita protrahantur: nisi ipse litigator alium pro alio patronum eligere maluerit. §. 10. Haec autem omnia in his omnibus a nobis cauta sunt, quibus perfecta aetatis constitutis arbitrium suum pro omnibus causis sufficit. §. 11. Sin vero causae, vel pupillorum, vel adulatorum sint, vel aliorum sub cura agentium, masculorum, vel foeminarum: ut per tutores, vel curatores, vel actores, vel eorum procuratores agantur: & eorum desidia <sup>46</sup> triennium fuerit elapsum, & causa ceciderint, litem quidem nihilo <sup>47</sup> minus <sup>48</sup> suum habere vigorem: omnem autem iacturam, quae ex hac causa oritur, ad tutores & curatores, aut eorum fidejussores, heredesque, & res <sup>49</sup> eorum, & ad omnes quorum in hac causa legitime interest, redundare. Sin autem non sufficiat pupillis, vel minoribus eorum substantia, tunc <sup>50</sup> in id, in quo fuerint detrimentum perpeffi, placuit in integrum restitutionis auxilium eis superesse. Dat. 6. Kal. April. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

*De iurejurando a Judice, 1. vel ab advocatis praestando: & si advocatus jurare, vel patrocinari noluerit.*

14. Idem A. Juliano P. P.

REM non <sup>51</sup> novam, neque insolitam aggredimur, sed antiquis quidem legislatoribus placitam: cum vero contempta <sup>52</sup> sit, non leve detrimentum causis inferentem: Cui enim non est cognitum, antiquos <sup>53</sup> iudices non aliter iudiciale calculum <sup>54</sup> accepisse, nisi prius sacramentum praestitissent, *Omnimodo sese cum veritate, & legum observatione iudicium esse disposituros?* Cum igitur, & viam non inusitatam invenimus ambulandam: & anteriores leges nostrae, quae de iuramentis positae sunt, non minimam suae utilitatis experientiam litigantibus praebuerunt, & ideo ab omnibus merito collaudantur: ad hanc in perpetuum valituram legem pervenimus, per quam sancimus, Omnes <sup>55</sup> iudices, sive majores, sive minores, qui in administrationibus positi sunt, vel in hac Regia civitate, vel in orbe terrarum, qui nostris gubernaculis regitur, sive eos quibus nos audientiam committimus, vel qui a maioribus iudicibus dantur, vel qui ex jurisdictione sua iudicandi habent facultatem, vel qui ex recepto, id est, compromisso <sup>56</sup> (quod iudicium imitatur) causas dirimentas suscipiunt, vel qui arbitrium peragunt, vel ex auctoritate sententiarum, & partium consensu electi sunt, & generaliter omnes <sup>57</sup> omnino iudices Romani juris disceptatores, non aliter litium primordium accipere, nisi prius ante sedem iudicalem sacrosanctae deponantur scripturae: & haec permaneant non solum in principio litis, sed etiam in omnibus cognitionibus, usque ad ipsum terminum, & definitivae sententiae recitationem. Sic etenim attendentes ad sacrosanctas scripturas, & Dei praesentia consecrati, ex maiore praesidio lites diriment, scituri, quod non <sup>58</sup> magis alios iudicant, quam ipsi iudicantur, cum etiam ipsis magis, quam partibus terribile iudicium est: siquidem litigatores sub hominibus, ipsi autem Deo inspectore <sup>59</sup> adhibito causas proferunt trutinandas. Et hoc quidem jusjurandum iudiciale omnibus notum sit, & Romanis

<sup>1</sup> Absens non est, qui per procuratorem comparet. <sup>2</sup> Judex ex actis & allegatis iudicare debet. An ex conscientia? dico in l. illicitas. 6. §. veritas. 1. ff. de off. praesid. <sup>3</sup> Pars fugiens, reus. Graecis ita *φύγων* dicitur. Hinc Alcibiades, teste Aeliano 13. dicebat, sultum esse reum, qui licet iniuste accusatus sit, non fugiat, cum possit fugere. Item eundem interrogant, cur iudicio patris dissideret? imo & matris inquit: fieri enim potest nonnullam, ut errore inducitur nigrum calculum pro albo inferat. 4 Sententia huius verbi vid. apud Fachin. l. 1. contrav. cap. 40. Anl. <sup>5</sup> Ador praesens absente reo interdum (puta quando actoris libellus est ineptus, aut non sunt sufficientes ejus probationes) condemnari potest. Idque iudicis officio, ut hic, & ita iudex absentem potest non tantum abolere ab observatione iudicis, sed & praesentem condemnare in expensas. Expensas, inquam, quas reus se fecisse juraverit. Porro quando absolutoria ab observatione iudicis fieri debeat, vide Wurmierum l. praesid. 22. observ. 15. §. tit. 24. observ. 14. <sup>6</sup> Praesens reus interdum absenti condemnatur: id est, interdum causa potior est absentis, quam praesentis. Absens per contumaciam, si bonam causam habuerit, non ideo minus vincit. l. 75. ff. h. t. <sup>7</sup> Poenam absentis actoris observa. Quantumvis contingat secundum eum iudicari, non tamen reus ei condemnatur in expensas: quia iusto expensas factas a reo solvere tenetur: & ita hoc casu victor victo damnatur: & viatica sumptusque litis exsolvit. <sup>8</sup> In quam non incidit, qui culpa levi non dolo non comparuit: puta quia dum veniret ad iudicem, passus est interea se a ludentibus detineri, forte non male, quia animam iudicis continentem non habuit. Intresus decif. 333. <sup>9</sup> Actor fugitivus, id est, absens & contumax. <sup>10</sup> Absenti contumaci nulla redintegrandae sententiae per appellationem ratio est. <sup>11</sup> Similis modus attenditur in reo, qui in actore. <sup>12</sup> Id est, trina denunciatio, per quam quis fit contumax. l. 8. §. quomodo & quando iudex. <sup>13</sup> Eremodidium litis deservit. §. 4. ff. h. t. l. 13. in princ. ff. iudicatum solvi. <sup>14</sup> In eremodiciis agitur causa *μονομαχίας*. <sup>15</sup> Absens indefensus, (si malam causam habeat,) praesenti condemnandus. <sup>16</sup> Vana est sententia, quae executione destituitur. <sup>17</sup> Sententia condemnatoria in bonis condemnati executioni mandari debet. <sup>18</sup> Demus res fugientis ac contumacis fias esse extra territorium iudicis. <sup>19</sup> Si id evenierit, ut res vidi, id est, iudicio condemnati extra territorium iudiciale sita sint, minor ad majorem (item dicendum in aequali) referre sententiam solet: & ab eo petere, ut sententiam exequi velit. vide quae not. ad l. ult. ff. de iurisdic. vide l. 15. §. 1. ff. de re iudic. l. 12. §. 1. ff. de reb. auct. iudic. possid. <sup>20</sup> Tertium excipie opponentem de suo iure, ac de suis hypothecis agentem. vide l. 2. §. ne uxor pro marito. <sup>21</sup> Videtur in vici contumacis honorum possessionem mitti solet. Iactantis bona possideri solent. l. 2. §. 1. ff. quibus ex causis in possid. <sup>22</sup> Privatus possessione bonorum ex contumacia ea non recuperat oblatione fidejussoris & sumptuum, sed sola satisfactione: Quid si in ipsam rem facta est executio? nunquam auditur. vid. Bald. hic. <sup>23</sup> Litis desertio fit tam ab actore quam a reo. <sup>24</sup> Id est, sacra scriptura. l. 14. §. 1. ff. h. t. <sup>25</sup> Litigatores absentia Dei & iudicis praesentia suppletur. <sup>26</sup> l. 40. §. 1. ff. de pacif. qui Graecis uno vocabulo *ἐπίτης* appellatur, unde *ἐπίτητος δικαστής* iudicium appellationis. <sup>27</sup> Verus contumax non appellat. Quid si appellaverit? Judex appellationis de contumacia ipsa ejusque veritate cognoscet. <sup>28</sup> Hodie ann. Nov. 112. in fin. <sup>29</sup> Litis moritur, cum legitimis temporibus transactis perit: cum intra legitima tempora neglecta desertaque proruis fuerit. l. 18. §. 4. ff. de dolo malo. l. 3. §. 1. ff. quae in fraud. l. 2. ff. iudic. solvi. e contrario his vivere dicitur. l. pen. in fin. §. de fide instrum. Goth. Et vivere actio dicitur. l. 3. §. de praes. 30. vel 40. ann. l. 3. §. de tempor. & separat. appellat. S. L. <sup>30</sup> *Μονομαχίας*, §. 3. §. hic. <sup>31</sup> Vicus victori expensas debet. vide l. 4. §. de fructibus & lit. expens. l. 78. §. 2. ff. de legat. 2. <sup>32</sup> Judex qui hoc casu non condemnat victum in expensas, earum nomine victori tenetur. <sup>33</sup> Ultra iudicium. <sup>34</sup> Vide Harmenopolium *initio operis. can. quatuor. 78. dist. 3.* <sup>35</sup> Poenam iudicis observa litem ultra biennium malitiose producentis sive protrahentis. <sup>36</sup> In poenis pecuniariis, gravius puniuntur potentiores: in corporalibus mitius. l. 4. §. 1. ff. de incendio, ruina. <sup>37</sup> §. 9. §. hic. de schola Palatinorum alibi dicam. <sup>38</sup> Id est, Palatinorum, de quibus alio dicemus loco. <sup>39</sup> Subrogatus iisdem conditionibus subrogari intelligitur, quae principali sive antecessori praescriptae praestantur: evant. 40. l. 60. ff. h. t. <sup>41</sup> Poenam advocati observa, cuius mora fita, quominus lis definiatur. <sup>42</sup> l. 8. §. 3. hic. <sup>43</sup> l. 8. §. 3. ff. de procuratoribus. <sup>44</sup> Si propter salarium non solum lis retardatur, iudicis officio pars solvere compellitur. <sup>45</sup> Litigatores cogi possunt ad honorarium advocato praestandum. <sup>46</sup> Cujac. 12. obs. 21. notat ex hoc paragrapho, Plus petitionem tutoris & curatoris pupillis non nocere. <sup>47</sup> Hinc colligit Bald. bona tutoris & curatoris ad litem, tacite obligari. Tacitum itaque genus hypothecae observa. <sup>48</sup> Id est, nullo modo. Cujac. ad l. 7. §. 2. ff. pro emptore: adae quae scripti ad l. 2. §. 1. ff. vi bonorum raptorum. <sup>49</sup> Iudicium tempora minoribus currunt, regressu in tutores & curatores suos dato. His non solvendo existentibus, restitui possunt. <sup>50</sup> In subsidium, minores possunt restitui in integrum. <sup>51</sup> l. 7. Synops. Basil. 6. cap. 14. §. tit. 24. cap. 16. adde l. 2. sup. de iurejur. propter calumniam. Accursum notat, Bulgarem hic desitum fuisse a suis auditoribus, quod cum pridie viduam duxisset, mane consequente, hanc legem, *Rem non novam*, capisset auditoribus suis publice legere. <sup>52</sup> Desuetae leges, si sint optimae, in usum revocandae. <sup>53</sup> Id est, ante Caji Caesaris tempora, qui forte eligebantur, in singulari causis iusjurandum praestabant. vid. *Asconium & Ciceroem.* <sup>54</sup> Calculus iudicialis est sententia definitiva. <sup>55</sup> Ut omnes iudices, quicumque tandem fuerint ab ipsis iudicis primordiis usque ad sententiam, & in ipsa sententiae recitatione, collocatis ante se S. Evangelium, iudicent, *Syn. d. loco.* <sup>56</sup> Compromissa, iudicia imitantur, l. 1. l. 32. §. 9. in fin. ff. de recept. qui arbitri. <sup>57</sup> Iudices (qualescunque illi sint) jurant propositis sacros. Scripturis, *se litem dirimpturos cum veritate: jurant in leges.* <sup>58</sup> Huc referri potest illud Seneca in *Thyeste* actus 3. Quidquid a vobis minor expavit, major hoc vobis dominus minatur. aude *Evang. Luc. c. 6. vers. 37.* <sup>59</sup> Sic agendum cum homine, quasi Deus videat: Sic cum Deo loquendum, quasi homines videant. Seneca 10. ep. 10. 2. *Paralipom. 19. vers. 5. 6. 7. 8. 9. 10.* Epict. *Hehod. ubi de iustitia.* Demosth. *orat. contra Aristogitonem*, ubi de iudicibus in se oculos desipientibus loquitur. Plautus in *Rudente*, ubi de falso iudicantibus. Phurnucus lib. *περί των δικαιων* *Ευροιας*. Pind. in *Olymp.* *Harinaen. praesid. operis.* adde et *anthologia Graecorum poetarum distichon Luciani.*



legibus optimum a nobis accedat incrementum, & ab omnibus judici-  
bus observandum: & si prateratur, contemptoribus periculofum fit.  
In AUTHENT. de defenf. Civit. §. Jusjurandum. col. 3. tit.  
2. feu Nov. 15. cap. 1. & in authent. Jusjuran-  
dum quod præft. ab his. §. pen. col. 2.  
tit. 3. Seu in jurejurando sub-  
jecto Novella 8.

**H**odie jurant se facturos, secundum quod eis visum fuerit justius &  
melius, exceptis defensoribus civitatum qui jurant, Omnia secundum  
leges, & jura se facturos.

§. 1. Patroni<sup>1</sup> autem caufarum, qui utrique parti suam præstantes  
auxilium ingrediuntur, cum his fuerit contestata, post narrationem  
propositam, & contradictionem objectam<sup>2</sup> in quacunq; judicio  
majore, vel minore, vel apud arbitros, sive ex compromisso, sive  
aliter datos, vel electos, sacrosanctis evangelis tactis juramentum  
præstent, Quod<sup>3</sup> omni quidem virtute sua omnique ope, quod verum  
& justum existimaverint, clientibus suis inferre procurabunt: nihil  
studii relinquentes, quod sibi possibile est: non autem credita sibi cau-  
sa cognita, quod improba sit, vel penitus desperata, & ex mendaci-  
bus allegationibus composita, ipsi scientes prudentesque mala conscien-  
tia liti patrociniabuntur: sed & si certamine procedente aliquid tale  
sibi cognitum fuerit, a causa recedent<sup>4</sup>, ab hujusmodi communione  
sepe penitus separantes. † Hocque subsecuto, nulla licentia conceda-  
tur spreto litigatori ad alterius advocati patrocinium convolare: ne  
melioribus<sup>5</sup> contemptis, improba advocatio subrogetur. † Sin autem  
pluribus patronis adhibitis, & juramento ab omnibus præstito,  
quidam ex his causa procedente patrocinandum esse crediderint, qui-  
dam recusaverint: causet etenim terminus manifestare poterit, qui timidius,  
quique audacius judicium, vel reliquerunt, vel protulerunt: nec in  
hac parte litigatoribus danda licentia alios pro recusantibus subroga-  
re. Dat. 4. Kal. April. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

*Si contumax postea appareat, & de impensis.*

15. Idem A. Juliano P. P.

**S**ancimus, omnes judices (sive in hac florentissima civitate, sive in  
provinciis) si quando absens persona citata postea apparuerit, non  
aliter ei judicalem aditum revelare, sed omnem claudere ei judicio-  
rum copiam, nisi<sup>6</sup> prius omnia damna restituat ex hujusmodi vitio  
adversariis ejus inflicta, sive circa ingressus litis, sive circa honoraria  
advocatorum, vel alias causas, quæ in judicio versantur: æstimatione  
judicis<sup>7</sup> quantitate eorum definienda, postquam juratum ab eo fuerit,  
qui fecit expensas: executoribus negotiorum modis omnibus dispositio-  
nes eorum adimplentibus: Scituris judicibus nostris [ & executoribus ],  
quod si hoc prætermiserint, ex sua substantia hujusmodi detri-  
mentum læsis refarcire compellentur. † Quod & in pedaneis judici-  
bus observari censemus, licet non citati, sed requisiti litigatores mala  
conscientia abfuerint. Dat. 10. Kal. Maji, LAMPADIO & ORESTE  
VV. CC. CONSS. 530.

In AUTHENT. de Judic. §. oportet. col. 6. tit. 11. feu  
Nov. 82. cap. 10.

**P**ost jusjurandum delatum & præstitum non licet judici amplius taxare.  
Sed & si hodie prius index taxaverit, & ita secundum quantitatem  
a iudice taxatam juratum fuerit: non habeat licentiam iudex minus,  
quam juratum fuerit, condemnare. Sed si viderit iudex neutrum liti-  
gatorum subdi debere rationi sumptuum propter negotii varietatem, sua  
sententia hoc declaret.

*De recusatione judicis & de appellatione.*

16. Idem A. Juliano P. P.

**A**ptissimi<sup>8</sup> juris est, licere litigatoribus judices<sup>9</sup> delegatos<sup>10</sup>, an-  
tequam lis inchoetur, recusare<sup>11</sup>: cum etiam ex generalibus for-  
mis<sup>12</sup> Sublimissimæ tuæ sedis statutum sit, necessitatem imponi iudice  
recusato, partibus ad eligendos arbitros venire, & sub audientia eor-  
um sua jura proponere. Licet enim ex imperiali numine iudex dele-  
gatus est, tamen, quia sine<sup>13</sup> suspitione omnes lites procedere nobis  
cordi est, liceat ei qui suspectum<sup>14</sup> iudicem putat, antequam lis in-  
choetur, eum recusare, ut ad alium curratur, libello<sup>15</sup> recusationis

1 Ut utriusque partis advocati in ipsa liti contestatione per sancta Evangelia jurent:  
se in clientis sui causa, nullam operam nullumque studium intermissuros: Et causam bonam  
existimare, nec falsi patrocinii sui conscios esse. Quod si interim dum cognoscitur causa,  
causam improbaverint, ab ea desistant. nec licentiam litigatori habeat alterum patronum  
invitandi. Syn. Basil. h. t. cap. 14. adde §. 1. Instit. de pena temere litigantium. 2 Vid.  
l. 1. in fin. §. de lit. contestat. 3 Patroni caufarum jurant de fide perferenda &  
omni integritate. adde l. 2. §. de jurejur. propter calumniam. 4 I. utriusque. Inst. de pena  
temere litigantium. 5 Quodcumque advocatus dicit se lætam habere conscientiam  
ex liti improbate, potest a patrocinio desistere. Bald. 6 Melioribus contemptis,  
ad in. protos non est restituendum. 7 Reus e lacibus vel e fuga emergens integris  
omnibus, id est, bonis non venditis non recipitur aliter, quam si omnia damna actori  
restituerit, ac præterea satisfecerit iudicio sibi, eum de lite disceptatur plenissime.  
Nam summaria cognitio rem non definit, litem non consumpsit. Nov. 53. c. 4. in fin.  
ubi vide Cujac. 7 Hodie ador. Nov. 82. c. 10. 8 Recusari potest iudex ante  
litis contestationem: si absque ratione quis & injuste recusaverit, hoc est, post conte-  
stationem liti repellitur. Syn. Basil. 7. tit. 3. extit. 6. c. 2. adde l. 4. infr. de jurisd.  
9 Etiam a principe ex justa causa suspitionis: quo casu coguntur partes arbitros recipere,  
qui officio delegati fungantur. Staff. de lit. grati. Et just. in mat. recusat. Lanfranc. in  
tract. recusat. 4. vol. fol. 146. Barb. in tract. de Cardinal legat. a late. 3. 4. Bal. n. 14.  
Jac. Menoch. in tract. de arbit. judic. lib. 1. quæst. 74. n. 51. Bartol. in l. quia poterat. ff.  
ad Senatufcons. Trebell. Petr. de Anchor. in c. iudex. de offic. jud. deleg. in 6. Item consil. 63.  
Et consil. 251. Abb. in c. si quis contra. 3. col. ext. de foro competent. Mod. 10 Aliud  
in ordinariis. Usus apud Gallos diversum obtinet. Possunt enim ordinarii recusari, vi-  
tata tamen calumnia: id enim multa pecuniaria & honoraria puniri solet apud eosdem  
Gallos, constitutione Francisci I. & Caroli IX. vid. Papon. 2. Not. 2. c. de procuratore.  
ibi. dix septiesime. 11 Recusari potest iudex delegatus ante liti contestationem:  
postea, non potest. Litem enim contestantes, iudicem adprobamus, l. ult. infr. de excep-  
tionibus, vide Hartmann. 2. pract. 1. obs. 11. vid. Ecl. 3. Jul. 62. Et ib. tit. 8. fol. 86.  
12 Vid. l. 2. supr. de off. prof. pret. Orient. 13 l. 47. ff. h. t. 14 Recusari iudex  
suspectus potest. De exceptionibus reculatoris adversus judices, vid. Oldendorp. cap. 7.  
Enchiridi exceptionis 1. Hartmannus tamen unicam tantum esse causam reculationis ait,  
quæ varias causas habeat: dicto loco obs. 9. quod interpretatione indiget: Obscurum est  
enim illud, unica est causa ex variis causis insurgens. De reculatione iudicium vide plura  
apud Cujac. 9. obs. 10. Et 23. Hoc adde, causas reculationis attendi vel ex persona solius  
judicis, vel iudicis ac unius litigatorum limul, vel ratione territorii, vel ratione causæ:  
de quibus vide Papon. 2. Not. in princip. 15 Recusatur iudex libello, ut hic, vel  
apud acta. l. ult. j. h. t. libello reculationis vel actis inserta causa. l. 9. in fin. princip. ff. de  
liberali causis. eaque legitima, non levi, vide Hartmann. d. l. obs. 11. Specialiter etiam  
causas exprimi ulus obtinuit, cap. Suspicionis. cap. cum specialis. extr. ut liti non contestat.  
Quid si recusatam sententiam dixit? nulla censetur, vide Oldendorp. c. 5. de sententiis,  
Et rejud. Hartmann. 1. pract. 1. obs. 10. 16 Non ut de causis reculationis cognoscatur,

ei<sup>16</sup> porrecto: cum post litem contestatam neque appellari<sup>17</sup> posse  
ante definitivam sententiam, jam statuerimus, neque recusari posse,  
ne<sup>18</sup> lites in infinitum extendantur: eodem<sup>19</sup> scilicet executore ne-  
cessitate<sup>20</sup> partibus per ordinarium iudicem, & omne civile auxilium  
imponente, & arbitros eligere, & ad eos venire: & sic litem appetere<sup>21</sup>,  
quasi arbitri fuerint ab imperiali culmine delegati. Quod, & si ab im-  
periali majestate iudex delegatus non sit, sed ab alio culmine, obtinere  
censemus. Dat. 5. Kal. Maji, Constantinop. LAMPADIO & ORESTE  
VV. CC. CONSS. 530.

*De Episcopo iudici suspecto adjungendo.*

AUTHENT. ex Nov. 86. c. 2.

In AUTHENT. ut differentes iudices audi. Interpellan. allegatio.  
§. si vero contigerit, col. 6. tit. 15. al. Col. 9. tit. 10. feu  
Nov. 86. cap. 2.

**S**i vero contigerit, aliquem suspectorum nostrorum in dubitationem  
habere iudicem: jubemus sanctissimum Archiepiscopum, vel Episco-  
pum locorum audire causam una cum clarissimo iudice<sup>22</sup>; ut ambo, aut  
per amicabilem<sup>23</sup> compositionem dissolvant, qua dubia sunt, aut per  
annotationem in scriptis factam, aut cognitionaliter iudicent inter liti-  
gantes: ne provinciales recedentes a patria, ad longinqua trabantur  
examina. Si autem iudex Episcopo parere noverit, Principi scribat,  
qui de eo iudice sumet vindictam.

*De militaribus hominibus.*

17. Idem A. Joanni P. P.

**C**erti juris est, quod concessa<sup>24</sup> est etiam militaribus hominibus ju-  
dicandi facultas. Quid enim obstaculi est, homines, qui alicujus  
rei peritiam habent, de ea re iudicare? cum sciamus, & militares  
magistratus, & omnes tales homines per usum<sup>25</sup> quotidianum jam esse  
approbatos: ut & audiant lites, easque dirimant, & pro sui<sup>26</sup>, & le-  
gis scientia hujusmodi altercationibus finem imponant. Dat. Kalend.  
Novemb. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

*De recusatione judicis.*

18. Idem A. Joanni P. P.

**C**um specialis iudex, sive ab Augusta fortuna, sive judiciali culmine  
in aliqua provincia, in qua incusatus degit, datus est: & una pars  
suspectum<sup>27</sup> eum sibi esse dicit<sup>28</sup>: ne forte absente persona iudicis,  
& in alia civitate ejusdem provincie commorante, compellatur longo  
itinere emenso recusationis libellum ei<sup>29</sup> incusatus offerre: sancimus,  
si quidem præsto est Præses provincie in illa civitate, ubi de ea re du-  
bitatur, licet ei qui suspectum sibi iudicem esse dicit, ipsum Præsidem  
adire, & hoc facere in actis manifestum. Si autem non est moderator  
provincie in præfato loco: hæc eadem apud Defensorem locorum, vel  
Duumviros municipales gestis<sup>30</sup> apud eos habitis & celebrare, & ju-  
dicem quidem eum recusare: illico<sup>31</sup> autem, [id est] intra triduum  
proximum, sine ulla dilacione, compelli<sup>32</sup> arbitrum, vel<sup>33</sup> arbitros  
eligere, & apud eos litigare: ne & datus iudex removeatur, & alter  
non eligatur: electione videlicet arbitri, si variatum<sup>34</sup> inter partes  
fuerit, simili modo, vel Præsidis provincie, si adest, vel defensoris  
locorum, vel magistratum municipii arbitrio dirimenda: & executore  
negotii, cui mandata est hujusmodi causæ examinatio<sup>35</sup>, imminente:  
& itatuta ab arbitris effectui mancipante, nisi fuerit provocatum<sup>36</sup>:  
tunc enim ipse, qui iudicem antea dedit, qui suspectus visus est, ap-  
pellatione trutinata, formam causæ imponat legitimam. Dat. Id. No-  
vemb. LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

TIT. II.

DE SPORTULIS<sup>37</sup>, ET SUMPTIBUS IN DIVER-  
SIS JUDICIIS FACIENDIS, ET DE  
EXECUTORIBUS LITIUM.

*Ut exhibitus ab apparitore, cui traditus fuit, observetur.*

1. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.

ad Potitum Vicarium.

**Q**uisquis fuerit exhibitus<sup>38</sup> usque ad negotii terminum ab eo appa-  
ritore, cui primum traditus fuit, observari eum decernimus: Si  
qua præsumptione fuerit hæc mansuetudinis nostræ posthabita  
præcepto, primifcrinio, qui iusta temeraverit<sup>39</sup>, quinque librarum  
auri condemnatione multando. Dat. Kal. Jul. Mediolani, AUSONIO  
& OLYBRIO CONSS. 379.

sed ut judiciali munere abstineat: non enim ipse de causis ipsius reculationis suæ cogno-  
scit, legitimæ sint necne, sed arbiter, vide Hartmann. 2. observ. 1. observat. 13. adde l.  
ult. j. h. t. 17 l. 4. §. de jurisdict. vid. l. ult. j. de sent. interloc. 18 Nota ra-  
tionem quare ab interlocutoria non appellatur. 19 In eo scilicet. Hal. 20 Re-  
cusatus delegatus, potest per se vel ordinarium imminere, ut eligantur arbitri.  
21 Apparentes, ab apparendo, unde apparitores ab apparere, al. apparare, id est,  
ordinare. 22 I. e. præfide. 23 Transactionis species est, arbitramentum, ut  
vocant. 24 l. 6. §. de jurisd. ann. jud. & supr. de off. missi. iud. Milites possunt esse  
iudices: ergo imperiti juris munere iudicandi fungi possunt, dixi ad l. 1. supr. de adess. &  
domest. l. 1. §. de postulando. adde Hotom. 26. Illustr. 25 Præfata uti & praxi com-  
paratur. 26 Magis tamen ex legis conscientia quam sua iudicare debet: legis con-  
scientia secundum acta & probata, l. 13. §. 2. vers. Et supr. h. t. l. 6. §. 1. ff. de off.  
præsid. vid. ad hunc locum Hotom. 26. Illustr. 27 Dixi ad l. 16. §. h. t. 28 Adi-  
Jalonem ad §. omnium. n. 9. Institut. de act. Alexand. ad rubr. ff. de offic. ejus, cui mandat.  
col. 3. & ad l. A divo Pio. in princ. ff. de re jud. Ruinam hic. Menochium in tract. de ar-  
bitr. iud. l. 1. §. 74. n. 50. Mod. 29 Iudicis recusatio fit coram ipso iudice, qui re-  
cusatur: aut eo absente, coram iudice ad quem, aut eo absente, coram municipali.  
adde l. Wurmsler. 1. obs. 5. 30 Suspectus iudex recusatur per libellum, vel apud  
acta. adde Cujac. 9. observ. 23. 31 Fit illicet, quod fit intra triduum. vid. l. 3. §. de  
errore advoc. De triduo v. Cujac. c. 5. de præscr. 32 Recusatione oblata, coguntur  
litigatores optare arbitros. Huius generis arbitri, juris arbitri dicuntur: quo loco no-  
tandum est, Tres casus in iurc expressos, quibus eliguntur juris arbitri. Primus casus  
est, ut hic. Et cap. suspitionis. 39. extr. de officio delegat. cum specialis. 61. extr. de appellat.  
Secundus, quocumque ambiguitur de revocatione literarum c. pastoralis. 53. extr. de appell.  
Tertius de quo 11. quæst. 1. c. clericum, 3. adde Gl. in c. statutum. 11. de rescriptis. in  
sexto, v. Schenckium l. Conclu. 49. 33 Differt in eo jus civile a canonico. Cano-  
nico namque iure coguntur, partes eligere arbitros præfide, id est, sine alternatione.  
c. secundo requisitis. 41. c. cum specialis. 61. extr. de appellat. c. licet. extr. de foro competente.  
34 Si variatur inter partes de eligendo arbitro, iudex arbitrum dare potest. l. 17. §. 6. ff.  
de recept. quæ arbitri. 35 Exactio. Hal. Excusatio v. vide Cujac. cap. 9. observ. 23.  
in fin. 36 Ad quem? si princeps vel prætor iudicem recusatam dedit, recusati loco  
arbitratur datu: a cuius sententia, Princeps vel prætor, id est, qui dedit, appellabitur:  
potest enim ab arbitrio appellari. l. 9. ff. quæ sitis. cog. 37 Id est, salarius, quo conventus reus dat executoribus. Cur hæc salaria ita appellen-  
tur, vid. Budæum ad l. fructus. §. ff. de donat. inter vir. Alciatum 3. disp. 17. Cujac. hic.  
Et l. 17. obs. cap. 12. l. 6. §. 1. ff. de decurionib. 7. Synops. Basil. 4. Ab his præstantis fiscus  
est immunitus; fiscus enim semper litigat gratis. Julian. ad Nov. 17. cap. 3. & Episcopi. Nov.  
123. cap. 28. & personæ tenuiores. l. ult. §. de fruct. Et lit. expens. Nov. 17. c. 3.  
39 Id est, duobus ad iudicium. 39 Id est, qui alium excusavit, seu executorem  
dedit, Synops. Basil. 7. tit. 4. c. nisi taxaverit 17.

De his qui edicta perferunt in provinciis.

2. 1.

Qui sacra pragmatica, aut edicta perferunt eorum, qui gesturi sunt magistratum civilem, aut militare, quindecim solos aureos ex provincia referunt, & nihil amplius: quod si plus recipiant, quadruplum reddant, non valentes ad sui defensionem proponere, quod a volentibus id quod amplius est, acceperunt. Sed huc usque generalis est constitutio: Postea vero propriam definit poenam contra Ducem Thebaidos, ad quem rescripta est, & eos qui post hanc eundem adipsentur magistratum, nisi a transgressoribus legis definitam exege- rint poenam.

De executoribus removendis & punitendis.

3. Item AA. Juliano P. P.

[Omnibus] iudicibus licentiam praestamus, (sive his, quibus a nostro numine lites mandantur, Illustribus vel Spectabilibus, vel Clarissimis, vel togatis fori cujuscunque Praefecturae, vel aliis quibusque: vel his, qui ex nostris iudicibus delegandas lites accipiunt) executores si cessaverint, causas eis instructas offerre, & removeere ab executione eos, & alios idoneos supponere, vel etiam multis afficere: si quidem illustres sint iudices, usque ad sex solidorum summam: sin autem alii, usque ad tres tantummodo aureos: & ad iudices, quorum interest, referre, quatenus militia exuri poenas luan corporales. No- stris autem amplissimis iudicibus licentia sit, & majores poenas, & cor- porales maculas executoribus imponere, si male fuerint circa lites versati: ut sciant, non esse causas a se deludendas, nec lucri gratia aliquid eis vitium imponendum. Dat. 5. Kal. April. LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

De insinuatione. De edendo. 1. De cautione, iudicio fffi.

2. De solatio ob editionem accipiendo.

4. Imp. JUSTINIANUS.

IS cui commissae sunt publicae aut privatae commoditates (sententiae, aut iussiones forte hoc loco) a principe, vel aliquo illustrissimorum magistratum, conveniat quidem reum, & priusquam insinuet illi hu- jusmodi iussiones, (interdum enim oportet eas ignorari) neque con- suetas sportulas accipiat ab ipso, neque exigat ipsum, nisi exemplum divinae, aut maximae iussionis ediderit ipse, ex qua commonuit ipsum.

Si vero alterius cujuscumque magistratus publicam aut privatam praecceptionem habet, aut Praesidis ejus loci, ne exigat conventum, neque consueta accipiat: nisi insinaverit prius Praesidi provinciae, ut inde possint assumere exemplum hi qui conventi sunt, & libellis eis eda- tur, aut inscriptio, in criminalibus. Si vero non observatis his con- ventionem obtulerit, aut consueta exegerit executor, liceat convento repellere eum. §. 1. Neque vero praetextu fidejussionum sine cau- sa damno adficiantur provinciales ab exactoribus, vel pro constitutione procuratoris: sed si quidem immobilem possessionem habent, jurato- riam emittant scripturam, si vero non habent, fidejussorem usque ad quinquaginta auri libras praestent indemnitate gratia. Controversia autem orta de persona fidejussoris, vel de tenore juratoria cautionis: apud Episcopum civitatis, & Patrem & Ecdicum, seu defensorem, ea dirimatur, necessitatem habente exactore accipere idoneum ab illis iudicatum fidejussorem, aut cautionem acceptam. Si vero ex divina iussione, aut maxima praecceptione moneatur omnimodo ipsam perso- nam abducere, nec ipsam fidejussori credere, tunc liceat ipsi non ac- cipere fidejussorem, sed ducere personam sine damno, & cum omni moderatione. Deo vero amabilis locorum Episcopus, si permisit conculcari legem, aut non minatus fuerit adversus transgressorem, & Dei offensionem incurrat, & imperiale experietur animi motum. Si- militer vero & Praeses provinciae si negligat legem, & carereb magistratu, & publicatus in perpetuum relegabitur. §. 2. Ne accipiant autem ex- actores, qui edunt libellos, aut inscriptiones & conventiones, aut instru- menta ultra quam sequente constitutione permiffum est solatii loco, aut, si transgressi fuerint, subiaceant ejus poenis. V. \*\*\*. Dat. Kal. Jun. CP. DN. JUSTINIANO per. A. III. CONSS. 533.

TIT. III.

DE PEDANEIS IUDICIBUS II.

De Procuratore Caesaris.

1. Imp. GORDIANUS A. Vicariis.

Procuratori nostro non vice Praesidis agenti, dandi iudices inter privatas personas non competere facultatem, manifestum est: & ideo si (ut allegastis) inter privatas personas is, cujus meministis,

1 Hae constitutio ex Basilicis restituta a Cujac. 12. obs. 22. 2 Latina interpretatio. 3 Nota quantitatem sportularum. Cum hac constitutione convenit constitutio Attalarici apud Calliodorum lib. 9. 4 Executores duo singulis iudicibus attributi erant. vide Cujac. ad Nov. 82. c. 7. 5 Executor, ob negligentiam, officio suo potest privari. 6 Multae dicenda jus usque ad sex & tres solidos. 7 Executor delinquentis, in officio corporali multa puniri a majore iudice potest. 8 Hanc legem ex basilicis restituit Cujac. 12. obs. 22. 9 Latina interpretatio. 10 Pedanei iudices quasi plano pede aut stantes iudicabant, non pro tribunali aut seden- tes: imo collatio aut sortitio scanno vel cespite. Novell. 71. cap. 1. unde & a Graecis παρακλιμαται dicuntur, & δεξιμοι κληρονομοι. Vide Nov. 82. Et ibi Cujac. Pedanei singulae causae cognoscende a magistratibus delegabantur: cognitionem habuerunt, non jurisdictionem: l. ult. supr. ubi & apud quem cognit. restit. adde l. 5. in pr. ff. de re iudica- ta. l. 99. ff. de verb. sign. humiliores causas disceptabant. l. ult. j. h. t. 11 Vide, si ope- re est, Alciat. l. 4. pareg. c. 43. Crinit. de honesta disciplina c. 7. lib. 15. Coraf. epist. quast. c. 2. Rainald. Corf. lib. 2. indagat. cap. 21. Aul. Gellium sive Agellium noct. Attic. lib. 3. cap. 18. Brisson. select. antiquit. lib. 3. c. 18. Mod. 12 Vid. l. 23. §. 1. ff. de appell. 13 Sententia ejus qui delegatus est ab incompetenti iudice, ipso jure nulla est: facit lex ubi in fin. ff. de jurisd. 14 Eadem plane sententia accipiendum videtur, quod hic di- citur: ex officio suo, qui in stipulationum divisione JC. dixit, a mere pratoris officio, in l. 5. ff. de verb. oblig. id est, quod ipsius proprium est, atque jure magistratus ei competit: quod etiam jus dicentis officium appellatur in l. 1. ff. de jurisd. & distinguitur ab officio iudicis in d. l. 5. nec enim ea, quae in d. l. 1. enumerantur, ad pedanei iudicis officium pertinent, quorum nihil ille potest. Ceterum totam hanc legem ex professo enarrat Co- rrasius: praeter quem vide ad eundem explicationem Alciat. lib. 2. paradox. cap. 2. Cha- rondam de jurisd. pag. 51. Vandum lib. 1. quast. jur. c. 10. Vaconium denique lib. 2. declar. 82. Mod. 15 Adde l. 32. §. 7. ff. de recept. qui arbitri. 15 l. 2. infr. de libertis & eorum lib. l. 6. infr. de reb. cred. 17 Vid. Plinium l. 10. epist. ad Trajan. 18 Non pedanei: Ut hinc possis colligere, Pedaneos iudices hu- miliorum litem esse iudices. l. ult. infr. h. t. vid. tamen l. 6. infr. de reb. cred. l. 2.

arbitros dandos putavit; sententia ab eis prolata, nullo jure subsistit. PP. Kal. Febr. ATTICO & PRETEXTATO CONSS. 243.

In quibus causis possunt Praesides iudices dare.

2. Imp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Vicariis.

Placet nobis, Praesides de his causis, in quibus, quod ipsi non pos- sent cognoscere, antehac pedaneos iudices dabant, notionis suae examen adhibere: ita tamen, ut, si vel propter occupationes publicas, vel propter causarum multitudinem omnia hujusmodi negotia non po- tuerint cognoscere, iudices dandi habeant potestatem. Quod non ita accipi convenit, ut in his etiam causis, in quibus solebant ex officio suo cognoscere, dandi iudices licentia eis permiffa credatur. Quod usque adeo in Praesidum cognitione retinendum est, ut eorum judicia non diminuta videantur: dum tamen, & de ingenuitate, super qua poterant etiam ante cognoscere, & de libertinitate Praesides ipsi dijudicent. Datum 15. Kal. August. CC. CONSS. 294.

Ut iudex datus cognoscat, non ad iudicium praesidiale remittat.

De appellatione.

3. Exemplum sacrarum literarum, eorundem AA. & CC. ad Serapionem.

Placet, ut iudicibus, (si quos Gravitas tua disceptatores dederit) insinues, ut delegata sibi negotia lata sententia terminent: nec in his causis, in quibus pronunciare debent, & possunt, facultatem sibi patere remittendi ad iudicium Praesidiale, cognoscat: maxime cum, & si iudicatio alicui litigatorum parti injusta videatur, interponendae provocationis potestas a sententia ex omni causa prolata libera litigato- ribus tribuatur. Dat. 8. Kal. April. Antiochia, CC. CONSS. 294.

De iudice subrogando.

4. Item AA. & CC. Firmino.

Placuit, quoties pedanei iudices dati, post litem contestatam, vel ad aliud iudicium necessario diriguntur, vel publicae utilitatis ratione in alias provincias proficiscuntur, vel diem obierunt, atque his rationibus negotiis coeptis finis non potuit adhiberi; alium in locum eorum iudicem tribui, qui negotium examinet: ne, hujusmodi casibus intervenientibus, impedimentum aliquod in persequendis litibus afferatur. Dat. 10. Kal. TIBERIO & MAXIMO CONSS.

In quibus causis Praesides possunt iudices dare.

5. Imp. JULIANUS A. Secundo P. P.

Quaedam sunt negotia, in quibus superfluum est, Moderatorem expe- ctare provinciae: ideoque pedaneos iudices (hoc est, qui negotia humiliora disceptant) constituendi damus Praesidibus potesta- tem. Dat. 5. Kal. August. Antiochia, MAMERTINO & NEVI- TA CONSS. 364.

Constitutio Graeca Zenonis de pedaneis iudicibus, qua certum nu- merum pedaneorum iudicum introducebat, quos dixitetas vocabat, id est, (ut Latino vocabulo exprimam) arbitros. Sed non valde deplora- nda est ejus factura, ut quam Justinianus in universum sustule- rit, aliis duodecim pedaneis iudicibus in Zenonianorum locum in- stituitis. Novell. 82. de iudicibus. cap. 1. vetus. Antonius Contius.

TIT. IV.


QUI PRO SUA JURISDICTIONE IUDICES DARE, DARIVE POSSUNT.

Non potest delegari causa, quae a jurisdictionem delegantis non pertinet: & ille, cui delegatur, debet esse de jurisdictione delegantis. Bald.

1. Imp. THEOD. & VALENT. AA. Cyro P. P.

In causarum delegationibus illud consultissime praecipimus observari, ut ita valeant, si ad jurisdictionem pertineant delegantis. Quod si quis alienae jurisdictionis causam crediderit delegandam, nec praeccepto cognitorem datum patientiam accommodare censemus. Et si contra leges obtemperaverit deleganti: omnia, quae ab ea delega- tione geruntur, ita pro infectis haberi praecipimus, ac si ipsi, qui delegaverant, alienae jurisdictionis iudices resedissent: ut ne appellandi quidem necessitas adversus eas sententias imponatur. [Hae teneant.] nisi iudices nobis specialiter delegantibus dati, aliis causas delegaverint iudicandas: nam his delegantibus, nullo perso- narum causarumve habito tractatu, appellationum ad eos jure iudicia remeabunt. Dat. 13. Kal. Januar. VALENTINIANO A. & ANATOLIO CONSS. 440.

infr. de libertis & eorum liber. 19 Praesidem. 20 Delegati causas sibi delegatas debeant iudicare, nec eas ad delegantem remittere. 21 Revocatione delegati non habuit instantia. 22 Morte delegati delegatio non finitur, sed ex eisdem actis per subrogatum iudicatur. 23 Hos Consules non reperio in Fastis. 24 Facit l. 2. in fin. supr. h. t. 25 Humiliora negotia, puta trecentorum aureorum, ea- que Justinianus vult eos disceptare, in αρχιμητρο παρασκευασίας, παρασκευασίας comprehendit praecipua capita eorum, quae dicuntur in servilis nisi di obli- gant nec cognoscunt plene, cognitionaliter, actis accurate diligenterque confectis, sed per annotationem tantum. vid. Nov. 82. c. 5. & Cujac. ibid. Goth. Confer. l. un. §. sed non potest. ff. de off. consul. Jure Canonico indistincte, omnes causae etiam majores trecentorum aureorum delegari possunt. cap. pastoralis. 28. extr. de offic. & potest. iud. deleg. An. 26 Infamis potestne iudex dari? non potest. l. 2. ff. de senatorib. l. 12. §. 2. ff. de judi- cibus. cap. super ea. extr. de electione. potest tamen esse arbiter. vid. Wurmler. l. pract. l. 1. obs. 14. Goth. Ad hunc titulum vid. Menoch. de arbitrar. iud. lib. 19. quast. 54. num. 17. Et seq. & quast. 37. num. 33. Cujac. lib. 1. observ. cap. 6. Marant. de Ordin. iudic. 4. part. 5. distinct. n. 27. S. L. 27 Delegare quis ea tantum potest, quae in sua jurisdictione habet. 28 Marantha de ordine iudiciorum 4. part. 5. distinct. n. 27. Dd. ad leg. 1. ff. de officio ejus, cui mand. ubi post Alexandrum Jafon n. 63. vers. 3. principaliter. Decius n. 84. Bonon. num. 136. Et 137. Sebast. Sapia n. 86. Caspar. Valat. ad l. imperium. 3. ff. de jurisd. n. 212. ubi Longovalius n. 28. Menoch. de arbit. iud. lib. 1. quast. 37. num. 33. Et quast. 54. n. 17. Vaconius denique lib. 6. declar. 84. & Bened. Capra in reg. observ. 76. Mod. 29 Patientiam Cujac. l. obs. 6. Patientiam accommodare est obtempera- re: & ita locutus est Calliodor. 7. formularum, patientiam commodare, & Gellius l. c. 13. culpa impatientiae. 30 Delegatio facta ab incompetenti iudice, est ipso jure nulla. 31 Et merito: appellationes contra remedia sunt adversus injustam sententiam. Sen- tentia nulla, non est sententia. 32 Delegati a Principe possunt subdelegare. vid. l. 5. infr. de iudicibus.



TIT. V.

NE. QUIS IN SUA CAUSA JUDICET, VEL JUS SIBI DICAT.

Nemo est iudex in propria causa. Bald.

1. Impp. VALENS, GRATIANUS & VALENTINIANUS AAA. ad Gracchum Praefectum urbi.

Generali lege decernimus, neminem sibi esse iudicem, vel jus sibi dicere debere: In re enim propria iniquum admodum est, alicui licentiam tribuere sententiae. Dat. Kalend. Decemb. VALENTE VI: & VALENTINIANO II. AA. CONSS. 378.

TIT. VI.

QUI LEGITIMAM PERSONAM [STANDI] IN JUDICIIS HABEANT, VEL NON.

De Pupillo.

1. Imp. GORDIANUS A. Candidae.

SI, cum esses pupillaris aetatis, sine tutoris auctoritate cum adversario tuo consistens, Praeses provinciae adversus te pronunciaverit: minime auctoritate iudicati nititur quod statutum est. Dat. Id. Decemb. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De Pupillo & Adulto.

2. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Gemachae.

IN rebus, quae privati iudicii quaestionem habent, sicut pupillus tutore auctore & agere & conveniri potest, ita & adultus curatore consentiente litem, & intendere, excipere debet. Datum 9. Kal. Jan. CC. CONSS. 294.

De momentanea possessione.

3. Impp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. Juliano Proconfuli Africae.

Momentanea possessionis actio exerceri potest per quamcumque personam: Sub colore autem adipiscendae possessionis obreptitia petitio alteri obesse non debet: maxime, cum absque conventionione personae legitime initiatum iurgium videatur. Nihil autem opitulatur conventio circa minorem habita, cum id rectius circa curatorem debuerit custodiri. Dat. 2. Non. Martii, Ravenna, CONSTANTIO & CONSTANTINO CONSS. 414.

TIT. VII.

UT NEMO INVITUS AGERE VEL ACCUSARE COGATUR.

1. Imp. DIOCLET. A. Camerio.

INVITUS agere, vel accusare nemo cogatur. Dat. Id. Octobris, CARINO II. & NUMERIANO CONSS. 284.

1 C. Theod. h. t. lib. 2. v. 1. Harm. 4. §. 2. 3. Syn. Basil. 7. tit. 3. c. 32. l. 10. ff. de iurisdic. l. 13. ff. quod met. caus. l. pen. ff. de receptis arbitris. l. 17. ff. de iudicis. l. 1. §. 2. ff. quod legat. vel fidei. l. 5. §. 6. ff. de iniuriis. vid. Oldendorp. c. 6. de sentent. & de re iud. Ecquid igitur consilii subditis, aut civibus dabitur litigantibus adversus dominum, Republicam, Principem, Regem, Imperatorem? utique, potest qui superiorem non recognoscit, jus sibi dicere. l. 41. ff. de hered. instit. l. 3. ff. de his, qui in test. delent. Bart. hic: num. 1. Roland. a Valle l. conf. 29. n. 21. In Germania Princeps imperii subditum convenire debet in Camera imperiali, non coram suis consiliariis: & e contrario, in eadem Camera a suis subditis conveniri potest: nisi probaverit hoc jus vel consuetudine, vel usu se habere, ut coram suis consiliariis conveniri debeat. Mynding. 5. obs. 1. Jure Gallico, rex sibi jus non dicit, sed jus ei dicitur a Parlamento. & ita nonnunquam causa cadit. Indulgentia nonnunquam ab eo indulgetur: Quia in re tantum abest, ut ejus majestati quidquam detratur, ut eo nomine securiorem eam faciat. vid. Papon. 2. Not. c. division de l'ordre de plaider. fol. 23. Reliqui nobiles adversus suos vasallos litigant in auditorio suo per procuratorem. Volunt etiam interpretes, quemlibet posse sibi jus dicere in defectum iudicis. l. 4. infr. de decurionib. l. 10. §. 16. ff. de fraud. vid. Hartmann. 2. pract. l. obs. 1. Demus de re ipsa in ipso iuris loco iniuriam illatam iudici, potestne jus in sua causa sibi dicere? posse putant eo casu. l. 15. §. 33. 35. l. 33. ff. de iniuriis, alias reus ad alios iudices remittendus. de quibus vid. Papon. 2. Not. c. division de l'ordre de plaider. fol. 23. 2 Vel testimonium prebeat. l. 10. infr. de testib. vid. ad hanc legem Socin. reg. 195. 3 l. unie. C. Theod. h. t. 4 An possit esse in causa propria quis iudex, vide late Socin. in reg. 195. Felin. ad c. cum venissent. in fin. extr. de iudic. Jafon. ad l. qui iurisdic. 10. ff. de iurisdic. & ad Auth. jubemus. C. de iudic. n. 11. & ad l. patre furioso. §. ff. de his, qui sunt sui vel alieni. jur. Hippolyt. singul. 205. Balb. decisi. 107. Forcatul. in Neymont. jur. dialog. 96. n. 5. quod autem possit aliquis esse iudex in propria causa, ad §. fin. Instit. de vulg. substit. l. si quis forte. §. si quis. ff. de panis. & l. si quis ex aliena. §. ff. de iudicis. Mod. §. l. ult. §. 2. in fin. infr. ubi fratres vel clariss. atqui filius patri potest esse iudex. l. 77. ff. de iudicis.

6 Sententia lata contra pupillum indefensum, ipso iure non tenet. l. 6. §. 5. ff. de confessio. 7 Alias, si pupillus aut minor verfabitur in iudicio sine auctoritate tutoris, aut curatoris, poterit adversus eum personam excipi. vid. Oldendorp. c. 12. Enchiridii exceptionum. ubi tractat de exceptionibus adversus auctorem. Goth. Jure Canonico minor in causis beneficiaribus & matrimonialibus sine tutoris aut curatoris auctoritate agere potest. cap. ult. de iudic. in 6. & cap. 14. ex parte. extr. de restit. spoliator. Ant. Conf. Viv. lib. 2. Commun. opin. 109. S. L. 8 Momentanea, Hal. momenti actio. l. ult. 4. C. Theod. unde vi. 21. Cur ita dicitur? vide l. 8. infr. unde vi. his adde l. 1. in fin. infr. si per vim vel alio modo. 9 Aliud in causa proprietatis. Cur tam varie? favetur possessioni. 10 His verbis includuntur etiam inhabiles personae. Bald. & ita minor legitimam personam standi in iudicio habet in causa momentanea possessionis. An id locum habet, si de recuperanda vel retinenda tantum, non de adipiscenda possessione egerit? Accurritus ita putat. Cujus opinionem Imbertus non exilimat receptam esse in parlamento Gallie. Imbert. in Enchirid. in verbo, an minor n'est point relevé. 11 Puto id his obscuris & male contextis verbis inuis, Non si adversus minorem, absente ejus tutore adipisci possessionem possimus, continuo nobis licet proprietatis quaestionem ei movere. Nam si summo iure, aut exactius rem totam volueris considerare, reperies causam etiam possessionis adversus illegitimam personam a te motam fuisse: puta adversus minorem indefensum. Nihil igitur proderit ita argumentari: Possessionem adversus minorem tutore desitutum poruisti adipisci: ergo & proprietatem. Nam utcumque possessionis causa momentanea sit, nec dilationem requirat, ejuque favor id elicere videtur, ut tibi liceat adversus minorem sine tutore agere, rectius tamen eam minori movis, praesente curatore. 12 Id est, proprietatis actio. Cujac. hic. 13 Possessionis scilicet. 14 Id est, adeptio possessionis. 15 Interdictum de possessione motum. 16 Id est, adhibito, vocato, praesente minoris curatore.

17 Invitus nemo civiliter, vel criminaliter agere cogitur. Synops. Basil. 7. tit. 18. ex tit. 19. cap. 4. vide tamen l. diffamari. 5. infr. de ingen. manum. 18 Vid. quae de invito scripti ad l. 69. l. 156. ff. de reg. jur. 19 l. 4. infr. de usur. pupill. l. 20. infr. de pignor. & hypoth. l. 5. in fin. ff. de doli mali & metus except. agere tamen cogitur in casu legis 11. infr. mandati. l. 2. infr. quando tut. l. 18. l. 24. infr. de admn. tut. l. 2. infr. de his, quib. ut indig. l. 10. infr. de leg. hered. l. 5. infr. de ingen. & Nov. 112. cap. 3. l. 8. ff. de negot. gest. 20 l. 19. ff. de accusat. 21 De quo prolixè &

TIT. VIII.

DE ORDINE JUDICIORUM.

Si testamentum ruptum dicatur, & de causa status.

1. Impp. SEVERUS & ANTON. AA. Marcellinae, & alii.

ADITE Praesidem provinciae, & ruptum esse testamentum Fabii Praesentis, agnatione filii docete: neque enim impedit notionem ejus, quod status quaestio in cognitionem vertitur, etsi super status causa cognoscere non possit: pertinet enim ad officium iudicis, qui de hereditate cognoscit, universam incidentem quaestionem, quae in iudicium devocatur, examinare: quoniam non de ea, sed de hereditate pronunciat. Dat. 13. Kal. Decemb. GETA & PLAUTIANO CONSS. 204.

De quaestione generis & familiae erciscunda.

2. Imp. ANTONINUS A. Magnillae.

SI quaestio tibi generis ab his, quos fratres patruales esse dicis, non fiat, adito Praeside provinciae, & accepto familiae erciscundae iudicio, experire. Quod si de ea re quaestio erit: prius de nativitate veritate secundum iuris formam quaeri, idem Vir clarissimus curae habebit. PP. 10. Kal. August. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De causa civili & criminali.

3. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. Demetrio.

CUM civili disceptationi principaliter motae quaestio criminis incidit, vel crimini prius instituto civilis causa adiungitur: potest iudex eodem tempore utramque disceptationem sua sententia dirimere. PP. Nonas GAL. A. V. & FAUSTINO CONSS. 263.

Prius de crimine est pronuncianandum, quam de civili causa cognoscatur. Bald.

4. Imp. CONSTANTINUS A. ad Calphurnium.

QUONIAM civili disceptatione intermissa, saepe fit, ut prius crimine iudicetur; quod, utpote majus, merito minori praefertur, ex quo criminalis quaestio quocumque modo cessaverit, propter civilem causam velut ex integro in iudicium deductam distingui: ut finis criminalis negotii ex eo die, quo inter partes fuerit lata sententia, initium civili quaestioni tribuat. Dat. Id. Mart. NEPOTIANO & FACUNDO CONSS. 336.

TIT. IX.

DE LITIS CONTESTATIONE.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Valenti.

RES in iudicium deducta non videtur, si tantum postulatio simplex celebrata sit, vel actionis species ante iudicium reo cognita. Inter litem enim contestatam & editam actionem permultum interest. Lis enim tunc contestata videtur, cum iudex per narrationem

Inculenter Angelus ad rubr. Instit. de action. Boerius decis. 255. Paris de Put. in tract. Syndic. in verb. accusatus. n. 8. Mod.

22 Adde 7. lib. 19. infr. adde 2. Decret. 12. de causa possessionis & proprietatis. 23 Sic lege, Praesidis provinciae delegatum, ruptum esse testamentum &c. Huius lectionis rationem mox reddam. Goth. Ad hunc tit. vid. Hocmann. lib. 5. observo. 27. Ant. Adde Robert. sentent. lib. 2. cap. 12. Menoch. de arbit. iud. cas. 167. & 168. & lib. 1. quae. 91. num. 10. S. L. 24 Agnatione posthumi testamentum ruptum. l. 1. ff. de injusto rupto. 25 Cujus? ne dicas Praesidis, ad eum enim pertinet cognitio causarum liberalium. vid. l. 5. infr. de ordin. cognition. quod hic negatur. Si dixeris delegati Praesidis, nulla eius facta est in editione vulgaris mentio, & tamen ad eum lex haec tota pertinet. Itaque frustra non video superius emendasse, Praesidis provinciae delegatum. Sic hic itaque sensus, cum actor de hereditate apud pedaneum ageret, status ei controversia a reo mota est. Reus eadem opera causam, utpote liberalem & status remitti ad Praesidem postulabat, negans pedaneum iudicem de status causa posse cognoscere. Quid iuris? respondent Imperatores adendum ipsum delegatum: causam ruptam apud eum agendam: itatus quaestionem incidentem ab eo summarie examinandam: non ut de ea aperte pronunciet, sed si forte repererit rei intentionem non probari, hereditatem actori (cujus agnatione testamentum defuncti ruptum esse probatur) restitui a reo iubeat. v. ad hanc leg. Hocmann. 6. observo. 6. 26 Ratio dubitandi hinc sumitur. 27 Male haec verba retulerunt interpretes ad Praesidem. vid. l. 5. infr. de ordin. cogn. vid. Hocmann. 5. observo. 17. 28 Id est, delegati. 29 Id est, qualemcumque, etiam status, ut hic. 30 Incidens quaestio est, quae extra formulam prioris actionis exoritur. l. 1. supr. de off. rect. provinc. 31 Decidendi ratio. 32 Fratres patruales sunt, ex ductus fratris generis. l. 1. §. 6. ff. de gradib. & affin. 33 Iudex. 34 Id est, de genere, nativitate, origine, stirpe. 35 Status quaestio ante hereditatis quaestionem decidenda, infr. de ordin. cogn. 36 Id est, generis. §. h. t. 37 Iudex datus de causa criminali incidenter potest cognoscere, sed certe praestat, ut verbo, Iudex, intelligamus magistratum. ut l. 1. supr. de offic. rect. provinc. l. 11. infr. & l. 31. ff. ad leg. Corn. de falsis. 38 In arbitrio iudicis est cumulare civilem & criminalem quaestionem, ut ex Symmacho, epistolae didicimus. In quibusdam causis etiam iubetur civilem antepone re criminali. l. 26. infr. ad L. Jul. de adult. l. 8. infr. ad leg. Fab. de plag. l. 2. C. Theod. ad leg. Corn. de falsis. 39 Haec verba regulam huius propositi ostendunt. Nam regulae iuris ex his, quae saepius hunc, continentur. Aliud est autem, Sape fieri, aliud Semper. Nec enim semper criminalis actio praefertur civili. vid. Cujac. 20. obs. 25. 40 Majus minori praefertur. 41 Quod ex hac lege colligitur, prius de criminali pronuncianandum, quam de civili cognoscatur, hoc ita intellige verum esse, quando civilis intentatur ab uno, criminalis ab alio: Decius ad l. edita. num. 65. C. de edendo. Fab. Acoramb. ad l. naturaliter. §. nihil commune. num. 108. ff. de acquir. vel amitt. possess. Mod.

42 Vide quaedam ad hunc locum apud Socin. reg. 239. 240. 241. 242. 243. 43 2. Decret. 5. 2. Sext. 3. v. Cujac. 9. obs. 21. vid. Festum in Contestari. De effectibus litem contestatae vide Rebuffum tom. 4. fol. 335. Hocmann. 3. obs. 28. Wurnf. l. pract. 13. adde utilem ad hunc titulum quaestionem ex Gail. l. obs. 73. ad fin. 78. Goth. Adde Parlador. rer. quotid. cap. 14. S. L. 44 Litem contestandi animus non praesumitur. cap. 1. extr. h. t. vid. tamen Socin. reg. 241. 45 Simplex postulatio non facit litem contestatam. 46 Lite contestata, postquam testes admitti non possunt, litem tamen Socin. reg. 242. 47 Editio litem futuram demonstrat. l. 3. supr. de edendo. Contestatio ejus initium. Plus est, litem initium jam habere, quam futura esse. Editio reo actione extra iudicium, idem in jus vocatur, mox editur ei coram iudice actio: si negat, lis contestata dicitur. vid. Cujac. d. loco. adde, si reus tacuerit, neque retulerit iudicem, tunc fit litem contestatio. Novell. 53. c. 3. §. 2. Sed Vigel. in suo de litem contestat. libell. litem contestatam esse putat tunc, cum acta iudici referuntur jamjam dicturo sententiam. Gall. lors que le proces est instruit & prest a juger. Vel constitutionem status causa. Glossa, litem contestatae ai arizon la causa en diazatione dikas e antinadestaton. 48 Narratio constat petitione actoris & rei responsione. l. 2. in pr. supr. de iurejur. propter calumn. c. unie. de lit. contest. contradictione. l. 14. §. 1. in pr. supr. de iud. id est, negatione. Quintil. 3. Inst. 7. si negat reus, tacet itatum qui negat. Quid si reus fatetur & distinguendo respondet? Vigel. d. loc. putat litem nondum contestatam nisi actor aliquid postulet: Illud singulare est ex Rudolpho Agric. 2. de invent. 112. Quamdiu consentanea dicuntur, certum est, quaestionem esse non posse: ubi coeperint resistere, ita ut alter non progredi longius alterum patiat, quaestio erit. Plura vide apud Vigel. ibid.



neg. tii 1 causam 2 audire 3 coeperit. Dat. Kal. Septembr. SEVERO III. 4 & ANTONINO AA. CONSS. 203.

In AUTHENT. de exhib. & introd. reis. §. Sancimus. col. 5. tit. 8. al. 9. seu Novell. 53. cap. 3.

Offeratur 5 ei. 6 qui vocatur ad iudicium 7 libellus: Et exinde præbitur sportulis 8, Et data fideiussione 9, viginti 10 dierum gaudeat induciis: quibus deliberet 11, cedatne an contendat: aut iudicium alium adlocari 12 petat, vel recuset eum: nisi ille sit is, quem ipse alio recusato jam petierit 13. † Denique præsens interrogetur 14, an 15 hoc tempus litis tranferat: quod non modo ex ipsius responsione, sed etiam ex libelli subscriptione 16 manifestetur: quam in initio facere debet. Litis ergo contestatio contra hoc indultum habita, pro nibilo 17 habenda est.

In AUTHENT. de executoribus. §. 1. col. 7. tit. 8. al. 2. seu Novell. 96. cap. 1.

Libellum vero non alias actor dirigat, nisi prius Et in ipsum, quem dixi obnoxium, Et in negotii executores 18 exponat cautionem, se scilicet vel intra 19 duos menses litem contestaturum, vel omne damnum ei qui convenitur, contingens restitutum in duplum, cautione tamen non transcendente triginta sex aereos.

TIT. X.

DE 20 PLUS PETITIONIBUS 21.

I. Imp. 22 ZENO. \*

Omnia actor 23 five masculus, five femina ante definitam dilationem debiti agens, & per hoc reum damno afficiens, aliud tantum expectet tempus, nullam uluram in medio accipiens, quantum ipse prævenire definitum solutioni diem conatus est: & hoc vero tempore elapso, non aliter agat, quam si impendia primæ instantiæ circa litis præmonitionem facta adversario solvat. §. 1. Si vero tutores, aut curatores tempore, aut quantitate in plus enisi fuerint exigere, eorum qui suæ curæ commissi sunt debitores in nullo lædantur, ut qui sub aliorum tutela & cura sint: sed ipsi tutores & curatores agnoscant subinde contingens damnum. §. 2. Qui vero hereditarias res petunt, aut rationes tutelæ, aut curæ exigunt, & qui contra minores, aut majores de negotiis gestis, (seu de gesta) intendunt, aut deposita ab aliis datâ exigunt, ut eorum qui deposuerunt, successores facti, nihil ex plus petitione damnificentur, veluti qui justam habeant ignorantiam causam. † Tunc vero is, qui plus petit, damnificetur, quando manifeste convictus fuerit per avartitiam delinquere. §. 3. Si vero quis minus quam revera sit, taxaverit suam litem, nec ad hoc respiciat iudex, sed in veram quantitatem calculum ferat.

2. JUSTINIANUS A. \*

Zenonis Divæ memoriæ vestigiis insistentes, præsentis lege decernimus; ut quicumque ante tempus debitum exegerit, tanto 24 tempore ultra constitutum tempus manifesta plus petitione sine usurarum acceptione expectet: nec tunc agere ante potest, quam omnia damna parti diversæ restituat. Tutores vel curatores talia perpetrantes, ipsi damnantur: exceptis his, qui res hereditarias petunt, aut rationes tutelæ, vel curæ, five negotiorum gestorum agunt contra minores, seu majores, vel qui depositum repetunt, quasi ex successione. §. 1. Qui autem minus 25 petit in iudicio, in nullo læditur. §. 2. Si quis vero majorem, quam sibi debetur, quantitatem in libello conventionis inseruerit, in triplum 26 parti adversæ restituere compellatur, quicquid ex hac causa sportularum nomine executoribus amplius dedit.

Superioris constitutionis epitome ex Basilicis 27.

Si quis 28 actor in missio a se libello majore quantitate inserta, majoris damni causa fuerit ei, quem in jus provocat: in triplum red-

1 Utriusque litigatoris. Goth. Confer. l. 2. supr. de iurejurand. propt. calumn. Cujac. lib. 9. observ. 21. Anf. 2 Casum Hal. id est, id in quo lis atque causa veritatur. 3 Id est, nolle, & si quidem scopus est litis contestationis, ut iudex statum causæ cognoscatur, atque ita iudicet. Forma contestationis in petitione, & responsione veritatur: materia, controversia ipsa: origo prima, ius naturale; secunda, ius Romanum. vid. Oldendorp. in præfat. classum. c. de litis contest. Potestne iudicari sine litis contestatione? Roland. a Valle ait: sique summariis in causis. l. consil. 71. n. 35. 36. Sic sentio, Vel voce vel scripto petitionem concipiendam in causis quæ dilationem non requirunt, non expectata responsione uberiore partis, secundum actorem iudicari, & tamen causæ uberiorem cognitionem in aliud tempus proci. Re ita constituta, iudices nunquam iudicare possent, quin lis sit re ipsa contestata, aut pro contestata habeatur: quod accidit in contumacia, quem pro confesso habemus. 4 Ep. IV. 5 Libellus estne necessarius in omnibus causis? non est: potest enim sine scripto procedi, præsertim summariis in causis. Roland. a. loc. n. 37. 38. dixi plenius ad l. ult. in fin. infr. de privill. scholar. adde alias exceptiones ex Socino. reg. 233. Requiritur tamen in omni iudicio litem verbalis petitio. Alterutra tam est necessaria in iudiciis, in nullo modo possit remitti consensu partium. Quid si remissa sit, iudicium cessat, nec ullo petente, nullo contradicente sententia ferri potest. 6 Ant ei qui vocatus defenditur. 7 Aut ad arbitrium. Bald. 8 De quibus vid. §. de sport. & sumptib. 9 Reus cavere tenetur iudicio sisti, nec tamen ea satisfactione in iudicem consentit: est enim necessaria; ideoque consensum non inducit. Bald. hic. 10 In causis civilibus: in criminalibus aliud tempus datur, l. 2. infr. de reis. Quid? ea dilatio potestne a iudice minui? non potest, datur enim a lege: si minueretur contra ius diceretur sententia. supr. si contra jus vel util. Potest autem ea dilatio minui, quæ ab officio iudicis pendet. 11 Reo terminus ad deliberandum datur. 12 Nota formam agendi: Peto non procedi sine iudice adlocato vel adjuncto. Lex non adlocat vel adlocat, nisi petatur. Bald. 13 Qui aliquem iudicem petit, eum postea reculare non potest. 14 De lapsu termini potest consistere partis contestatione. 15 Iudex de lite non cognoscit intra tempus dilationis datum reo. 16 Consideri intelligitur etiam is qui subscripsit, ut hic. adde l. 26. §. 1. ff. de pignar. & hypothec. Possimus quoque hæc verba referre ad subscriptionem aduarii. 17 Forma requisita omnia actus sit nullus. Invalida contestatio nihil operatur: Wermser. l. præf. 13. observ. 2. 18 Per publicum officialem alteri queritur actio in eo, quod pertinet ad eius officium. §. 3. Infr. de adopt. 19 Intra duos menses litis contestanda.

20 Plus qui petebant, olim causa cadebant: Cic. l. de Oratore, & pro Roscio Comodo. Item, pro Roscio Amerino. Hic tu si amplius HS. nummo petisti, quam tibi debitum esset, causam perdidisti. Sueton. in Claudio, c. 14. His qui apud privatos iudices plus petendo formula excidissent, restituitur actio. Paul. 3. sent. ult. Quoties de modo quartæ reitendæ queritur, propter periculum plus petendi, officio iudicis omnibus æstimatoris quarta faciendâ est, quæ apud heredem remaneat. Idem 2. sent. 5. si totum petit, plus petendo causa cadet. Hoc etiam plus petitionis periculum a Majoriano in Novellis perstringitur: cuius exstant quoque exempla l. 1. ff. de interrogat. in iure faciend. l. 36. ff. de solut. §. si quis agens. 33. Infr. de act. apud Paul. l. sentent. 10. l. 1. & 2. C. Hermog. de calumn. Emissionum homilia de Paschate. 21 Paul. l. sent. 10. l. 1. & 2. Decret. 11. §. 33. Infr. de act. Goth. Vid. ad hunc tit. Cujac. lib. 12. obs. c. 21. & l. 7. c. 27. Pecc. de iure spondendi. c. 47. S. L. 22 Hæc lex a Cujacio restituta fuit, 12. obs. 21. extat vetero 7. Synops. Basil. c. περὶ ἡμετέρας ἀπαιτήσεις c. 22. 23 Latina interpretatio. 24 Omnes qui agunt, five masculi, five feminae sint, si ante definitum debiti tempus petierint, & hoc ipso damnum reo dederint, tantum temporis expectent (usuras interea

dat damnum quod propter eum passus fuerit adversarius. Vera autem quantitas actionis intelligatur, in quam iudex tulerit sententiam.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

Odiosas contrahentium calliditates amputare properantes, censemus: Ut si quis, certa quantitate sibi debita, super ampliore 29 pecunia per dolum & machinationem cautionem exegerit, & ad iudicium debitorem vocaverit: si quidem 30 ante inchoatam litem calliditatis eum poeniteat 31, & debiti veram quantitatem confessus fuerit, nullo eum dispendio prægravari: sin autem liti præbuit exordium, & in certaminibus negotii permanens arguatur de adjecta falsa quantitate; non solum ea, sed etiam toto debito 32 eum fraudari: transactionibus 33 scilicet & secundis confessionibus five iniquitate sint, five non, etiam in hoc casu suam obtinentibus firmitatem: talibus enim cautionibus hoc obijcere non oportet 34. Dat. 15. Kal. Novembr. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XI.

DE DILATIONIBUS 35.

De causa & spatio.

I. Imp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. dicunt.

Quoniam plerumque evenit, ut iudex instrumentorum 36 vel personarum gratia dilationem dare rerum necessitate cogatur; spatium instructionis exhibendæ postulatam dari convenit. Quod hac ratione arbitramur esse moderandum: ut, si ex ea 37 provincia, ubi lis agitur, vel persona, vel instrumenta postcantur, non amplius quam tres 38 menses indulgeantur: si vero ex continentibus provinciis: sex 39 menses custodiri, iustitiæ est. In transmarina 40 autem dilatione, novem 41 menses computari oportebit. † Quod ita constitutum iudicantes sentire debent, ut hac ratione non sibi concessum intelligant dandæ dilationis arbitrium 42, sed eandem dilationem, si rerum urgentissima 43 ratio flagitaverit, & necessitas desideratæ instructionis exegerit, non facile 44 amplius quam semel, nec ulla trahendi 45 arte sciant esse tribuendam. Dat. 15. Kalend. April. CC. CONSS. 494.

De rescripto, quo quis ad extraordinarium iudicem trahitur.

2. Imp. CONSTANT. A. ad Urfum Vicarium.

Si 46 quando quis rescriptum 47 ad extraordinarium 48 iudicem reportaverit: dilatio ei penitus deneganda est. Illi 49 autem, qui 50 in iudicium vocatur, danda est, ad improbanda precum mendacia, vel proferenda aliqua instrumenta, vel testes: quoniam instructus esse non potuit, qui præter spem ad alienum iudicium trahitur. Dat. 2. Non. Mart. VOLUSIANO & ANNIANO CONSS. 314.

De satisfactione ab actore præstanda. Si actor reo non occurrat.

In AUTHENT. de exhib. & introd. reis. §. 1. col. 5. tit. 8. al. 6. Novell. 53. cap. 1.

Quod fieri non debet, nisi 51 actor satisfecerit 52, certam promittens quantitatem se daturum, si litem non exequatur: aut exequens non vincat causam. Si igitur post tempus a se constitutum intra decem dies reo præsentem non occurrat: dimittatur 53 reus, exalio eo, quod promissum est, & si quid circa litem plus impendisse eum taxatione iudicis juraverit.

De cessatione officii iudicis. De feriis.

3. Idem A. Profuturo Præfecto Pannoniæ 54.

Si ve pars, five integra dilatio fuerit data: eo usque iudicis officium conquiescat 55, donec petiti temporis defluerint curricula. Feriæ

nullas accipientes) quanto ipsi præstitutum tempus anticipare conati sunt. Quod si tempus etiam hoc præterlabatur, aliter litem ne succipiant, nisi sumptus primæ additionis in litem factos, adversario restituerint. Syn. Basil. 7. tit. 6. ubi scholiastes excipit eum, qui debet inopi fisci debitori, ut a quo possit fisci etiam ante tempus debitum exigere. l. 1. J. de condit. ex lege. adde infr. de conveniendis fisci debitoribus. lib. 10. t. 2. 25 Poenam plus petentis tempore observa. §. 33. in fin. Infr. de actionibus. 26 Plus petere in iudicio non licet: minus licet. §. 34. Infr. de act. 27 Poenam plus petentis quantitate nota. §. 33. in fin. Infr. de act. 28 Restituta a Cujac. l. 2. obs. 21. 29 Latina interpretatio. 30 Quatuor concurrere necesse est, ut huius legis poena locum habeat. Primo, necesse est, ut cautio sit exacta maioris summæ. Secundo, ut per dolum. Tertio, ut reus sit vocatus in iudicium & lis contestata. Quarto, quod vincatur. Synops. Basil. 7. tit. 6. cap. 22. & lib. 9. tit. 4. ex lib. 7. tit. 6. cap. 23. 31 Nota quibus modis huius legis poena evitatur. 32 Qui per dolum plus petit, litem contestando debitum perdit; etiam de iure Canonico, ut in c. 1. ubi per Dd. extr. de plus petit. Soc. in reg. 44. Bellon. consil. 23. n. 15. Bartol. ad l. edita 3. col. ad fin. C. de edend. Jason ad §. ex maleficiis. n. 27. Infr. de action. Mod. 33 Huic potentis locus non est iure Canonico, vid. Socin. regul. 44. 34 Transactio facta bona fide (licet super cautione dolo exorta) valet. Bart.

35 Dilatio est prolatio diei, huc refer L. 2. D. 12. 2. C. Theod. 7. περί ἀνεπίδοτων. 7. Eclog. 17. cap. 7. & 7. cap. περί προδεδωμένων τῶν δόδων τῆς δικαστικῆς κατὰ τῶν δικαστῶν, de iis spatiis, quæ litigantibus a iudicibus dantur, adde 2. Decret. 8. 2. Extravagant. 2. §. 10. 11. Infr. de except. vid. Rebuffum. tom. 2. tract. de dilationibus. Andream Gail. l. observ. 91. & seq. Hartmannu. 2. obs. 12. Oldendorp. in Enchirid. except. cap. 4. n. 13. fol. 304. Rebuff. in proem. consil. gloss. 5. n. 52. refert stylo communi, & consuetudine curiarum, non observari in regno Franciæ dilationes juris: sed ex stylo, vel curiæ arbitrio dari. 36 Synops. Basil. 7. tit. 17. ex cap. 11. ad 18. 37 Dilatio ex causa datur instrumento, ut personæ exhibendæ gratia, adde l. 32. ff. ex quib. causis major. 38 Dilationes moderandæ sunt secundum locorum distantiam. 39 Dilatio testium vel instrumentorum ex eadem provincia exhibendorum causa, non plus quam ad tres usque menses proroganda, quæ tribus mensibus præstari oporteat. vid. Cujac. c. 14. de præscript. De sex mensibus vid. Cujac. cap. 19. de præscript. 40 l. 7. J. h. t. 41 De novem mensibus vide Cujac. cap. 19. de præscript. 42 Summum scilicet, ac plene voluntarium. Causa cognita, dilationem dari oportet. 43 l. 10. infr. de feriis. 44 l. ult. ff. de feriis, aliud si iusta causa sit. l. 7. ff. de feriis & dilat. l. 45. ff. de iudic. adde alias exceptiones ex Socino reg. 312. Goth. Confer. cap. quoad consil. extr. de sent. & re iudic. cap. in causis. cap. significaverint. extr. de testam. vid. Mynsing. cent. 1. obs. 71. & seq. Anf. Adde Andr. Gail. lib. 1. obs. 91. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cas. 52. S. L. 45 Dilationibus nimis causæ non trahendæ. 46 l. 2. C. Theod. h. t. Synops. d. loco. 47 Pura Principis. Impetrato rescripto, non datur dilatio ad illud exhibendum. Actor venire debet instructorum, quam reus. 48 Id est, delegatum. Extraordinarius iudex delegatus. Jurisdicatio delegata extraordinaria, can. inducitur. 3. can. 3. q. 3. 49 Dilationes plures dantur reo quam actori. vid. l. 125. ff. de reg. iur. 50 Melior est causa excipientis. l. 42. in fin. ff. de reg. iur. 51 Hæc forma consuetudine non servatur. Bald. 52 l. ult. ff. de stipul. præf. 53 Reo absoluto ab observatione iudicis, actor in expensis condemnatur. 54 Al. annona & reatus. vid. l. 2. C. Theod. de relatione. 55 Pendente dilatione nihil innovandum. adde l. unie. ff. nihil innovari appellatione interposita. vid. Socin. reg. 93.

autem five repentina<sup>1</sup>, five solennes<sup>2</sup>, sint, dilationem temporibus non excipiantur, sed his connumerentur. Dat. 7. Febr. Sirmii, LICINIO V. & CRISPO CONSS. 318.

De iudice procedente vel confidente.

4. Idem A. ad Catullianum Proconsulem Africae. Procedente<sup>3</sup> iudice dilationem non convenit postulari, etiam si utraque parte praesente tribuatur: cum non alias, nisi causa cognita, indulgeri queat: & cognitio causae non interpellatione plenaria<sup>4</sup>, sed confidente<sup>5</sup> magis iudice legitime colligatur: ut, si forte dilationis petitio fuerit improbata, suscepta quaestio per sententiam iudicis dirimatur. Dat. 5. Id. Febr. Sirmii, LICINIO V. & CRISPO CONSS. 318.

De rescripto Principis. Quando deneganda dilatio.

5. Idem A. ad Maximum Praefectum urbi. Cum a nobis fuerit ad appellationem consultationemve rescriptum: five sit primo iudicio petita dilatio, & ea tributa non sit: five ne petita quidem: eam dare cuiquam non licebit, eadem ratione, qua ne in iudiciis<sup>6</sup> quidem cognitionum nostrarum dilatio tribui solet. PP. Roma, 8. Kal. April. PROBIANO & JULIANO CONSS. 322.

De lite inter privatos & fiscum.

6. Imppp. CONSTANTINUS, CONSTANTIVS & CONSTANS AAA. ad Petronium Vicarium Africae.

Inter<sup>7</sup> privatos & fiscum si aliqua lis mota fuerit: utriusque<sup>8</sup> parti petendae dilationis per defensores suos copia deneganda non est, si hoc commoditatis ratio postulaverit. Dat. 5. Id. April. Aquileia, ACYNDINO & PROULO CONSS. 340.

De spatio.

7. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Messala PP. Nec<sup>9</sup> de statu ac patrimonio litigantibus in transmarina<sup>10</sup> etiam dilatione mensium novem<sup>11</sup> spatia egredi concedatur. Dat. 6. Kal. Decemb. EUTROPIO & THEODORO CONSS. 399.

TIT. XII. DE FERIIS<sup>12</sup>.

De Appellationibus.

1. Impp. CONSTANTIVS & MAXIMIAN. AA. SEVERUS & MAXIMIAN. Nobb. CC. Verino.

Quoniam consulis, an similis observantia a nobis adiciendarum feriarum, quae rebus<sup>13</sup> feliciter gestis proveniunt, ad appellationem quoque tempora porrigenda sit, Verine Clarissime, rescribi placuit experientiae tuae, ut<sup>14</sup> in causis provocationum iugiter<sup>15</sup>, & sine additamento huiuscemodi dierum tempora scias servari debere, & supradictorum dierum [observationi] in appellationum causis minime fieri adjectionem<sup>16</sup>.

Enumeratio feriarum solennium.

2. Imp. THEOD. A. Viceno.

UT<sup>17</sup> in die Dominico<sup>18</sup> emancipare<sup>19</sup> ac manumittere<sup>20</sup> liceat, reliquae causae, vel lites<sup>21</sup> quiescant: & a die octavo Kalendarum Julii<sup>22</sup> usque in Kalendarum Augusti messis feria concedatur: & a Kalend. Augusti usque in decimum Kalendarum Septembris agendarum causerum tribuatur licentia. A decimo autem Kalendarum Sept.

1 Huiusmodi feriae res ob bene gestas, a solo Imperatore indicuntur: ob id imperiales dicitur. v. l. 4. infr. tit. prox. extra ordinem indicitur: l. 26. §. 7. ff. ex quibus causis maiores. 2 l. 26. §. 7. ff. ex quibus causis maiores. ut dies divino cultui dedicati, ut messes & vindemiae. l. 5. infr. tit. prox. 3 §. 3. quest. 3. c. induciae. 4. vers. a iudice. Cur ita? qui procedit, vix est ut causam recte iudicare possit. hic autem requiritur causae cognitio. alii volunt a procedente iudice sententiam proferri non posse: quod sententia iudice stante lata, nulla sit, infr. h. t. ibi, sed confidente. vide Oldendorpium cap. 9. de sent. & re iudic. Non idem in manumissionibus est, quae magistratu in balneo vel theatro eunte; postulat per hunc. §. 2. Inst. de libert. manumissio in transitu fieri potest, nec requirit tribunal. l. 7. §. ff. de manumiss. vindict. 4 Planaria. Hal. Planaria cognitio, quae sit de plano, citra tribunal. 5 Pro tribunali sc. Tribunal, fidele iudicis. 6 In consilio Principis dilationes non dantur. Cur ita? quia imparati ad cognitionem Principis, necdum instructi bene non admittuntur. l. 1. infr. de relationibus. 7 l. 1. c. Theod. h. t. §. 8. Id est, & privato & fisco. 9 l. 4. c. Theod. h. t. Synops. h. t. in fin. 10 l. 1. in fin. infr. h. t. 11 l. unie. c. Theod. h. t. l. 3. c. Theod. de iure fisci. l. 41. c. Theod. de appellat. l. ult. c. Theod. de reparat. appellat.

12 L. 2. D. 12. §. 7. Eclog. 17. §. 2. c. Theod. 8. §. 2. Decret. 9. Novell. Leon. 54. vid. Constitutionem 2. Emanuelis Comneni de feriis. ubi recensentur dies feriati apud Graecos: & tom. 1. des ordonnances Royaux tit. 16. du temps des vacations. ubi de feriis agit apud Gallos receptis. Oldendorp. c. 31. de exceptionibus. ubi tractat de exceptione feriarum, & feriis Augusti constitutis a Carolo V. anno 1548. adde Wurms. l. 1. procl. 11. Feriz porro dies quieti a litibus induciae litium sunt: Quae feriis agere liceat, vide apud Macrob. 1. Saturnal. 16. & Virgil. Georg. 1. 13 Huiusmodi feriz repentina dicuntur. l. 3. infr. tit. prox. 14 Tempore feriarum appellatio potest interponi. 15 Feriato die ad aliquem actum iudicarium procedi non potest: fallit tamen in appellatione, quae die feriato potest interponi, ut hic: plures exceptiones vide apud Socinum reg. 92. 16 Actionem. Hal. 17 Contius hic negat hanc constitutionem in vetusto Codice extare, & ab Hundericho hic insertam ex brevuario Alarici: non esse Theodorici regis Francorum, ut quidam putant: reperiri apud Sozomenum l. cap. 9. extat tamen fragmentum in l. 1. in fin. c. Theod. h. t. 18 Vid. l. ult. §. 1. infr. qui & Solis, l. 3. l. 7. vers. In eadem. infr. h. t. l. 1. c. Theod. h. t. 19 l. 8. infr. h. t. 20 dist. l. 8. Goth. Hanc legem supposititiam putat esse Alciat. lib. 6. parerg. cap. 9. Anf. Pro intellectu huius legis & materiae, vid. Menoch. de arbit. iud. lib. 1. quest. 30. per tot. & maxime num. 4. S. l. 21 Sententia lata die feriato nulla est. vid. Oldendorp. cap. 13. de sentent. & re iudic. 22 Plin. 8. epist. 21. Julio mense, quo maxime lites interquiescunt. 23 l. 6. 7. vers. Sacros. l. 9. infr. h. t. 24 Vid. l. 7. vers. Dies etiam. infr. h. t. 25 Ev τῆ κυριακῆ, id est, dominico. l. 2. supr. h. t. l. ult. §. 1. infr. h. t. 26 7. Eclog. 17. cap. 2. §. 1. Harmen. 4. Leonis Novella 54. iubet etiam Agricola die dominico vacare. Illud notandum, pacta & transactiones in eo fieri permitti: at non Circense certamen aut venationem ferarum, etiam si in eum diem incidat natale Principis. 7. Eclog. 17. cap. 17. Goth. Ita quae ad militiam pertinent die Dominico possunt peragi, item ea quae ad feriarum tuitionem. l. 3. l. penult. ff. h. t. & generaliter omnia ea quae, si praetermissa, nocerent. Luc. 14. vers. 5. Act. 20. vers. 9. adde M. del Rio disquis. mag. l. 5. sect. 9. vers. Octavo loco. Anf. 27 Hoc est, dies dominicus plerumque reperitur aptior πρὸς ἀποστολῶν, ἢ πρὸς τὴν τῶν ἀμπελῶν γεωργίαν, ad arandum, vel ad culturam vitium, Synops. Basil. 7. tit. 17. cap. 9. 1. Harmenopol. 4. §. 6. 28 Momenti occasione perit commoditas fructuum: unde in ipsis colligendis fructibus vel momenti habetur ratio. 29 Repentinas scil. Possunt tamen iudices statas & solennes indicare, l. 4. D. h. t. l. 7. D. de off. praesens. In regno Franciae soli Regi competit ius feriarum, ac nundinarum subditis indulgere: quod ut fiat, vid. Paponem 3. Notar. 8. cap. des lettres de foires & marches. 30 Id est, repentinus. l. 1. supr. h. t. dixi etiam ad l. 3. supr. tit. prox. Imperiales appellantur, mutato nomine imperativum, Macrob. 1. Saturnal. 16. quae a Consulibus aut Praetoribus imperabantur. l. 26. §. 7. ff. ex quibus causis maior. 31 Quod impera-

usque in Idus Octobris vindemialis feria concedatur. Sanctum quoque diem Pascha<sup>23</sup>, & diem Natalis<sup>24</sup> Domini, & Epiphaniae, septem qui praecedunt, & septem qui sequuntur, sine strepitu volumus observari. Et quod contra hoc factum fuerit, omnibus modis irritatur.

De die Dominico.

3. Imp. CONSTANT. A. Elpidio.

Omnes iudices, urbanaeque plebes, & cunctarum artium officia venerabili die Solis<sup>25</sup> quiescant. Ruri tamen positi agrorum culturae libere licenterque inserviant<sup>26</sup>: quoniam frequenter evenit, ut<sup>27</sup> non aptius alio die frumenta sulcis, aut vineae scrobibus mandentur, ne occasione momenti<sup>28</sup> pereat commoditas caelesti provisione concessa. Dat. Nonis Mart. CRISPO II. & CONSTANTINO II. CONSS. 321.

Qui possit ferias indicare.

4. Idem A. Severo.

Nulla iudice praesumi [debet], ut auctoritate sua ferias alias<sup>29</sup> condat. Nec enim Imperiales<sup>30</sup> ferias vocari oportet, quas<sup>31</sup> administrator edixerit: ac per hoc, si nomine eximuntur, etiam fructu carebunt. Dat. Id. April. Sirmii \*

De causis publicis ac Fiscalibus. 1. De causis Pistoriis.

5. Imppp. VALENT. VALENS & GRAT. AAA. ad Olybrium.

Publicas<sup>32</sup> ac fiscales causas tua sinceritas etiam feriatis geminis<sup>33</sup> mensibus, hoc est, sine aliqua intermissione, distinguat. §. 1. Pistoriis<sup>34</sup> quoque causis iisdem diebus ratum in futurum examen adhibebit. Dat. 4. Nonas Maji, Tiberiade, VALENTIANO N. P. CONSS. 368.

De tempore Quadragesimae.

6. Idem AAA. Luciano Vicario Macedoniae.

Quadragesima<sup>35</sup> diebus, qui auspicio ceremoniarum Paschale tempus anticipat, omnis cognitio inhibeatur<sup>36</sup> criminalium quaestionum. Dat. Kal. Aprilis, Theofabonica \*

Enumeratio feriarum solennium.

7. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Albino Praefect. [urb.]

Omnes<sup>37</sup> dies jubemus esse juridicos<sup>38</sup>. Illos tantum manere feriarum dies fas erit, quos geminis<sup>39</sup> mensibus ad requiem<sup>40</sup> laboris indulgentior annus excipit: aetivos<sup>41</sup> fervoribus mitigandis & autumnos<sup>42</sup> fructibus decerpendis, Kalendarum quoque Januariarum consuetos dies otio<sup>43</sup> mancipamus. His adicimus Natalitios<sup>44</sup> dies urbium maximarum Romae<sup>45</sup>, atque Constantinopolis: in quibus debent jura differri<sup>46</sup>, quia & ab ipsis nata sunt. Sacros<sup>47</sup> quoque Paschae<sup>48</sup> dies, qui septeno<sup>49</sup> numero vel praecedunt, vel sequuntur. Dies etiam Natalis, atque Epiphaniarum<sup>50</sup> Christi, &<sup>51</sup> quo tempore commemoratio Apostolicae passionis totius Christianitatis magistrat<sup>52</sup> a cunctis iure celebratur: in quibus etiam praedictis sanctissimis diebus neque spectaculorum<sup>53</sup> copiam referamus. † In eadem observatione numeramus & dies Solis<sup>54</sup> (quos Dominicos rite dixere majores) qui repetito in sese calculo revolvuntur: in quibus parem necesse est habere reverentiam: ut nec apud ipsos arbitros<sup>55</sup>, vel a iudicibus flagitatos, vel sponte electos, ulla sit cognitio iurgiorum. Nostris etiam diebus, qui vel lucis<sup>56</sup> auspicia, vel ortus<sup>57</sup> imperii protulerunt. In quindecim<sup>58</sup> autem Paschali-

toris administrator, id est, magistratus constituit, imperiale non est: nisi iussus aut consensus Principis addat. 32 Publicae & fiscales causae non admittuntur ferias. 33 Vid. l. 7. infr. h. t. 34 Vide Cujac. in hunc locum, cap. 13. de prescript. ubi tractat de mancipibus seu curatoribus pistrinorum, qui Nov. 80. dicuntur πρεσβυτερος τῶν ἀποστολῶν ἐργαστηρίων. 35 7. Synops. Basilic. 17. cap. 12. 1. Harmen. 4. De quadragesima diebus, vid. Cujac. c. 11. de prescript. ceterum ferias, ceremonias hic esse jejunium. 36 Usus hanc legem antiquavit. 37 Eclog. ibid. c. 13. l. 2. c. Theod. h. t. vide ad hanc legem Brissonium in repetitione legis dominic. c. 13. l. 2. c. spellaacul. sub finem. Qui ferias allegat, eas tenetur probare. Juridico est rerum permissiarum; quovis tempore licita, nisi prohibetur excepta. 38 Dies juridicos, ἐμπρακτος, 7. Eclog. 17. c. 13. 39 l. 5. supr. h. t. 40 Theod. ad Senat. Novell. de decurionibus, Otio vos frui quodam tempore patitur, ne labore videamini defatigari continuo. 41 Aetivos fervoribus, l. 2. c. Theod. h. t. hic sunt mensium & vindemiarum. 42 Autumnos festibus decerpendis, l. 1. c. Theod. h. t. sic Aleciades, ex autumnali redolet vindemia facta. Haec sunt vindemiarum feriz. Minut. Felix in Ollavio, Sane & ad vindemiam feriz iudicariae curam relaxaverunt. 43 Dies otio mancipati, ἀπρακτος, ἀ γυας κρείται, ἠολιάζουσι τὸ ἀκαρπύριον. Novell. 9. 44 Γενέθλιας, Synops. ibid. Natalitia urbium suarum celebrabant veteres, Cic. 4. ad Att. 1. ut & coloniarum deducarum, ibid. & aedium dedicatarum, ibid. Porro festus dies natalis Romae Palilia vel Parilia. v. Plutarch. in Romulo. Ciceron. 2. de divinatione. Festum in Parilibus, & in Popularia sacra. Ceterum Natalium (ut opinor privatorum) sacra, pulve stilla confici solita refert Plin. 8. c. 18. die natali merum Genio fundebant, non autem ulla hostia faciebant: hoc ideo, quod (ut Varro in libro cui titulus est Atticus), cum minus annale Genio suo solvebant, & manum eade ac sanguine abstergebant, ne die qua ipsi lucem accepissent, aliis demerent. Inde Deli ad Apollinis genitoris aram, ut Timaeus auctor est; nemo hostiam exdebat. Centorius cap. 3. de die natali. ubi refert moris fuisse, quemque suos tantummodo proprios coluisse natales. adde Martianum Capellam 2. Philologias, ubi de genio speciali & populari. 45 Parilia. 46 Deferre, l. 2. c. Theod. h. t. & maie. Grec. ἀργείν, ut sit sensus, Aequum esse diebus natalitibus utriusque Romae jura differri ac quiescere, quoniam ab hisce duabus urbibus jura sunt inventa; Eclog. dist. cap. 4. 47 Notitia sacrarum feriarum vide in Novell. 1. Manuelli Comneni; & cap. 183. legum Francicarum. 48 Vid. l. 2. supr. h. t. 49 De septem diebus vid. Cujac. cap. 6. de prescript. De numero septenario, vide Forcatulum in Sphera legum, fol. 120. 50 l. 2. supr. h. t. ἐπιφανίαν, Eclog. d. loco qui & τῶν ἑορτῶν dicuntur. vid. Cujac. cap. 3. de prescript. Ammianus de Juliano apostata illicente populi favore specie Christianae professionis loquens, lib. 21. Ut interim (inquit) haec celarentur, feriarum die, quem celebrantes mense Januario Christiani Epiphaniam dicitant, progressus in eorum Ecclesiam solenniter numine orato discessit. 51 Festos dies Apollitorum memorie dicatos (ut opinor) intelligit: apollitorum παύματα & mottem praecipue commemorabant Christiani. 52 Apollitorum passio, Christianitatis totius magistra: Apostoli hinc magistri nationum a Tertulliano lib. de resurrect. & martyrii. Idem in Scorpiaco. Sanguis etiam martyrum dicitur ferere & rigare ecclesiam. 53 7. Eclog. 17. cap. 13. cap. 17. vid. l. ult. §. 1. infr. h. t. 54 l. 3. supr. h. t. Dies solis, dies Dominicus, ut hic: §. 1. 3. c. Theod. de executoribus. & exalt. lib. 8. tit. 8. l. 13. c. Theod. de exaltationibus. 11. tit. 17. Graeci κυριακῆν ἡμέραν vocant. 7. Eclog. 17. cap. 13. cuius sit mentio Apoc. 1. vers. 10. Eundem diem μίαν ἐπέεον, id est, primam, Paulus Apollolus vocat 1. Corinth. 16. vers. 2. 55 Vid. l. ult. §. 1. infr. h. t. 56 l. 2. in fin. c. Theod. quia γενέθλιας τῆ βασιλείας. 7. Eclog. 17. c. 13. in fin. & c. 17. in fin. 57 d. l. 2. d. c. 13. & 17. Dies ortus imperii, quo quis imperator fuit renunciatus. vid. quae not. ad l. 233. §. 1. ff. de verb. significat. 48 l. 8. infr. h. t.

bus diebus compulsio annuarum functionis, & omnium publicorum privatorumque debitorum differatur exactio. Dat. 11. Idib. Aug. Roma, TIMASIO & PROMOTO CONSS. 389.

De quindecim diebus Paschalibus.

8. Idem AAA. Tatiano P. P.

Actus omnes, seu publici sunt, seu privati, diebus quindecim Paschalibus conquiescant. In his tamen & emancipandi, & manumittendi cuncti licentiam habeant: & super his acta non prohibeantur. Dat. Kalend. Jan. ARCADIO A. II. & RUFINO CONSS. 392.

9. \* Græca constitutio.

Ejus epitomen restituit Ant. Augustinus. Quia tamen is putat eam potius esse epitomen l. 3. Latina supra de episcopali audientia, & nos idem arbitramur, ideo eam prætermisimus.

De Latronibus & Isauris.

10. Imp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P.

Provinciarum prædites moneantur, ut in quaestionibus latronum, & maxime Isaurorum, nullum quadragesimæ [tempus] nec venerabilem Paschæ diem exiliment excipiendum: ne differatur sceleratorum proditio consiliorum, quæ per latronum tormenta quaerenda est: cum facillime, & in hoc summi numinis speretur venia, per quod multorum salus & incolumitas procuratur. Dat. 5. Kalend. Mart. BASSO & PHILIPPO CONSS. 408.

De diebus festis. 1. De die Dominico.

11. Imp. LEO & ANTHEMIUS AA. Armasio P. P.

Dies festos majestati altissimæ dedicatos, nullis volumus voluptatibus occupari, nec ullis exactioibus vexationibus profanari. §. 1. Dominicum itaque diem ita semper honorabilem decernimus, & venerandum, ut a cunctis executionibus excusetur: nulla quæquam urgeat admonitio: nulla fidejussionis flagitetur exactio, taceat apparitio: advocatio deliteat: sit ille dies a cognitionibus alienus: præconis horrida vox sileat: respirent a controversiis litigantes, & habeant fœderis intervallum: ad sese simul veniant adversarii non timentes, subeat animos vicaria pœnitudo: pacta conferant, transactiones loquantur. Nec hujus tamen religiosi diei otia relaxantes, obscœnis quemquam patimur voluptatibus detineri. Nihil eodem die sibi vindicet scena theatralis, aut Circense certamen, aut ferarum lachrymosa spectacula, & si in nostrum ortum, aut natalem celebranda solennitas incidit, differatur. Amissionem militiæ, proscriptionemque patrimonii sustinebit, si quis unquam hoc die festo spectaculis interesse, vel cujuscunque judicis apparitor prætextu negotii publici, seu privati, hæc, quæ hac lege statuta sunt, crediderit temeranda. Dat. Id. Decemb. Constantinop. ZENONE & MARTIANO CONSS. 469.

TIT. XIII.

DE JURISDICTIONE OMNIUM JUDICUM, ET DE FORO COMPETENTI.

De consensu litigatorum.

1. Imp. ANTONINUS A. Severo, & aliis.

Non quidem fuit competens judex Procurator noster in lite privatorum: sed, cum ipsi eum judicem elegerint, & is consentientibus adversariis sententiam tulerit, intelligit, vos

acquiescere debere rei ex consensu vestro judicata: cum & Procurator judicandi potestatem inter certas habeat personas: & vos incongruum eum esse vobis judicem scientes, tamen audientiam ejus elegeritis. Quod & in aliis similibus judicibus, tam in actionem proponentis, quam in exceptionem opponentis persona locum habebit. Dat. 2. Id. Januar. MESSALA & SABINO CONSS. 215.

Ut actor forum rei sequatur.

2. Imp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Alexandro.

Juris ordinem converti postulas, ut non actor rei forum, sed reus actoris sequatur: nam ubi domicilium reus habet, vel tempore contractus habuit, licet hoc postea transfulerit, ibi tantum eum conveniri oportet. Dat. 6. Id. Octob. \*

De consensu privatorum.

3. Idem AA. Judææ.

Privatorum consensus judicem non facit eum, qui nulli præest judicio: nec, quod is statuit, rei judicata continet auctoritatem. Dat. 6. Kal. Januar. AA. CONSS. 293.

Ne post litem contestatam ordinaria sedis declinetur examen.

4. Imp. CONSTANTINUS A. ad universos provinciales.

Nemo post litem contestatam Ordinariæ sedis declinet examen: nec [prius] Præfecti prætorio, aut Comitibus Orientis, vel alterius Spectabilis judicis imploret auxilium: sed appellatione legibus facta ad sacrum auditorium veniat. Dat. Kal. Octob. BASSO & ABLABIO CONSS. 331.

De negotio criminali. 1. Si quis in vetito vocet examina.

5. Imp. ARCADIVS & HONORIUS AA. Vincentio Præfecto prætorio Galliarum.

In criminali negotio rei forum accusator sequatur. §. 1. Is vero, cui suam causam, sive criminalem, sive civilem, sine cœlesti oraculo, in vetito vocavit examine, aut executionem poposcit militarem: actor quidem propositi negotii actione multetur: reus vero pro condemnato habeatur: & Tribuni sive Vicarii capitale sibi animadversionem subeundam esse cognoscant, si vel suam vel militum executionem interdiciam præbuerint. Dat. 5. Kal. Jan. Mediolani, CÆSARIO & ATTICO CONSS. 397.

De magistris militum.

6. Imp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P.

Magisteriæ potestati, inter militares viros, vel privatum actorem, & reum militarem, etiam civilium quaestionum audiendi concedimus facultatem: præsertim cum id ipsum [de] more litigantium esse videatur, consuetque militarem reum, nisi a suo Judice, nec exhiberi posse, nec, si in culpa fuerit, coerceri. Dat. 5. Kalend. Maji, LUCIO V. C. COS. 412.

De his, qui professiones aliquas seu negotiationes exercent.

7. Imp. ANASTASIUS A. Constantino P. P.

Periniquum & temerarium esse percipimus, eos qui professiones aliquas seu negotiationes exercere noscuntur, Judicum, ad quos earum professionum seu negotiationum cura pertinet, jurisdictionem & præceptionem declinare conari. Quapropter jubemus, hujusmodi hominibus nec cujuslibet militiæ, seu cinguli, vel dignitatis prærogativam in hac parte suppetere: sed eos, qui statutis in quacunque

I Adde casus l. 5. §. 1. supr. h. t. 2 Syn. Basil. 7. tit. 17. c. 14. 3 l. 7. in fin. supr. eod. 4 l. 8. C. Theod. h. t. 5 l. 2. supr. eod. 6 d. l. 2. possunt etiam mores dari. l. 3. §. 3. ff. de tutel. Paul. 2. sent. 25. §. 3. l. 1. C. Theod. hoc tit. 7. Eclog. 17. cap. 14. & ita actus voluntarie jurisdictionis possunt explicari quolibet die, etiam feriato. 7 l. ult. C. Theod. de quaestionib. lib. 9. tit. 35. 8 l. 3. supr. de episc. aud. l. 11. infr. de accus. vid. Duar. disp. 12. 9 l. 7. 9. C. Theod. l. 35. l. 10. infr. ad l. Jul. de vi publ. 7. Eclog. 17. cap. 15. 1. Harm. 4. §. 9. ubi in margine dicitur Quæstio & xpoxygio: apud Nicet. xpoxygio: sunt piratae quos vocat Zodaras ἔργος xpoxygio. De Isauris plenius vide apud Dion. 35. Ammian. 14. Vopisc. in Probo: Strabon. 12. Marcell. lib. 14. Alciat. 3. disp. 20. Duaren. 3. disp. 12. vide etiam Forcatuli Neeyomant. dialog. 92. num. 12. Porro Isaurus, latrones a gente appellari verisimile est: ut dissoluti, Ambrosius: Cimbri, latrones: Offici opifici seu Obsecrati, Felt. 10 Quid? licetne debitorum fugientem die dominico, manu injecta sistere? vid. l. 54. infr. de decurionib. 11 Socius criminis adversus socium ejusdem criminis auditur hoc casu, l. 6. infr. de custodia reorum. 12 l. pen. ff. h. t. 13 De venia speranda, ubi multorum salus & incolumitas procuratur. 14 Eἰς τὴν τῶν θεῶν τιμὴν, 7. Eclog. 17. cap. 17. 15 Extant in hanc legem hominis cujusdam doctissimi commentarii titulo divinarum & humanarum observationum, cusi Parisiis ante non ita multos annos: in quibus est prolixè singula eius capita examinantur, vide tamen ad usum forensium etiam Menochium de arbit. judic. lib. 1. quæst. 28. Jafon. ad l. 1. vinn. num. 3. ff. de R. C. §. si cert. petat. Guidonem Papæ decif. 215. rursus Jafon. ad l. 1. n. 71. de offic. ejus, cui mandat. Balb. de off. 2. Socin. Reg. 78. Ruinam ad l. 1. num. 169. ff. de novi oper. nunciat. facitque huc aliquatenus etiam l. ait prator. §. fin. ff. de his, que in fraud. cred. Mod. 16 l. 1. l. 3. C. Theod. de executorib. & exact. lib. 8. tit. 8. l. 10. C. Theod. de executionib. 11. tit. 7. 17 Nota quæ diebus dominicis fieri verita. 18 Die dominica nulla executio, admonitio, fidejussionis exactio, apparitio, advocatio, cognitio, subhastatio, controversiæ disceptatio fieri debet, ut hic. Igitur die dominico nulla fiet executio. vide Guidonem Papæ decif. 210. De debitorum fugiente, & an die dominico possit capi: vid. Socin. reg. 78. An & propria autoritate sine apparitore possit capi, collige ex l. 54. infr. de decurionib. l. 10. §. 16. ff. de his, que in fraud. cred. Huc referenda lex vetus Francica & cap. 133. legum Francicarum. ut mercatus die dominica in nullo loco habeatur. Goth. Confer Socin. fallent. Reg. 3. incip. debet fugitivus. Menoch. de arbit. lib. 1. quæst. 28. Andr. Gail. lib. 1. observat. 53. Peck. de jure spondendi cap. 10. S. L. 19 Subhastationes opinor veterari, quæ fiebant præconis voce: quæ quia nexis & debitoribus molesta, horrida vox præconis hic dicitur: vel quia præcones ut sepius eliguntur homines stentorea & horrida voce præditi: vocalissimi denique. 20 Vicariam pœnitudinem videtur vocare, quod per vices redire debeat. Per vices, hoc est, per dies dominicos: vel, vicaria est pœnitudo, quam ab alio vicissim expectas. 21 l. ult. C. Theod. de spectaculis, lib. 15. tit. 5. 22 Ιππικόν, Eclog. ibid. eorum certamina. 23 Κυνηγόν, Eclog. ibid. venatio ferarum. 24 l. 7. in fin. supr. h. t. Dignum atrahit ad se minus dignum. 25 Die dominico spectaculis interesse vetitum. De detestatione munerum & ludi gladiatorii, vid. Tertullianum libris de spectaculis, Cyprianum Episc. 1. I. Lippium cap. 12. Saturni. 26 Citatio facta die feriato non valet, sed nec ad diem feriatum, sed & si fiat, ut quis se sistat ad diem non feriatum, non valet. vid. Wurmser. 1. obs. 8. obs. 4.

vers. ff. 30 Incompetens judex (habens tamen jurisdictionem) partium consensu sic competens. l. 14. ff. h. t. l. 3. in fin. l. 4. ff. de recept. qui arbit. l. 1. ff. de iudicis. l. 13. §. 4. ff. ad SC. Treb. l. 28. ff. ad municipalem. 31 Vid. l. 29. supr. de pact. 32 Ino potest ponitior is, qui consentit, aut se subiecit incompetenti judici. l. ff. convenire. 19. ff. de jurisd. Dic, ponitior posse, qui non plene se subiecit: non plene, si nondum eum adit ad litem apud eum contestatus est. d. l. 18. aut in continentem contractus alicujus se interposita etiam scriptura, subiecit. d. l. 29. 33 Privatorum consensus judicem quavis incompetentem & incongruum competentem facit, si modo eum adierit. Hujusmodi aditione, vel factio desinit esse nuda audeudi iudicis conventio. 34 Actor rei forum sequitur. l. 5. infr. h. t. 1. Harm. 2. §. 1. §. 2. §. 3. ubi vid. l. 4. C. Theod. de jurisd. lib. 2. l. 3. infr. ubi in rem act. l. un. infr. ubi de heredit. l. 2. infr. ubi de crimin. l. 3. infr. ubi causa status. Synops. Basil. 7. tit. 5. cap. 82. §. 3. cap. 38. §. 2. tit. 3. ex tit. 1. c. 87. 1. Harm. 2. Fallit regula in evocationibus. vide l. 5. §. 1. infr. h. t. vide alias exceptiones apud Socinum reg. 10. Illud notandum, in regno Franciæ tria esse sigilla, quæ obligationi ac instrumento juncta, reum pertrahunt ad forum actoris. Sunt autem hæc, Parisiense, Montispellulanum parvum & Nundinarum Brix & Campaniæ: vid. Rebuffum tom. 1. tract. de literis obligatoris gl. 6. Ad hæc, Privilegia scholasticæ Parisiensibus data sunt ea, tantaque ut ad suum & Parisiense forum reos suos pertrahant. vid. Tom. 4. des ordonnances. tit. 11. Papon. tit. notat. c. Des juges conservateurs: adde Soc. reg. 339. 35 Quædammodum quis forum sortitur pluribus modis, & pluribus de causis, vide Hippolytum de Marill. sing. 404. §. 1. sing. 408. itemque Tiraquelium post leges Connubial. gloss. 5. n. 8. Socinum Reg. 15. Abbat. ad c. si quis cler. 1. notab. extr. de foro compet. Mod. 36 Forum in loco contractus regulariter quis sortitur, vid. Socinum reg. 160. 37 Fallit hæc regula, quoties fori privilegio reus renunciat. l. 51. supr. de Episc. & Clericis. l. 29. supr. de pact. 38 Sic Augustinus in quaestionib. veteris testamenti. Præfectus (inquit) potest agere vicem præfecti, & prator prætoris, non tamen Princeps potest agere vicem alicujus. Quæ sententia Augustini adeo vera est, ut neque sua autoritate, neque consensu privatorum id possit. Potest enim aliquid ex mandato Pratoris vel alterius potestatis, vice ejus fungi privatus, l. ult. ff. de officio ejus, cui mandata. 39 Privatus consensu partium non fit judex. l. 1. ff. de iudicis. 40 Nulla est sententia, quam privatus protulit. vid. Oldend. c. de sentent. & re judic. 41 Nec post litem contestationem licitum est judicem aliquem alicui reculare, nec ante sententiam appellare. Synops. Basil. 7. tit. 8. ex lib. 9. tit. 1. cap. 78. 42 Ordinaria jurisdiction non potest declinari post litem contestatam, l. 16. supr. de iudicis, l. 13. infr. de exceptionib. l. 12. ff. de iudicis, Nov. 93. c. 3. 43 Ordinariam autem sedem quidam hic interpretantur præfidentem, id est, fori ordinarii, non iudicis. vid. Cujac. ad Nov. 93. 44 Idem in civili, l. 2. supr. h. t. 45 Vide l. 29. supr. de episc. aud. 46 Ad declarationem hujus legis, vide Ludov. Borg. ad l. si se subiecit. num. 118. ff. de iudic. Socin. Regal. 360. Rom. decif. 229. Cott. in verb. verbum futuri temporis. Cremenf. sing. 70. Matthes. not. 111. §. 114. Mod. 47 l. 9. C. Theod. h. t. 48 Evocari recripto Principis causa ad incompetentem judicem potest. l. 2. supr. de dilacionib. Nov. 93. cap. 1. 49 Evocantis seu trahentis alicui ad forum incompetentem ponam observari. l. 15. §. 2. supr. de iudicis & fallit ignor. 50 Milites non debent fungi officio executoris, adde l. 6. supr. de offic. rectoris provinc. 51 Verbum futuri temporis non intelligitur ipso jure: nisi addantur hæc cæssentur & irritentur. Bald. Romanus sing. 1. Idem de verbo privetur, & caret, si a testatore proferatur. Bald. ad l. 1. infr. de his, que pana. c. ad omnes. extr. de recript. v. plura apud Socin. reg. 360. Matheslan. sing. 112. Cremenfem sing. 7. Tribuni. 52 Ad hunc Vicarium refer l. ult. infr. de erog. milit. annonæ, l. 1. infr. de comenatu. ubi vid. Cujac. adde Veget. 4. 53 Vid. supr. de off. magistr. milit. tit. 29. lib. 1. adde l. 17. supr. de iudicis, l. 1. infr. de exhib. l. 9. ff. de custodia, l. 4. §. 5. ff. de re milit. 54 Collegia possunt habere proprios judices, ut hic, & l. 1. infr. de monopolis: quos & habuerint, eorum jurisdictione declinari a collegiatis non poterit.



militia connumerati sunt, vel fuerint, [vel] qui dignitatem aliquam præterdunt, sine aliqua fori præscriptione his Judicibus tam in publicis, quam in privatis causis obedire compelli, ad quorum sollicitudinem professionis seu negotiationis, quam præter militiam (ut dictum est) exercent, gubernatio videtur respicere: ita tamen, ut ipsis nihilominus judicibus, sub quorum jurisdictione militia, sive dignitas eorum constituta est, proculdubio respondeant, his videlicet, qui contra hujus tenorem legis venire tentaverint, militiæ cingulo seu dignitatis honore pro tali conamine spoliandis.

TIT. XIV.

QUANDO IMPERATOR INTER PUPILLOS VEL VIDUAS, VEL (ALIAS) MISERABILES PERSONAS COGNOSCAT: ET NE EXHIBEANTUR.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Andronicum.

SI contra pupillos, vel viduas, vel [diuturno] morbo fatigatos & debiles impetratum fuerit lenitatis nostræ judicium, memorati a nullo nostrorum judicum compellantur comitatui nostro sui copiam facere: quinimo intra provinciam, in qua litigator, & testes vel instrumenta sunt, experiantur jurgandi fortunam: atque omnis cautela fervetur, ne terminos provinciarum suarum cogantur excedere.

† Quod si pupilli, vel viduæ, alique fortunæ injuria miserabiles, judicium nostræ serenitatis oraverint, præsertim cum alicujus potentiam perhorrescunt: cogantur eorum adversarii examini nostro sui copiam facere. Dat. [15.] Kal. Jul. Constantinop. OPTATO & PAULINO CONSS. 334.

TIT. XV.

UBI DE CRIMINIBUS AGI OPORTEAT.

1. Imp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Laurinæ.

Quæstiones eorum criminum, quæ legibus, aut extra ordinem coercentur, ubi commissæ, vel inchoatæ sunt, vel ubi reperiuntur, qui rei esse perhibentur criminis, perfici debere satis notum est. PP. 4. Non. Octobr. DEXTRO & PRISCO CONSS. 197.

De plagio cognoscitur apud quemlibet judicem competentem. Bald.

2. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Niceæ.

Sciens liberum venundando, plagii crimen committit. Ab eo itaque qui super hoc queri potest, aditus competens judex, si is, quem puerum ingenuum vendidisse proponis, ibi degit, ibi causam cognoscet. Dat. 2. Non. Febr. Sirmii, CC. CONSS. 294.

In AUTHENT. ut omnes obed. judici provinc. §. hæc confidentes, col. 5. tit. 24. al. 20. Nov. 69. cap. 1.

Quam provincia quis deliquit, aut in qua pecuniarum, aut criminum reus sit: sive de terra, sive de terminis, sive de possessione, sive de proprietate, sive de hypotheca, aut de alia qualibet occasione, vel de qualibet re fuerit reus, illic etiam juri subjaceat: quod jus perpetuum est. Si ergo ambo actor, & reus sint in provincia: illic, omni privilegio cessante, res expedietur. † Et autem absente, ex cuius domo iniquum quid patior, ipsum qui id admisit, vel ejus curatorum conventionem, cui datus induciis licet denunciare domino causa: qui si neque per se veniat, neque mittat, is qui primo conventus est, præsertim condemnatur, in quo sit obnoxius: insuper & is, qui mittere noluit, si tamen omnino appareat obnoxius: nam & de rebus ejus satisfiet, si is, qui præsens est, non sit solvendo. Sed si nec ipse, qui dominum præsentare debuit compareat: præconia voce vocatus: condemnatur, quia contumacia ejus pro presentia est. Quod si desit actor cum reus venerit, sive miserit: absolvendus est: ut & damna ei resarciantur. † Excipitur hic, si forma præconatica occasione publica causa procedens præcepterit, Quenquam principali comitatu exhiberi, aut ex lege hoc faciat, quale est super appellationibus. † Induciarum vero tempus nova constitutione varium præfinitum est ex diversitate locorum: quatuor scilicet mensium, si vicina est provincia, in qua hoc agitur, una aut duabus mansionibus in medio provinciarum constitutis: si vero majus sit spatium, sex. Si vero ex Palestina, aut Ægypto, aut gentium longinquarum, octomem-

1 Sensus est, apud quem judicem pupilli, viduæ, & hujusmodi personæ conveniendæ. 2 Puta, debiles, valetudinarios, l. 1. infr. h. t. 3 Id est, ne invito trahantur ad Principis auditorium extra suam provinciam. Goth. Ad hanc materiam vid. Leonin. consil. 33. Tessaur. decif. 177. Menoch. de arbitr. jud. cas. 66. num. 27. Sande decif. Frig. lib. 1. c. 2. Anf. 4 l. 2. c. Theod. de officis judicum omnium lib. 2. 5 Casus prior legis: Pupilli, viduæ, miserabiles personæ, rescripto Principis evocari non possunt. in fin. infr. h. t. Est enim absurdum hujusmodi personas excludere a iudicis officio, adde l. 2. supr. de offic. divers. jud. lib. 2. c. Theod. de offic. jud. omn. 6 Diuturnus morbus, fonticus. 7 Vide Afflic. decif. 257. Felin. ad c. significatibus. extr. de offic. jud. delegat. Didac. Covarruviam lib. pract. quæst. c. 7. Roland. à Valle in tract. de lucro dot. quæst. 12. num. 8. Jac. Menoch. de arbitr. jud. lib. 2. cent. 1. cas. 66. n. 4. Mod. 8 Casus posterior legis: Personis quarum hic fit mentio licet adversarios suos, impetrato rescripto, evocare in aulam, sive comitatum Principis. Cujus rei exemptum est in Epist. Theodorici regis apud Cass. 4. variar. 9 Innocentia professio est nostram elegisse præsentiam: ubi nec violentia locus datur, nec avaritiæ viâ formidantur: ubi & innocentia profugium, & calumniosiores jus possunt invenire districtum. 9 Adde l. 11. l. 12. c. Theod. de jurisd. 10 Clarus hunc titulum multis explicat 5. sent. §. ult. quæst. 35. 36. ubi inter cætera querit, quis judex sit futurus Papæ, Principis, Cardinalis, Episcopi, Clerici delinquentis: adde eundem quæst. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. & 45. ubi querit, an pœna loci, originis, domicilii vel delicti, reo sit imponenda. An etiam litis contestatæ, vid. Gandium de maleficiis, rubr. ubi puniatur delinquens. 11 Crimina legibus, aut extra ordinem coercentur. l. 13. ff. de pœnis. 12 Ultra provinciæ terminos accusandi licentia non progreditur: ut illic criminum judicia agitantur, ubi facinus dicitur admittum peregrinis iudicibus prohibitis: l. 10. l. 6. c. Theod. de accusat. lib. 9. 13 Omnia. Hal. 14 Remissio in causis regulariter locum non habet ut hic. vid. tamen Socin. reg. 336. 15 l. 1. ubi senatores vel clariss. l. 11. infr. ad leg. Jul. de adulteriis. l. 7. in fin. ff. de accus. & inscript. l. 7. ff. de custodia & exhibit. 16 Hinc notant interpretes in criminibus regulariter non habere locum remissionem. Bartol. hic. Salycet. consil. 167. 3. vol. vide tamen sex exceptiones apud Socin. in Reg. 415. & tres alias in Reg. 417. ubi regulariter in contractibus non habet locum remissio, sicut in delictis, quibus adde Grammaticum decif. 26. Mod. 17 l. 15. infr. ad leg. Fab. de plagariis. 18 l. 5. supr. de jurisdict. omn. jud. Remissio etiam locum habet in delictis, vid. Socin. reg. 337. 19 Reus delicti tres in se iudices foritur: delicti, l. 1. supr. h. t. l. 3. ff. de off. præsid. domicilii, & litis contestatæ: d. l. 1. 20 Dilatio datur ad denunciandum absentem. 21 Bona præsentis prius excuti debent, quam absentis.

22 l. ult. in fin. infr. ubi in rem act. Goth. vid. Vult. de jurisd. hic. Zanger. de except. part. 1. cap. 2. num. 349. Anf. 23 l. 38. ff. de jud. l. 47. l. 108. in princ. ff. de legat. 1. vel pars ejus major, l. 40. l. 52. §. 3. ff. de jud. vel ubi fideicommissarius domicilium habet, vid. Cujac. hic. nisi testator

ses sufficiant: Si vero ex Hesperiiis gentibus, aut Septentrionalibus, aut Lybia, sufficiens visum est tempus novem mensium.

TIT. XVI.

UBI DE POSSESSIONE AGI OPORTEAT.

1. Imp. VALENT. & VALENS AA. ad Festum Proconsulem Africae.

Ubi aut vis facta dicitur, aut momentaria possessio postulanda est, ibi loci judicem adversus eum, qui possessionem turbavit, convenit judicare. Dat. 8. Kal. Jun. GRATIANO & DAGALAIPO, CONSS. 366.

TIT. XVII.

UBI FIDEICOMMISSUM PETI OPORTEAT.

1. Imp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Demetrio.

Fideicommissum ibi petendum esse, ubi hereditas relicta est, dubitari non oportet. PP. 8. Kal. Septemb. CHILONE & LIBONE CONSS. 205.

TIT. XVIII.

UBI CONVENIATUR, QUI CERTO LOCO DARE PROMISIT.

1. Imp. ALEXAND. A. Heraclidæ.

Qui certo loco sese soluturum pecuniam obligat, si solutioni satis non fecerit: arbitraria actione, & in alio loco potest conveniri: in qua venit æstimatio, quod alterutrius interfuit suo locoprius, quam in eo, in quo petitur solvi. Dat. 6. Id. Mart. FUSCO & DEXTRO CONSS. [226.]

TIT. XIX.

UBI IN REM ACTIO EXERCERI DEBEAT.

De eo, qui rem emit, & de ejus auctore.

1. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Pancratio.

In rem actio non contra venditorem, sed contra possidentem competit. Frustra itaque desideras, non tecum congregari, sed cum auctore tuo dominum vindicantem, cum te possidere contendas. Nam si denunciasti ei, qui tibi vendidit, intelligis evictionis illi periculum imminere. Nec enim jurisdictionis forma in eadem provincia constitutis tam peritorem, quam possessorem, ob auctoris personam, quem in alia provincia dicis consistere, debet immutari. Dat. Id. April. AA. CONSS. 293.

Si quis alterius nomine possideat.

2. Imp. CONSTANTIN. A. ad universos provinciales.

SI quis alterius nomine quolibet modo possidens immobilem rem, litem ab aliquo per in rem actionem sustineat, debet statim in judicio dominum nominare: ut si in eadem civitate degat, si in agro, si in alia provincia sit; certo dierum spatio a iudice definiendo, eoque ad notionem ejus perducendo, vel ipse in loca, in quibus prædium situm est, perveniens, vel procuratorem mittens, actoris intentiones excipiat. † Si vero post hujusmodi indultum tempus minime hoc quod dispositum est, facere maluerit: tanquam lite, quæ ei ingeritur, ex eo die, quo possessor ad iudicium vocatus est ad interrumpendam longi temporis præscriptionem, contestata: judex, utpote domino possessionis, nec post hujusmodi humanitatem sui præsentiam faciente, edictis legitimis proponendis eum citare curabit: & tunc in eadem voluntate eo permanente, negotium summamim discutens in possessionem rerum actorem mitti non differet: omni allegatione absentis de principali questione servata. Dat. 10. Kal. August. BASSO & ABLABIO CONSS. 331.

Ut actor sequatur forum rei.

3. Imp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA.

alibi præfari voluit. d. l. 47. d. l. 108. d. l. 50. nisi per fraudem heres alio rem transulit. d. l. 38. hic. adde Hotom. 3. obs. 7.

24 Adde lib. 13. ff. 4. 15 l. ult. ff. de eo, quod certo loco. 25 Debitor ob moram solvendi promissio loco, ubi vis conveniri potest. 27 Nota formulam actionis creditoris competentis adversus debitorem promissio loco non solventem, l. 2. l. 8. ff. de eo, quod certo loco. 28 l. 2. ff. de eo, quod certo loco. 29 Sub. rei aliena, Syn. Basil. 7. tit. 5. cap. 81. Goth. In rem actio: tam de civili, quam prætoria accipiendum, & quid appellacione rei hic veniat, vid. Zang. de except. part. 2. cap. 1. num. 267. & 270. Anf. 30 Rei vindicatio contra possidentem datur, l. ult. infr. h. t. l. 24. l. 36. l. ult. ff. de rei vindic. 31 Puta emptorem, Synops. ibid. 32 Qui possides sc. 33 Id est, venditore, a quo rem emisti. 34 Emptor conventus a vero rei domino denunciare venditori & auctori suo actionem debet, ut ita evictionis teneatur. Quid si non denunciavit? vide quæ not. ad l. 2. supr. de pœnis. 35 Sensus est, venditorem sequi forum rei venditæ, l. ult. infr. de præscript. longi temporis 10. vel 20. ann. vel ita, venditor emptoris iudicem sequi solet. l. 49. ff. de iudicis, l. 19. ff. de rei vindic. 36 Possimus alterius nomine rem possidere, verbi gratia, velut coloni, depositarii l. 7. §. 11. ff. comm. divid. procuratores, actores, custodes. 37 Quid autem si conventus reali actione dixit se possidere, & postea in termino conclusionis dicit, quod alieno nomine possidet, an ipse sit condemnandus? vide decisionem Jafonis consil. 126. cui adde Declium consil. 62. & Moder. Senens. consil. 46. lib. 1. Afflicium decif. 217. Utrum vero conventus in causa possessorii recuper. possit in iudicio nominare dominum, consule Ludov. Bologn. ad l. si finita. §. Julianus. ff. de damn. infect. num. 184. Jafon. in §. omnium. Instit. de action. n. 100. & n. 103. Menoch. in tract. de arbitr. jud. lib. 1. quæst. 74. n. 34. Mod. 38 Possessor rei alienæ conveniri potest rei vindicatione. 39 Nominare auctorem suum debet rei alienæ possessor. Possessor rei alienæ conventus non tantum potest, sed etiam teneatur rei dominum nominare. Novell. 69. cap. 2. ut & proprio nomine conventus auctorem suum laudare. De differentia & vi utriusque laudationis & nominationis, an & quando ante litem contestatam fieri debeant, & in quibus rebus & actionibus locum habeant, vid. Marantam in pract. parte 6. membro 5. & 6. De ea laudacione auctoris dixi l. 7. infr. de evict. 40 diff. l. 2. l. 1. l. ult. supr. de dilacionibus. l. 3. c. Theod. de iure fisci. l. 41. c. Theod. de appellat. Goth. Adde Matth. de Afflic. decif. 217. & Menoch. tract. de arbitr. jud. lib. 1. quæst. 74. num. 34. S. l. 41 Possessor rei alienæ dilationem petere potest ad nominandum seu vocandum auctorem, puta venditorem a quo causam habet. dixi ad Nov. 69. cap. 2. 42 Non comparens habetur pro contestato, ideoque interrumpitur ejus præscriptio. 43 l. 8. infr. quomodo & quando iudex. l. 73. ff. de iudic. 44 Nov. 53. cap. 3. in princ. 45 l. 3. supr. de procuratoribus. Porro hic in Glossa interlineari, possessio accipitur pro proprietate. 46 Contumax privatus possessione postea comparens eam non recuperat: auditur tamen de principali questione, id est, de dominio actionem instituens, & sic contumaciæ suæ causa ex reo fit actor.

Actor rei forum, sive in rem, sive in personam sit actio, sequitur. Sed & in locis in quibus res, propter quas contenditur, constituta sunt, jubemus in rem actionem adversus possidentem moveri. Datum 10. Kal. Jul. ARCADIO & BAUTONE CONSS. 385.

TIT. XX.

UBI DE HEREDITATE AGATUR, VEL UBI HEREDES SCRIPTI IN POSSESSIONEM MITTI POSTULARE DEBEANT.

1. Imp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Messala 7.

Illic, ubi res hereditarias esse proponis, heredes in possessionem rerum hereditarium mitti postulandum est. Ubi autem domicilium habet, qui convenitur, vel si [ibi] ubi res hereditariae sitae sunt, degit: hereditatis erit controversia terminanda. Dat. 7. Kal. Maji, SECULARI & DONATO CONSS. 261.

TIT. XXI.

UBI DE RATIOCINIIS, TAM PUBLICIS QUAM PRIVATIS AGI OPORTET.

1. Imp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Gerontio.

Um, qui aliena negotia sive ex tutela, sive ex quocunque alio titulo administravit: ubi haec gessit, rationem oportet reddere. Dat. 7. Kal. Aug. ANNIBALIONE & ASCLEPIODOTO CONSS. 292.

Ibi reddi debet ratio publicae administrationis, ubi administratio gesta est. Bald.

2. Imp. HONOR. & THEOD. AA. Maced. Magistro militum.

Nemo post depositum cingulum [suae] privatae vitae redditus ob negotium, quod militiae causa est ei exortum, praestandi ratiocinii gratia ejus Numeri, in quo militavit, vel quem ipse gessit, a quocunque pulsatus, fori praescriptionibus utatur: Unumquemque enim super hujuscemodi causis publicis, quas dum militaret, exercuit, vel super ratiociniis militaribus, per quae suos contubernales afflixisse asseritur, in militari oportet iudicio respondere: in quo & instructio sufficiens, & nota testimonia, & verissima possunt documenta praestari. Dat. 2. Id. Jun. CONSS. \*

TIT. XXII.

UBI CAUSA STATUS AGI DEBEAT.

De fugitivo.

2. Imp. ALEXANDER A. Aurelio Aristocrati.

Ea quae a te, cum tibi ferviret, fugit, & in aliam provinciam se contulit, libertatem sibi vindicans, non injuria eo loco litigare compellenda est, unde quasi fugitiva recessit. Ideoque remittere eam in provinciam, in qua fervivit, Praefes provinciae, qui in eo loco jus repraesentat, curae habebit: sed non ubi deprehensa, audiri debet. PP. 13. Kal. Sept. POMPEIANO & PELIGNO CONSS. 232.

De procuratore Caesaris.

2. Imp. DECIVS A. Felici.

Procuratores nostros status causas examinare non posse, omnibus notum est. PP. Kal. Decemb. DECIO A. II. & GRATO CONSS. 251.

De ea, quae in possessione libertatis constituta est.

3. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Zenonia.

Si in possessione libertatis constituta es, cum in status etiam quaestione actor rei forum sequi debeat: ibi causam liberalem agi oportet, ubi consistit, quae ancilla dicitur, licet Senatoria dignitate actor decoretur. Dat. 2. Id. Maji, AA. CONSS. 290.

De eo, qui est in possessione servitutis.

4. Idem AA. & CC. Sifinnia.

Si ex possessione servitutis in libertatem quis proclamat, ibi agi oportere status causam, ubi domicilium constitutum habet, qui se dominum dicit; non est ambigui juris. Dat. 2. Nonas Martias, Byzantii, CC. CONSS. 294.

De causis, quae in provinciis moventur.

5. Idem AA. & CC. Diogeni Praefidi insularum.

1 Synops. Basil. 7. tit. 5. c. 82. 2 l. 2. sup. de jurisdic. 3 Cum autem plures sunt idonei iudices, ubi conveniri quis debeat, & cujus sit electio, vide Ludov. consil. 412. Abb. in c. cum sit. in l. not. extr. de for. compet. Baldum hic. Mod. 4 l. 38. in fin. ff. de iud. 5 l. unic. sup. Ubi de poss. agi oportet. arg. l. un. Cod. Ubi de hered. agat. Dissent. Cujac. parat. ibid. v. d. Treutley. disput. 3. part. 1. thes. 3. litt. g. Pro intellectu legis vid. Decher. lib. 2. dissert. 10. num. 15. Zanger. de Except. part. 1. cap. 2. num. 347. Anf. 6 l. 1. sup. h. t. adde l. unic. sup. ubi de poss. agi. 7 Messia, Cujac. 5. obs. 19. 8 Sensus est possessorium hereditatis proponitur, ubi res sita. l. 2. in fr. de interdicit. Petitorium vero in domicilio conventi. l. 2. 3. de jurisdic. Salic. Goth. Verb. vel si, hic non ponitur conditionaliter, sed pro, quantumvis, aut sine etiam. Zanger. de Except. part. 2. cap. 1. num. 288. 289. 290. 291. Anf. 9 Ratiociniis obnoxii sunt tutores, negotiorum gestores, procuratores, focii. 10 In eum, qui de administratione convenitur, in his locis agitur, ubi res ipsas administravit, Synops. Basil. 7. tit. 5. c. 84. Goth. vid. Zanger. de Except. part. 2. c. 1. num. 149. Anf. 11 l. 54. in fin. ff. de proc. l. 2. §. 3. q. 1. 19. §. 2. l. 36. in fin. l. 4. §. 3. de iudic. Novell. 69. c. 1. 12 Ubi gesta administratio, ibi ratio reddenda est. l. 18. l. 19. §. 1. ff. de iudic. Novell. 151. c. 1. in fin. Goth. vid. DD. ad l. 19. §. 1. ff. de iudic. In actionibus enim in personam ex quali contractu actor sequitur forum rei. l. 2. C. de jurisdic. l. 3. sup. Ubi in rem actio, cap. cum sit. extr. de foro comp. praesertim quando reus in foro suo facile conveniri potest: ratio est in l. fin. C. h. t. Anf. 13 Quid si in ius vocatus, postea miles factus est, aut alterius consilium fori? non potest de eadem causa ad proprium forum appellare. 1. Harm. 2. §. 5. l. si quis posteaquam. 7. ff. de iudic. 14 Ratio dubitandi hinc sumitur. Iniquum enim videtur eum, qui iam sit defunctus militiae cogitationes apud iudicem militare reddere. 15 Contractus negotia & delicta militaria fori praescriptionibus leges subtrahunt. Miles eo loci cogitur rationes reddere, ubi eas exercuit, etiam si alterius fori factus sit. 16 Ubi suppedit totius rei instructio, amplior ibi reddenda ratio. 17 Id est, libertatis praedialis. 18 Refugit. Hal. 19 Servus fugitivus ad eum iudicem revocandus est, e cujus foro fugisse dicitur. 20 Vid. l. 5. in fr. h. t. 21 Status quaestio, πείρα τούτων δίκη, Syn. Basil. 7. tit. 5. cap. 87. 22 Vid. l. 2. §. de jurisdic. om. iud. 23 Reus in causa status est is, qui in servitutem vel libertinitatem petitur, vel etiam adversus quem ex servitute in libertatem, vel ex libertinitate in

Jamdudum a nobis statutum est: Ut, si quae causae libertinitatis, & servitutis in provinciis inter fiscum & privatos exorirentur, ad Rationalem vel Magistrum rei privatae, hoc est, unde motae essent quaestiones, remitterentur: si quae vero ingenuitatis essent, a Rectore provinciae examinarentur. Dat. 4. Non. AA. CC. CONSS. 294.

De quinquennii praescriptione sublata, de causis, quae in provinciis, vel in arce Constantinopolitana oriuntur. De personis clarissimis.

6. Imp. JUSTINIANUS A. Mennae P. P.

In litibus, in quibus, utrum ingenuus an libertinus sit aliquis, quaeritur, quinquennii praescriptionem (post quod divino adiutorio opus esse veteres leges praecipiebant) in posterum cessare sancimus: & hujusmodi lites etiam post memoratum tempus, ad exemplum caeterarum, vel in provinciis apud earum moderatores, vel in hac alma urbe apud competentes maximos iudices examinari. Quod, etiam si clarissima persona super tali conditione vel etiam servili quaestione patiatur, tenere censemus. Dat. 3. Non. August. \*

TIT. XXIII.

UBI QUIS DE CURIALI VEL COHORTALI ALIAVE CONDITIONE CONVENIATUR.

1. Imp. ARCAD. & HONORIUS AA. Floro P. P.

Si quis vel curiae, vel officii iudicum, aut aliis quibuscumque corporibus obnoxius, intra provinciam ab his erit, quos aufugit, comprehensus: non expectata ejusdem iudicis notione, sub quo per ambitum ceperat militare, penitusque emendicati honoris praescriptione submota, a iudice, qui in locis aditus fuerit, audiatur: manifestarumque rerum probatione convictus, eorum societati, quos declinaverat, aggregetur. Dat. 12. Kal. August. Mediolani, CAESARIO & ATTICO CONSS. 399.

Homines, qui pro exactionibus, vel concussionibus conveniantur, non possunt fori praescriptionem opponere.

2. Imp. THEODOS. & VALENT. AA. Cyro P. P.

Hac perpetua lege sancimus, provincialibus iudiciis non posse fori praescriptionem opponere eos, qui ad curias vocantur, vel cohortalibus deberi dicuntur officii, vel aliis corporibus obnoxii sunt: Eos etiam, qui superexactiones, vel concussiones perpetrasse firmantur: exceptis videlicet his, qui armata militia praediti sunt, vel alias speciali beneficio Principali sese defendunt: ita tamen, ut cui ex militaribus viris curiae nomen, vel cohortalis officii quaestio ingeratur, Rector provinciae super ejus nomine, tam ad Sedem tuae magnificentiae, quam ad Magisterium, vel competentem referat potestatem; ut hi qui velut debiti postulerent, provinciali iudicio destinati, ibi eventum iudicii expectent, ubi iura moveri praecipiant hujusmodi quaestiones. Super publicis autem functionibus & debitis nemini liceat fori praescriptionem opponere, praeter eos, qui specialiter excepti sunt. Caeteros Excellae tuae sedis, & Rectorum provinciarum in quolibet negotio declinare minime posse iudicium decernimus: ita ut qui tam saluberrimam legem pertinaciter violare tentaverint, sciant a moderatioribus provinciarum adversus se tanquam contumaces sententiam proferendam. Dat. 12. Kalend. Octob. CYRO V. C. CONSS. 441.

TIT. XXIV.

UBI SENATORES, VEL CLARISSIMI CIVILITER VEL CRIMINALITER CONVENIANTUR.

De causis criminalibus.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Octavianum Comitem Hispan.

Quicumque non illustri, sed Clarissima dignitate tantum praeditus, virginem rapuerit, vel fines aliquos invaserit, vel in aliqua culpa, seu crimine fuerit deprehensus: intra provinciam, in qua facinus perpetravit, publicis legibus subijgetur, nec fori praescriptione utatur. Omnem enim hujusmodi honorem reatus excludit. Dat. 2. Non. Decemb. GALLICANO & BASSO CONSS. 317.

De causis pecuniariis.

2. Imp. VALENS, GRAT. & VALENT. AAA. ad Senatam.

Senatores in pecuniariis causis, sive in hac [alma] urbe, sive in suburbanis degunt, in iudicio tam Praetorianae quam Urbicae ingenuitatem sit proclamatio. 24 Quilibet actor etiam Senator in causa status forum rei sortitur. 25 l. 2. 1. in fr. de liberali causa. 26 Qui proclamat in libertatem, forum ejus sortitur, qui se dominum dicit. 27 Libertatis. Cujacius ita emendat, hoc tit. 28 Alias simplex Procurator Caesaris non cognoscit de causis status. l. 2. §. h. t. 29 Ad procuratorem Caesaris, in urbe vero ad Consulem. l. 27. ff. de liberali caus. l. 4. ff. si ingen. esse. vel praetorem liberalem. d. l. 4. l. 36. in fin. ff. de iudic. lib. 30 Magister rei privatae, id est, procurator fisci. l. 1. sup. de annoniis, & cap. l. dudum. C. Th. de iure fisci. vid. Cujac. ad l. 5. in fr. de iure fisci. vid. quae scripti ad tit. Digestorum de offic. procur. Caesaris. 31 Id est, praefide. l. 2. in fin. sup. de pedan. iudicib. adde quae not. ad l. 1. sup. de ordine iudic. 32 Quinquennii dimensionem. Hal. 33 Adde l. 2. ff. si ingenuus esse dicatur. 34 Et ita abrogatur l. 2. §. 1. ff. si ingen. esse. 35 Causae status exigunt maximos iudices. l. 32. §. 7. ff. de recept. qui arbit. adeo ut nec pedaneis delegari possint, nec compromissariis, quin vel praesidium olim de statu non fuit cognitio. l. 1. sup. de ordine iudic. Cujac. hic. vid. tamen quae scripti ad d. l. 1. Qui de libertate olim iudicarent, vid. apud Forner. 2. select. 230. 36 Curiales, curiae inueneribus adscripti: cohortales, ex cohorte praefidis apparitores, officiales. l. 34. ff. de reb. credit. 37 Puta corporis alieni, veluti naviculariorum, pistorum. 38 Hinc colligunt, Licere propria auctoritate fugitivum capere. 39 Fugitivum ubique invenitur, ibi iudicari potest. 40 Corporibus quibusdam civitatum obnoxii conveniendi sunt coram Praefide. 41 Obnoxii militiae & civitatis alicujus corpori, duos habet iudices, Praefidem & Magistrum militum: ad hunc tamen per illum remittitur. vid. Bald. 42 Ubi de functionibus publicis agitur, nemini datur fori praescriptio. 43 Praefes iudex est generalis totius provinciae. 44 Qui declinat jurisdictionem competentis iudicis, pro contumace punitur. 45 l. 1. C. Theod. de accusat. lib. 9. 46 Delinquens enim etiam in alieno territorio ibi punitur, non quidem secundum loci statuta, sed secundum jus commune. licet contra tendat Aug. ad c. postulati. col. 29. vers. tertio quaro. extr. de for. comp. vide Jaton. ad l. 1. n. 30. sup. de summa trin. Bartol. ad l. praes. 2. ff. de offic. Praefid. Ceterum si clericus litiget in foro seculari, cum actor forum rei sequatur, utrum jus Civile an Canonica sequendum sit, vide apud Abb. ad c. quod clericus. n. 6. extr. de foro compet. Mod. 47 Honor non servatur indigno: l. 47. ff. de ritu nupt. 48 Id est, Praefidi Praetorio. 49 Adde l. 8. in fr. de incolis. l. pen. ff. de senatorib. l. 22. §. 5. 6. ff. ad municip.

praefectura, necnon Magistri officiorum (quoties tamen ad eum nostrae pietatis emanaverit iussio): in provinciis vero, ubi laerem fovent, aut ubi majorem bonorum partem possident, & assidue versantur, respondebunt. Dat. Kalend. Mart. VALENTINIANO A. & NEOTERIO CONSS. 390.

De causis criminalibus.

3. Imp. ZENO A. Arcadio P. P.

Quotiens viro forte Patricio, vel Expatrio, vel ei, quem Praetorianae, vel Urbicariae amplissimae sedis administratio illustravit, vel Consulari viro, quem tam ordinaria professio, quam sacra nostrae pietatis pariter sublimavit oratio, quive Magisteria potestatis sudoribus clarus factus est, vel ei, qui Magistri officiorum vel Quaestoris officio functus, aut sacro nostrae pietatis cubiculo Praepositus, post depositam administrationem senatorio ordini sociatus est, aut cui nostra serenitas Domesticorum scholam regendam mandavit, cuive sacros nostri numinis Thesaurus, aut res privatas nostrae pietatis vel serenissimae Augustae nostrae conjugis gubernandas injunxit: post depositam videlicet administrationem, crimen publicum privatumve, cui tamen non per procuratorem respondere liceat, in hac alma urbe, vel in provinciis commoranti ingeratur: nullius alterius iudicis, nisi nostrae pietatis huiusmodi esse cognitionem, vel sacri tantummodo cognitoris, cui nostra serenitas huiusmodi negotii audientiam vice sua sacris apicibus mittendis mandaverit: ita tamen, ut apud talem Judicem nullius officii vel scholae intercedente ministerio, more atque habitu sacrarum consultationum, absque ulla videlicet observatione dierum fatalium introductae causae, viris devotissimis sacri nostri scrinii libellis 18 solennia implentibus audiantur: eo, qui in crimen vocatus erit, (ne quas ante probationes injurias patiat) sedendi quoque in aliqua secretarii parte, quae iudicibus inferior, altercantibus vero superior esse videatur, habituro licentiam.

§. 1. Adeo autem tantarum honorum dignitatum duximus augendos; ut ne sacro quidem cognitori nostro, postquam crimen fuerit patefactum, contra huiusmodi viros vel eorum substantias statuendi aliquid concedamus facultatem, sed hoc solummodo in huiusmodi viros vice quoque Principis auditori licebit; ut intentatum apud se crimen, si patefactum fuerit, ad Principalem referat notionem: ultionis autem tantis inferendae dignitatis modus non nisi in Principis residet arbitrio: Cum sit certum oportere accusatoris calumniam, reo videlicet protinus absolvendo, inconsulta quoque nostra serenitate, prout leges sanciant, coerceri: nisi forte accusator quoque non minoris quam reus sit dignitatis: in hoc namque casu super coercenda huiusmodi accusatoris calumnia non immerito consulenda erit Principis auctoritas.

§. 2. Viros autem illustres in hac inclyta Urbe degentes, qui sine administratione honorariis decorati fuerint codicillis, licet talem praerogativam nostrae iussionis meruerint, ut, quod non egerint, videantur egisse; in criminalibus causis magnificae tuae sedis, & illustrissimae Urbicariae praefecturae, necnon etiam viri magnifici Magistri officiorum, (quoties tamen ad ejus iudicium specialis nostrae pietatis emanaverit iussio) sententias respondere decernimus: ita ut huiusmodi viri sedendi quidem in cognitionibus dicendis minime sibi vindicent facultatem: sciant autem ipsi quoque nec de se, nec de suis facultatibus iudicatos aliquid, nec probatis criminibus (nisi prius ad nostram pietatem retulerint) posse statuere.

§. 3. Quotiens autem viri illustres in provinciis constituti, non hi tamen, quorum cognitio ad nostram majestatem, vel ad iudicem vice nostri numinis auditorum pertineat, in querimoniam fuerint criminales vocati: & sedendi, cum celebratur cognitio, in secretariis iudicantium jus consequantur: & iudices, patefactis quoque criminibus ferendis contra huiusmodi viros [illustres] vel facultates eorum sententias abstineant, dum nostrae pietatis ad suas meruerint relationes responsum: supplicio videlicet, quod accusatoribus patefacta eorum calumnia ingerendum est, nec apud provinciales iudices, si non sic, ut superius dictum est, similem dignitatem habeant, differendo. Dat. Constantinop.

1 Id est, domicilium, Graeci, ἡ ἐπι διαγωγήν, ubi consistunt. Synops. Basfl. 7. tit. 3. ex lit. c. 90. Domicilium, pars major bonorum, & assidua loci alicujus frequentatio, fori jus tribuit. 2 Από πατρίκιον, ἡ ἀπὸ ἐπιάρχων πραιτορίων, ἡ ἀπὸ ἐπιάρχων πόλεως: expatriatus, expraesectus praetorio, expraesectus urbi. Syn. ibid. c. 91. 3 Πρατικὸν ἐμπροσθεν vocat autor Synops. d. l. Consulare in actu constitutum & ordinarium. Ibidem tamen apud Scholiast. ita legitur hic locus, ὁπότε ἐμπροσθεν ἢ νόμον τῆ ἀξία τετιμημένους, consularis in actu constitutus, vel dignitate tantum honoratus, ut hi sint, qui hic dicuntur in ordinaria professione & laetra imperatoriae pietatis sublimati oratione. 4 Στρατηλάτης, Synops. ibid. 5 Μαγιστρός τῶν θεῶν ὀφθαλμῶν, magister sacrarum officiorum. Syn. Basfl. 6 Η κλίμαξ τῆς θείας παλατίης, quae fori palatii. Synops. Basfl. ibid. 7 Περιπέσιτος, tantum dicitur apud autorem Synops. ibid. 8 Vid. l. i. infr. de quaestorib. 9 Ο ἀρχὴ τῶν δημοτικῶν ὁμιλιῶν. Synops. ibid. 10 Κόμης παρεσχῶν, comes largitionum. Synops. Basfl. ibid. 11 Vid. Cujac. ad l. 9. infr. de iure psc. 12 Κόμης τῶν ἰδικῶν τῶν δεσποτῶν ἢ δεσποτῶν. Syn. Basfl. ibid. Comes rerum privatarum Principis vel Augustae. 13 Vid. quae not. ad l. 48. ff. de iudic. 14 Aliud in criminalibus causis: l. 25. ff. de procuratoribus: excepta criminali injuriarum causa. vide l. ult. infr. de injuriis. 15 Ἐν τῇ βασιλείᾳ πόλει, in urbe regia seu imperatoria. Synops. eod. l. 16 Jurisdictioni huiusmodi negativis verbis adhibita renunciari non potest, adde l. 4. infr. de Castrensiis. lib. 12. tit. 26. 17 Magnum privilegium est, si alicui temporaria fatalia non currant. 18 Libellenses hic, l. 32. §. 4. infr. de appell. Et consult. eadem forma dicuntur, qua Thefaurense: l. 2. infr. de palatin. sac. largit. Comitatenfes: l. 7. in pr. d. t. Fabricenses: infr. de hered. decur. Pseudo-Comitatenfes: l. 14. infr. de re militari. 19 Accusatus ante probatum crimen injuriam pati non debet. 20 Illustribus ordinarie competit hoc privilegium, ut in criminalibus causis habeant jus sedendi in secretariis iudicium inferiori parte, tam in urbe, quam in provinciis: honorariis vero, in provinciis tantum. Hinc colligunt Clarissimis personis accusatis eum honorem delerri, ut sedentes etiam respondeant. 21 §. ult. infr. hic. Secretarium, aula in quam iudices conveniunt: eadem forma & significatio, qua auditorium, l. 40. ff. de reb. cred. Graece hic ἐν τῶν μέσων τῆς δικαστηρίου, Synops. Basfl. ibid. 22 Τῶν δικαιοσύμων, litigantibus. Synops. Basfl. 33 Erant in auditoriis iudicium tres veluti gradus: unus iudicium; alius illustrium: postremus altercantium, ut hic. Symmachus l. epist. in uno subfelliis capite regulariter litigatores stant, l. 1. supr. de offic. civit. iud. & caustidici: l. 6. in fin. supr. de postulando. Plin. l. epist. in tribunatu abstineti capitis agendis, quod detorme arbitrabar, cui loco cedere omnes oporteret hunc omnibus sedentibus stare: & ingens utrinque advocatorum universa subfella praestantium corona. vid. Cujac. ad Nov. 71. in fin. Huc referri potest, quod Lucius scripsit de ordine sedendi in curia Partienii. l. Placc. 6. 24 Cognitor sacer, id est, Principis delegatus, vice Principis auditoris infr. h. t. cui audientia in vice Principis sacris apicibus mittendis mandata. in princ. supr. eodem. iudex vice numinis Imperatoris auditoris. §. ult. infr. eodem. 25 Omnis poena, si a Principe indicitur, arbitraria est. 26 Cognitor sacer illustres personas condemnare non potest, & tamen potest absolvere. Imo posse videtur: l. 37. ff. de reg. jur. ille casus est specialis. 27 Senfus est, vir

TIT. XXV.

IN QUIBUS CAUSIS MILITANTES FORI PRÆSCRIPTIONE UTI NON POSSUNT.

1. Imp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio P. P.

Omnino domesticos [ & 54 ] agentes in rebus, & quacunque alia praetendatur militia vel dignitas, sub Moderatoribus provinciarum pro functionibus publicis respondere, nulla fori praescriptione valitura, sancimus: si hac, qui exiguntur publica debita, uti tentaverint. Immo & in aliis privatis actionibus occupatos volumus respondere, qui vel per provincias factiuntur, vel conductorum vocabulis, cum non armata militia praediti sint, defenduntur: sive domorum divinarum, sive virorum potentium, seu cujuslibet conditionis sint conductores, nisi [ si ] forte commeatum ad 40 rem propriam componendam unius anni inducias ostenderint se accepisse: Eadem forma servanda in his etiam qui mercandi vel militandi sacra beneficia meruerint; ut & ipsi Rectoribus provinciarum respondeant. Dat. 3. Kal. Constantinop. THEOD. A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

TIT. XXVI.

UBI CAUSAE FISCALES VEL DIVINAE DOMUS, HOMINUMQUE EJUS AGANTUR.

De morte non defensa.

1. Imp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Dioscoro.

Non defensa mortis quaestionem apud procuratores nostros oportere tractari: nec bona [a] fisco peti posse, priusquam de crimine constiterit apud eum, cui convictis poenam irrogare licet, quis ignorat? Plane defunctis homicidii reis apud procuratores quoque causam agendam esse ratio permittit. PP. 7. Idus Maji, LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

Si quis mortem sibi conscivisse dicatur.

2. Idem AA. Aristae.

Non animadvertimus, cur causas ad officium procuratorum nostrorum pertinentes, ad proconsulis notionem advocare velis: Nam cum hoc quaeratur, an pater tuus mortem sibi conscivisset metus alicujus poena, ac propterea bona a fisco vindicari debeant, jam non de crimine, aut poena mortui, sed de bonis quaerendum est. Dat. 12. Kalend. Octobr. APRO & MAXIMO CONSS. 208.

De accusatione deserta.

3. Imp. ANTONINUS A. Heliodoro.

Procurator meus, qui vice praesidis provinciae non fungitur, sicut exigere poenam desertae accusationis non potest: ita iudicare, ut ea inferatur, sententia sua non potest. Dat. 10. Kal. Septemb. LATO & CEREALI CONSS. 216.

De eo, qui emit a procuratore Caesaris, mandato alterius.

4. Imp. ALEXANDER A. Maximae.

Cum vendente procuratore meo emisse te praedia dicas: pretium eorum necessario solvere debes. Cum his vero, quibus mandantibus eadem praedia emisse te & tradidisse dicis, agente te, procurator meus (si ejus audientiam elegeris) cognoscet, ut pecuniam quae pretii nomine tibi debetur, & usuras, quae fisco solvendae sunt, consequi possis. PP. 4. Id. Octobr. MAXIMO & PATERNO CONSS. 234.

De causis fiscalibus.

5. Imp. CONSTANTINUS A. ad Ursulum.

Illustri five reus sit, five actor, a nullo iudice condemnari potest, ideoque Princeps eo casu consulendus est. facit l. 9. §. 11. l. 27. §. 1. Et 2. ff. de pan. 28 Nota apud Romanos moris fuisse quosdam decorari honorariis codicillis sine administratione. 29 Minor est dignitas proveniens ex fictione, quam ex veritate. 30 Dixi §. 1. supr. hic. 31 Dixi supr. h. t. infra. pr. 32 Militum alii armatae militiae, alii togatae. 33 Haec lex integra extat inter Novellas Theodosii editas a Pithaeo: adde l. 2. l. 3. C. Theod. de iurisdic. 34 d. l. 3. C. Theod. 35 Scholares magistri officiorum veluti agentes in rebus. Ibidem magistrarii. 36 Militantes in curia Principis fori praescriptione non utuntur, quoties agitur de publicis functionibus: earumque praeditis est notio. adde l. 2. infr. de privileg. scholar. lib. 12. tit. 30. l. ult. infr. de cast. & ministr. lib. 12. tit. 26. 37 Negotiantur, & recte, ut hic. De tribus casibus agitur, si privatis negotiis occupantur, si negotiantur, si conductoris vocabulo defendunt, & ita Basilica, eis idemque Phronidas ἀσχελεύμενοι ἢ ἐμπορευόμενοι ἢ μισθόμενοι. vid. Cujac. hic. 38 Militans fori, seu in fora aliquo, praedii alieni conductor esse potest, ut hic. (Aliud in armato milite, l. 15. §. de remilitari.) eo tamen casu non fruatur privilegio militari. 39 Milites ultra annum commeatu accepti privilegio militari non fruuntur. 40 Militi commeatu dari potest ad res proprias componendas: de commeatu, vid. supra infr. de commeatu lib. 12. tit. 43. 41 Fornerius 2. sicut. 3. hinc colligit, Mercatura dedito privari militia. Quo nomine reprehenditur a Cujacio 9. obs. 37. fol. 257. in fin. quem hoc voluisse exillimo, nimis hoc generaliter dici, cum sit fallum in militia non armata. Bald. vero colligit, milites negotiantes in causa negotiationis conventos non habere privilegium militare. 42 Et militandi. Milites fori negotiandi licentiam a Principe possunt impetrare. Regulariter enim mercatores simul & milites esse non possunt: l. 1. infr. negot. ne milit. lib. 12. tit. 35. 43 Causae fiscales sunt, in quibus agitur de bonis, poenis aut iuribus fisco delatis. 44 Domus divinae pertinent ad praedia Tamiaca, quae erant in Cappadocia sub dispositione & cura praepositi sacri cubiculi, & Comitris domorum. vide Cujacium hic. Erant enim in Pontica dioecesi praecipue: in Cappadocia domus & possessiones plures, propriae patrimonii Principis: & in eis coloni ac inquilini. Equitiae ejusdem juris. Hi omnes sub cura Comitris domorum, l. 1. infr. h. t. Novell. 20. Postea manus id transferunt ad Praefides Cappadociae. Nov. 30. ubi vid. Cujac. adde eundem ad tit. de praesit. sacri cubic. Et 3. observ. 40. 45 Homines fiscales, actores, procuratores, conductores, coloni, inquilini, servi rei privatae. 46 Id est, non vindicatur, neglectae, delictae. l. 1. infr. de his, quibus ut indign. 47 Hoc casu scilicet. 48 Id est, praesidem provinciae. Praesef cognoscit de homicidio & crimine: procurator vero de bonis, non de crimine: neuter vero potest servum in caput domini interrogare. Paul. 5. sent. 16. §. 5. 49 Caesaris. Hi cognoscunt de causis fiscalibus, inter fisco & privatos. 50 Neglectae mortis scilicet. 51 Ut ei qui mortem defuncti non vindicaverit, hereditas auferatur. 52 l. 5. infr. h. t. 53 Procurator Caesaris fungens vice Praesidis, potest cognoscere de causis criminalibus: l. 1. infr. de peanens, l. 1. infr. de pan. l. 4. infr. ad l. Fab. l. ult. ff. de off. procurat. Caesaris. l. 23. §. 1. ff. de appellat. adde Cujac. 19. observ. 13. Robert. l. animad. 12. Anton. Mercat. Notat. 22. 54 Vi sua scilicet. Exadio poena irrogatur a Praefide, ad rationalem pertinet, non irrogatio. 55 In venditione bonorum fiscalium, procuratoris Caesaris interventus necessarius. 56 l. 5. in fin. ff. de jur. fisci. nec enim potest procurator Caesaris fidem habere de pretio. Quid privati procurator? vide l. 1. ff. de except. rei vendit.



AD fiscum 1 pertinentes causas rationalis decidat, omnibus concus-  
sionibus prohibendis. Dat. Non. Febr. Constantinop. FELICIANO  
& TITIANO CONSS. 337.

De conductore Caesaris.

6. Idem A. ad Italicum.

SI quis adversus conductorem 2 nostrum aliquid agendum crediderit,  
viro illustri Comiti rerum privatarum referri oportet: ne & iudici  
existimationis, & officio ejus salutis discrimen imminet. Dat. Kal.  
Febr. \* CONSS.

De dominicis colonis & patrimonialibus.

7. Idem A. ad Bulephorum rationalem summam 3 rei.

DOMINICIS colonis & patrimonialibus gravitatem tuam censemus dis-  
ceptatricem esse debere. Duces enim & Praepositos militum 4,  
& castrorum, & Rectores provinciarum evocandis & arcessendis colo-  
nis abstinere oportet. Dat. 16. Kal. Mart. LICINIO \* CONSS. 318.

De colono aut servo Principis.

8. Imp. CONSTANTINUS A. ad Taurum P. P.

CUM aliquid colonus 5 aut servus rei privatae nostrae contra discipli-  
nam publicam adferat perpetrare, ad iudicium Receptoris provin-  
ciae venire cogendus est: sic videlicet, ut praesente Rationali vel  
Procuratore domus nostrae, inter eum & accusatorem causa tractetur:  
& si facinus fuerit approbatum, juris severitas exeratur. Dat. 5.  
Non. Mart. Sirmii, ARBITIONE & LOLIANO CONSS. 355.

De aedore rerum privatarum seu Procuratore Caesaris.

9. Imp. VALENT. 6 & VALENS AA. ad Philip. Virum  
clariss. 7.

[UNIVERSI fiduciam gerant, ut,] si 8 quis eorum ab 9 aedore rerum  
privatarum nostrarum, five a procuratore vexatus fuerit [injuriis,]  
super ejus contumeliis vel depradationibus deferri querimoniam [sin-  
ceritati tuae, vel Receptori provinciae] non dubitet, [& ad publica sen-  
tentiam vindictae sine aliqua trepidatione convolare:] quae res cum  
fuerit certis probationibus declarata, sancimus, [& edicimus,] ut si  
in provinciam hanc audaciam quisquam moliri ausus fuerit, publi-  
ce vivus concremetur 10. Dat. 3. Non. Jul. Heraclea, VALENTI-  
NIANO 11 & VALENTE AA. CONSS. 368.

De officialibus rationalis.

10. Imp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA.  
ad Polemium P. P.

NULLUM ex officio Rationalis qui exactioni vel chartis 12 inserviat,  
in aliud iudicium adduci oportet: nisi forte cujuscumque caput ac-  
cusatio legibus instituta pulsaverit. Dat. 3. Kal. Maji, ARCAD. &  
BAUTONE CONSS. 385.

De conductore aut servo Caesaris.

11. Imp. THEOD. & VALENT. AA. Artaxi Praeposito  
facri cubiculi.

HAC lege sancimus: ut, five agat domorum nostrarum colonus 13,  
inquinatusve aut servus, five pulsetur ab aliquo super criminali  
seu civili negotio, non alterius, quam tui culminis ac viri spectabilis  
Comitis 14 domorum petatur examen: nullius allegatione super fori  
praescriptione penitus admittenda. Dat. 5. Id. Aprilis. \*

TIT. XXVII.

QUANDO 15 LICEAT UNICUIQUE SINE 16 JU-  
DICE SE VINDICARE 17, VEL PUBLI-  
CAM 18 DEVOTIONEM.

De nocturnis depopulatoribus & aggressoribus itinerum.

1. Imp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Pro-  
vinciales.

LIBERAM 19 resistendi 20 cunctis tribuimus facultatem; ut quicun-  
que militum vel privatorum ad agros 21 nocturnus populator in-  
traverit, aut itinera frequentata insidiis aggressionis obfederit,

1 l. 2. supr. h. t. 2 Adde l. 8. infr. h. t. 3 Rationalem summam  
quidam ita legunt, moti ex l. 7. C. Theod. de jure fisci, & Notitia imperii Romani, &  
Suetonio in Domitiana. ubi fit mentio auctoritatis summam: reprehensi a Cujac. 8. obf.  
31. & recte. Nam in lege 3. infr. si propter publ. pensitat. procurator Caesaris, procurator  
summam rei appellatur, & in rescripto Gallieni apud Eusebium, l. 7. c. 13. 5 τῆς μισθίου  
περὶ τῶν ἀποκαταστάσεων, & antiqua inscriptio. Val. Honoratus V. P. Rat. S. R. Taci-  
tus 5. neminem summam rei imponere poterant. 4 Al. limitum. sed & ita in  
Basilicis legitur: τῶν ἀποκαταστάσεων ἀποκαταστάσεων. vide Cujacium 13. obf. 35.  
5 Vid. l. ut. infr. h. t. 6 Tribuenda haec lex Constantino. 7 Vicarium, & ita  
habet Cod. Theod. l. 1. de act. & procur. 8 l. 1. C. Theod. de aedore. lib. 10. tit. 4.  
9 l. 1. C. Theod. de aedore. & procur. & conductore. rei privatae, l. 10. tit. 4. 10 V.  
l. unic. infr. de conductor. & procurator. sive. ad hoc. prae. fiscal. l. 11. tit. 71. De vicicomibus,  
vid. l. un. infr. de Nili aggressoribus non rump. 11 Constantino A. III. & Licinio Consi. 313.  
12 Chartularius chartis inservit, easque tractat. 13 l. 6. l. 8. supr. h. t. 14 De  
quo dixi ad epigraphem hujus tituli.

15 Hic titulus est exceptio tituli 5. supr. h. t. Ne quis in sua causa. 16 Vide Dam-  
houderum c. 13. & 14. praxis civilis. De quo dixi in praxi civili, titulo de justitia &  
jare. 17 Id est, ulcisci, ac tibi quodammodo jus dicere. 18 Publica devotio, id  
est, publice devoti, ut milites. Dicuntur enim devoti: l. 17. infr. de erogat. milit. ann.  
lib. 12. tit. 32. sacramento militum obstricti. Miles defertor publicae devotionis a quovis  
obfideri, prehendi, & si se telo defenderit, occidi potest. 19 l. 2. C. Theod. infr.  
ad l. Cornel. de sicariis. 20 Hoc etiam jure naturali permittitur: l. 3. ff. de justit. &  
jur. adde l. ult. vers. neque. infr. de discussoribus. l. 10. tit. 30. 21 Quid in urbe? legibus  
12. tabel. id permittitur fuit. Quali diceret: Olim licuit furem nocturnum quocumque modo  
occidere, cum in agro tum in urbe: hodie vero in agris tantum id permittitur est quo-  
cumque modo, five ei parcere non poteris sine vite periculo, five poteris, qua de re vide  
hic Cujacium, l. 4. obf. 15. 22 l. ult. in fin. supr. in quibus. caus. in integ. 23 Trans-  
ugas, id est, qui a Romanis ad hostes transfugunt, eos tanquam hostes licet cuicunque  
cura periculum occidere. 5. Harm. 8. §. 5. 24 l. 2. infr. de defertoribus. & occultat. l. 12.  
l. 45. §. Harm. 8. adde Novell. Theod. 44. de tyronibus. & defertoribus. 25 Tertullian.  
in Apologetico: In reos majestatis & publicos hostes omnis homo miles est, & ita est,  
cuicque his casibus regum capiendi eumque interficiendi jus permittitur.

26 L. 2. Inst. 18. §. ff. 2. & 2. C. Th. 19. de inofficioso querela. Paul. 4. sent. 5.  
περὶ τῆς κατά διαθήκην κληρονομίας, id est, de querela adversus testamentum, quan-  
do & a quibus ea possit institui, vel non possit 39. Eccl. 1. vide formulam hujus adignis  
apud Oldendorpium class. 5. art. 2. Goth. Vid. ad hunc tit. Ferdin. Valg. de Succession.  
resolut. l. 3. & Anton. Govean. lect. l. 1. c. 5. Ant. 27 Quo jure introducta est haec  
querela? non a Praetore, sed lege Glia. Cujac. 2. obf. 21. Movetur autem inscriptio  
l. 4. ff. hoc tit. 28 Inofficiosum est testamentum, in quo parens, filius, vel frater  
sui officii oblitus, in quo liberi vel parentes, vel fratres germani immerito exhereda-  
ti, praeteriti, vel ita instituti, ut pro exhereditatis habeantur, Novell. 1. in pr. §. 2. Da  
CODEX.

permilla cuicunque licentia digno illico supplicio subjugetur: ac mor-  
tem quam minabatur, excipiat, & id quod intendebat, incurrat.  
Melius 22 enim est occurrere in tempore, quam post exitum vindi-  
care. Vestram igitur vobis permittimus ultionem, & quod serum est  
punire iudicio, subjugamus edicto, ut nullus parcat militi, cui ob-  
viare telo oporteat, ut latroni. Dat. Kalend. Jul. TATIANO &  
SYMMACHO CONSS. 391.

De defertoribus. De latronibus publicis.

2. Imp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA.  
Hadriano P. P.

OPPRIMENDORUM 23 defertorum 24 facultatem provincialibus jure  
permittimus. Qui si resistere ausi fuerint, in his velox ubique  
jubemus esse supplicium. Cuncti 25 etenim adversus latrones publi-  
cos, defertoresque militiae, jus sibi sciant pro quiete communi exer-  
cendae publicae ultionis indulgum. Dat. 5. Non. Octob. THEODO-  
SIO A. & RUMORIDIO CONSS. 403.

TIT. XXVIII.

DE 26 INOFFICIOSO 27 TESTAMENTO 28.

De fideicommissario.

1. Imp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Victorino.

CUM de inofficioso matris suae testamento filius dicere velit adver-  
sus 29 eum, qui ex causa fideicommissi hereditatem tenet 30:  
non est iniquum hoc ei accommodari 31, ut perinde 32 fidei-  
commissarius teneatur, ac si pro herede, aut pro possessore posside-  
ret. PP. 5. Kalend. Jul. FALCONE & CLARO CONSS. 194.

De bonorum possessione litis ordinanda gratia.

2. Idem AA. Lucretio.

QUAMVIS de inofficioso testamento acturum 33 te, bonorum posses-  
sionem 34 accepisse proponas, tamen scriptis heredibus auferri  
possessionem incivile est. Dat. 4. Kalend. Decemb. DEXTRO &  
PRISCO CONSS. 197.

De Posthumo praeterito a matre.

3. Idem AA. Januario.

SI mater filiis duobus heredibus institutis, tertio post 35 testamentum  
suscepto 36, cum mutare idem testamentum potuisset, hoc facere  
neglexisset: merito utpote non justis rationibus neglectus 37, de in-  
officioso querelam instituere poterit. Sed cum eam in puerperio 38  
vita decessisse proponas: repentini casus iniquitas per conjecturam  
maternae pietatis emendanda est. Quare filio tuo, cui nihil praeter  
maternum fatum imputari potest, perinde virilem 39 portionem tri-  
buendam esse censemus, ac si omnes filios heredes instituisset. Sin  
autem heredes scripti extranei erant; tunc de inofficioso testamento  
actionem instituere non prohibetur. PP. 8. Kal. Jul. LATERANO  
& RUFINO CONSS. 198.

De libertate fideicommissa.

4. Idem AA. Soterico & aliis.

CUM ex causa fideicommissi secundum Praetoris decretum in liberta-  
te 40 morati sitis, filios etiam suscepteritis: quamvis postea domini  
vestri testamentum inofficiosum sit pronunciatum, agente filio: non est  
aequum, fieri vobis libertatis quaestionem. PP. 6. Id. Mart. ANTO-  
NINO II. & GETA II. CONSS. 206.

An querela transmittatur ad heredem.

5. Imp. ANTONINUS A. Helio.

SI pater tuus post litem contestatam, vel postquam propositum ha-  
buisset inofficiosum fratris testamentum dicere, te herede relicto  
decessit: causam ceptam 41 vel quocumque modo illi placitam exe-  
qui non prohiberis. PP. 2. Non. Octob. GENTIANO & BASSO  
CONSS. 212.

De legitima portione.

6. Idem A. Ingenuo.

formula hujus actionis dicam ad l. 22. infr. h. t. An hodie locum habeat, dixi ad l. 1. ff.  
h. t. Interim quae sint hodie mutata circa hanc querelam vid. Oldendorp. class. 5. art. 1.  
num. 17. 29 Querela adversus fideicommissarium moveri potest. 30 Id est,  
possidet. Atqui in querela agitur de hereditate: petitio autem hereditatis non datur con-  
tra titulum possidentem. l. 4. infr. in quibus causis cessat longi temp. fideicommissarius vero titulum  
possidet? Dicam infr. h. t. de vera sententia hujus legis. 31 Accommodandi verbum  
observa: Accommodari dicuntur ea, quae proprie ac vere non competunt. 32 Ut  
exinde. Salyvetus, Faber, Castrensis ita hanc legem emendant: eo sensu: Querelam  
primo. Subsequenter vero petitiones hereditatis moveri. Guibelmus vetus interpres  
putat, proponentem querelam proponere hereditatis petitionem. Goveanus l. variar. 5.  
nullam sibi videri in toto Codice obscuriorem constitutionem adierit: nec tamen supe-  
riores sententias probat. Putat ergo hic agi de petitione hereditatis, non inofficiosi  
querela: filium porro laudandum esse, qui hac neglecta illam proponat. Nec enim he-  
reditatis petitione honorem parentum fugillari. Eo nomine iustum esse tam modesto  
filio petitionem hereditatis accommodari. Si ita est, debuit hac constitutio in titulum  
sequentem referri. Existimo hujus legis sententiam hanc esse, querelam inofficiosi dari  
adversus heredem, & eum qui pro herede aut pro possessore possidet: in alios vero non  
dari: arg. l. 12. infr. h. t. l. 7. §. 2. l. 9. ff. de hered. pet. l. 20. in fin. princ. ff. de bon. poss.  
contra tab. Ceterum fideicommissarium proprie non esse hereditatis dominum (nam ex  
causis fideicommissi dominia non transferuntur, l. 3. in fin. ff. si usus fruct. pet.) pro he-  
rede quoque non possidet is, qui non putat se heredem, quique sibi se alium esse ab herede,  
l. 11. ff. de hered. pet. pro possessore non est etiam: nec enim est praedo, d. l. 11. in fin.  
Ex his sequitur subtili jure filios hic excludi. Verum subtilitas haec negligenda nobis est.  
Fideicommissarius enim effectus est heres, aequum est igitur filius actionem in fideicom-  
missarium accommodari. Quid? querela inofficiosi & petitio hereditatis, possuntne  
una & eadem actione unove iudicio proponi? Angelus negat, Zafius ait. Vide quae no-  
tavi ad l. 20. ff. h. t. idque ita sentit Cujacius hic. Olim tamen non fuit necessitatis, nam  
inofficiosi querela moveri separatum poterat. Paul. 4. sent. 5. §. 4. hodie potest simul &  
consecutive. Ferrarientis est communi opinione in form. restitutionis in integ. 41. ver.  
ad dimittendum 15. num. 2. 33 Id est, quamvis, cum esset acturus, litis ordi-  
nanda gratia bonorum possessionem accepisti. l. 8. in pr. ff. h. t. 34 Haec bonorum  
possessio gratia litis ordinandae dicitur in l. Papinianus. 8. in pr. ff. h. t. Goth. De qua vide  
amplius praedem Viglium in comment. in eundem tit. Instit. Mod. 35 Post matris  
testamentum natus praeteritus (a matre praeteritus habetur pro exheredat) querelam recte  
intituit. vid. Paul. 4. sent. 5. §. 2. 36 Adi Gomef. tom. 1. variar. resol. c. 5. Men-  
chacum illustrium quest. c. 66. Gilbertum Regium lib. evayris c. 20. c. 20. Mod.  
37 Id est, praeteritus. Praeteritus a matre habetur pro exheredato. 38 Quae in  
puerperio decessit, testamenti mutandi facultatem non habuisse praesumitur. 39 Sen-  
sus hujus legis hic est, Possimus praeteritus a matre, quae mutandi testamenti faculta-  
tem non habuit (quod in puerperio decessit) videtur cum aliis fratribus viriliter insti-  
tutus: ideoque testamentum non rumpit. Quid si extranei fuerint instituti? rumpit  
testamentum. 40 Relicto testamento per querelam libertates non revocantur.  
41 Querela praeparata transmittitur ad heredem.

**C**um<sup>1</sup> queritur, an filii de inofficio patris testamento possint dicere, si<sup>2</sup> quartam bonorum partem mortis tempore testator reliquit, inspiciatur. PP. 7. Kal. Jul. Roma, DUOBUS ASPRIS CONSS. 213.

In AUTHENT. de triente & semisse. §. 1. coll. 3. tit. 5. Nov. 18. cap. 1. Authent. ex Novell. 19. cap. 1.

**N**ovissima<sup>3</sup> lege cautum est, ut si quatuor sint filii vel pauciores, ex substantia<sup>4</sup> deficientis triens<sup>5</sup>: si plures sint, semis debeatur eis quoquo<sup>6</sup> reliqui titulo, ex aequo<sup>7</sup> scilicet inter eos dividendus: cujus portionis nec<sup>8</sup> usufructu defraudari liberi a parentibus possunt.

In AUTHENT. de immensis donati. §. 1. coll. 7. tit. 4. al. 3. Novell. 92. cap. 1.

**U**nde<sup>9</sup> si parens in quendam liberorum, vel in quosdam donationem<sup>9</sup> immensam fecerit: quisque tantum feret ex hereditate nomine Falcidia<sup>10</sup>, quantum poterat ante donationem deberi. Licet autem ei, qui largitatem<sup>11</sup> meruit, abstinere ab hereditate, dummodo suppleat ex donatione (si opus sit) ceterorum portionem.

De nepte ex filio emancipato.

7. Idem A. Secundo.

**N**eptem<sup>12</sup> defuncti actione de inofficio testamento, quamvis pater ejus emancipatus fuerit defunctus, experiri posse, ignorare non debes. PP. 6. Kal. Jul. Roma, LETO & CEREALI CONSS. 216.

De hereditate a patre inter filios divisa. 1. De eo, qui agnovit iudicium defuncti.

8. Imp. ALEXAND. A. Florentino.

**P**arentibus arbitrium<sup>13</sup> dividendæ hereditatis inter liberos adimendum non est: dummodo<sup>14</sup> non minus is qui pietatis sibi conscius est, partis, quæ intestato defuncto potuit ad eum pertinere, quartam ex iudicio parentis obtineat. §. 1. Qui<sup>15</sup> autem agnovit iudicium defuncti, eo<sup>16</sup> quod debitum paternum pro hereditaria parte persolvit<sup>17</sup>, vel alio legitimo modo satisfecit: etiam si minus quam ei debebatur, relictum est, si is major viginti quinque annis est, accusare ut inofficiosam voluntatem patris, quam<sup>18</sup> probavit, non potest. PP. 7. Id. Febr. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De testamento militis.

9. Idem A. Romanæ.

**D**e inofficio testamento militis<sup>19</sup>, vel jure militari vel civili facto, vel Centurionis, vel Tribuni numeri, nec filios posse queri jus certum est. PP. Idus Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De fisco.

10. Idem A. Quintiniano.

**S**i heredum Quintiniani, quem patrem tuum esse dicis, adversus quos de inofficio testamento acturus eras, jure successionis bona ad fiscum pertinent, vel ipsius Quintiniani bona, utpote vacantia, fiscus<sup>20</sup> tenet: causam apud Procuratorem nostrum agere potes. PP. 2. Id. August. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De arenariis.

11. Idem A. Ingenno.

**I**n arenam non damnato, sed sua sponte arenario constituto, legitime successiones integræ sunt, sicuti civitas & libertas manet. Sed si testamentum parens ejus fecit: neque de inofficio testamento accusatio, neque bonorum possessio ei competit: nam talem filium merito quis indignum<sup>21</sup> [sua] successione iudicat: nisi<sup>22</sup> & ipse similis conditionis<sup>23</sup> sit. PP. 4. Kal. Jan. JUL. & CRISPINO CONSS. 225.

De fideicommissis.

12. Idem A. Liciniano & Diogeni.

**S**i pater puellæ (cujus vos curatores esse dicitis) filio ex femisse, ipsa autem ex triente, & uxore ex reliquo sextante scriptis heredibus,

**I** Potest filius adversus patris testamentum, vel donationem ab eo factam querelam instituire, nisi quod ei relictum est, omnino ad explendum trientem facti sit. Syn. Basil. 41. tit. 4. c. 17. §. Harm. 9. §. 24. 2 Habens legitimam, querelam movere non potest. l. 30. infr. h. t. l. 8. §. 8. ff. h. t. Paulus 4. sent. c. 9. §. 6. 3 Nota quantitate legitimæ liberis relinquendæ. adde Nov. 22. c. 48. Novell. 39. c. 1. 4 Ere alieno deducto scil. d. l. 8. §. 9. 5 Id est, quatuor uncias. Goth. Legitima, si filii sint quatuor vel pauciores, est tertia pars totius alii; si vero sunt plures, est dimidia inter eos æqualiter dividenda. ubi tamen vide limitationes positas per Socinum in reg. 152. & consule de cetero Bartolum hic. Paril. cons. 53. lib. 3. n. 70. & seq. & consil. 55. n. 13. & seq. eod. lib. Corn. consil. 48. in fin. l. 2. Socin. jun. cons. 25. l. 1. Joan. Cephal. consil. 245. n. 23. Mod. 6 Legitima liberis quoque relictæ titulo relinqui potest. ut hic: imo non potest quoquo titulo relinqui, jure namque institutionis relinqui debet. Novell. 115. c. 3. vid. Socin. reg. 152. Grassum lib. sent. §. legitima q. 32. & testa. q. 35. 7 In legitima bonorum singulis liberis virilis portio corripitur. 8 Legitima liberorum gravari non potest, etiam in usufructu. adde l. 30. infr. h. t. 9 Inventa donatio in unum ex liberis collata, per alios ad legitimam usque revocatur: non ultra, l. 10. Id est, legitima, ut in l. 31. infr. h. t. & in l. jubemus. 6. infr. ad SC. Trebell. & J. h. t. l. qua nuper. Mod. 11 Filius donatione a patre inter vivos accepta, ejus hereditate potest abstinere. Quid si illa donatio legitimam reliquorum liberorum exhaurit? Hujusmodi donatio legitimæ reliquorum fraudi esse non debet, ideoque ex bonis donatione acceptis fratribus legitima supplebitur. 12 Neptis ex filio (etiam emancipato) querelam inofficiosi potest movere adversus testamentum avi. 13 Pater hereditatem inter filios dividere potest; dum tamen ei (quem minus diligit) legitimam relinquat. l. 10. infr. fam. 14 l. 35. §. 1. infr. h. t. 15 Querelam inofficiosi movere adversus patris testamentum non potest, qui testamentum ejus agnovit. ut hic. Synops. Basil. 45. tit. 4. c. 17. §. Harmenop. 6. §. 24. 16 Tacite agnoscere & approbare testamentum defuncti censetur, qui ex eo testamento debita solvit. l. 35. §. 1. infr. h. t. adde l. 23. §. 1. ff. h. t. l. 43. ff. de hered. pet. & ita testamentum non tantum expresse, sed tacite approbati potest, vel admitti. 17 Vid. l. 2. infr. de jure delib. 18 Qui testamentum defuncti semel probavit, querelam inofficiosi amittit. vid. l. 20. ff. de option. legat. 19 Querela inofficiosi locum non habet in militis testamento: vide tamen Nov. 121. c. 19. & l. 34. Auth. presbyterus. in fin. supr. de Episcop. & Clericis. 20 Querela inofficiosi institui potest adversus fiscum occupantem bona defuncti. 21 Nov. 115. c. 3. §. 10. parens filium arenarium aut mimum potest exheredare: nisi ipse ejusdem conditionis sit. 22 Mores quos quis in se approbat, in liberis reprobare non potest. 23 Hic illud queritur, an quemadmodum pater arenarius filium arenarium exheredare non potest, idem sit in meretricaria matre filiam meretricem exheredatam: qua de re multa Tiraquellus in legib. connubial. gl. l. 1. parte n. 45. circa fin. Mod. 24 Plena & pura esse debet legitima portio. Pura, inquam, ab omni onere fideicommissi, legati & usufructus. Auth. novissima. supr. h. t. Quid si facta est mutua & reciproca substitutio? onerosa non censetur. Equitas suspicionem fraudis tollit. infr. hic, ibi. cum in hujusmodi. Itaque neuter querelam habiturus est, quia neuter in legitima est gra-

fidei filiorum commisit, ut si<sup>24</sup> quis eorum intra viginti quinque annos atatis decederet, superstitibus portionem [suam] restitueret: præterea uxori, ut id, quod ex causa hereditatis ad eam pervenisset, filiis post mortem suam restitueret, fideicommissit: calumniosam inofficiosi actionem adversus justum iudicium testatoris instituere non debetis: cum<sup>25</sup> ex hujusmodi fideicommissaria restitutione tam matris quam fratris ejus portio ad eam poterat pervenire. PP. Non. Decemb. ALEXAND. A. III. & DIONE CONSS. 230.

De testamento rescisso pro parte.

13. Imp. GORDIANUS A. Prisciano.

**C**um duobus heredibus institutis, uno ex quinque, altero ex septem uncis, adversus eum, qui ex septem uncis heres scriptus fuerat, iusta querela contendisse, ab altero autem victum<sup>26</sup> te fuisse alleges: pro ea parte, qua resolutum est testamentum; cum jure intestati, qui obtinuit, succedat, neque<sup>27</sup> legata, neque fideicommissa debentur: quamvis libertates, & directæ competant, & fideicommissaria præstari debeant. PP. 3. Kal. Februar. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De falsi accusatione.

14. Idem A. Prisco.

**E**um<sup>28</sup> qui inofficiosi querelam delatam non tenuit<sup>29</sup>, a falsi accusatione non submoveri placuit. Idem observatur, & si<sup>30</sup> e contrario falsi criminis instituto victus, postea de inofficio actionem exercere maluerit. PP. 6. Kal. Decemb. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De filia præterita a matre.

15. Imp. PHILIPPUS A. Aphrodisiæ.

**F**iliam<sup>31</sup> præteritam<sup>32</sup> a matre, ad successionem ejus citra<sup>33</sup> inofficiosi querelam adspirare non posse, explorati juris est. PP. 5. Kal. Aug. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

Si testamentum non jure factum dicatur.

16. Imp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. VALERIAN. N. CÆS. Theodoræ.

**C**ontra majores viginti quinque annis duplicem<sup>34</sup> actionem inferentes, primam, quasi testamentum non sit jure perfectum, alteram, quasi inofficiosum, licet<sup>35</sup> jure perfectum; præscriptio ex prioris<sup>36</sup> iudicii mora quinquennalis<sup>37</sup> temporis non nascitur<sup>38</sup>, quæ officere non<sup>39</sup> cessantibus non potest. PP. Id. Aug. TUSCO & BASSO CONSS. 259.

De matre a filio præterita.

17. Imp. CARINUS & NUMERIANUS AA. Floræ.

**C**um<sup>40</sup> filium<sup>41</sup> tuum, te præterita, forem heredem instituisse proponas: inofficiosi querelam apud Præsidem provinciæ persequi potes. PP. Id. Febr. CARINO II. & NUMERIANO AA. CONSS. 284.

De exheredata a viro divertere nolente.

18. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Faustinae.

**C**um te pietatis<sup>42</sup> religionem non violasse, sed mariti conjugium, quod fueras fortita<sup>43</sup>, distrahere noluisse, ac propterea<sup>44</sup> offensum<sup>45</sup> atque iratum patrem ad exheredationis notam prolapsum esse dicas: inofficiosi testamenti querelam inferre non veterabis. S. Kal. Maji, MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De filia turpiter vivente.

19. Idem AA. Apollinari.

**S**i filiam tuam, eo quod turpiter<sup>46</sup>, & cum flagitiosa fœditate vivit, a successione tua excludendam putes: si non inconsulto<sup>47</sup> calore, sed ex meritis<sup>48</sup> ejus ad id odium incitatus es, postremi iudicii liberum arbitrium habebis<sup>49</sup>. Dat. 15. Kal. Jul. Sirmii, ipsis AA. CONSS. 293.

In AUTHENT. ut cum de ap. cog. §. Si vero usque ad viginti quinque. col. 8. tit. 16. al. 12. Nov. 115. cap. 3.

vatus, mater etiam potest vulgariter substituere filio, etiam in legitima: l. 33. ff. de vulg. & pupillar. An pupillariter? Negat Bart. d. l. 33. 25 Equitas omnem fraudis suspicionem tollit. ff. quod quisque juris. 26 Varietas personarum & meritum emittit, ut actor in uno jure viscat, vincatur autem in altero: l. 15. in fin. l. 24. ff. d. t. l. 76. in pr. ff. de leg. 2. ut idem testamentum pro parte rescindatur, pro parte confirmetur. Idque a iudice statui ex communi opinione Hotomanus refert conf. 2. fol. 51. adde Cujac. 10. observ. 20. in fin. 27 Id est, heredes ab intestato succedunt. 28 Querelam inofficiosi testamenti movere potest, qui falsi testamentum accusavit nec obtinuit: & e contra. Synops. Basil. 39. tit. 1. c. 37. 29 Id est, non obtinuit: l. ult. ff. de except. rei jud. Iustus est, is etiam potest testamentum falsum dicere, qui inofficiosum non probavit, ut hic, & l. 3. in fine. infr. de pet. hered. adde casus, l. 47. in fin. ff. de hered. pet. 30 Vide l. 47. ff. de pet. hered. 31 Querelam inofficiosi recte instituit filia a matre præterita, ut hic. Synops. 10. c. 38. 32 Liberi a matre præteriti, habentur pro exhereditatis. 33 Querela inofficiosi, remedium est adversus præteritionem factam a matre. Nec enim præteritis a matre datur bonorum possessio contra tabulas. adde l. 4. §. 2. ff. de B. P. contra tabulas. 34 Alia est causa injusti, alia inofficiosi testamenti. 35 Inofficiosum testamentum jus civile non tam facit, quam natura, querela inofficiosi non impugnat solennitatem, sed inordinatam & cæcæ defuncti voluntatem: personam, non juris solennia respicit. 36 Victus in injusti testamenti actione, inofficiosi querelam non amittit: l. 8. §. 12. ff. h. t. 37 Post quinquennium querela inofficiosi moveri non potest, ut hic, adde §. Harmen. 9. §. 24. hoc enim temporis decursu patris testamentum confirmasse liberi videntur. Synops. Basil. 41. tit. 4. c. 17. 38 Id est, non currit quinquennii præscriptio, quæ querelam inofficiosi testamenti excludere solet. l. 2. supr. in quib. causis, in integr. restit. non est necess. Mod. 39 Non cessanti præscriptio non nocet. Non cessat in querela proponenda, qui in injusti testamenti probatione occupatus est: & merito. Quoties enim competunt duo auxilia, qui in uno vigilat, alterum non amittit. 40 Querelam inofficiosi adversus filii testamentum, mater instituire potest, tamen si defunctus forem suam instituerit. Synops. h. t. c. 42. 41 Frater forem instituire non potest, matre præterita. 42 Uxor summæ pietas est a marito suo non divelli. 43 Patre volente: arg. l. 20. infr. h. t. 44 Parentibus in quibusdam citra mentem vitium ingratitudinis non obtemperamus. Filia non divertens a marito, parentis jussu, non meretur exheredari: adde Novell. 115. c. 3. l. 5. infr. de repud. 45 l. 23. infr. h. t. 46 Liberi ob turpem vitam possunt exheredari. Turpis liberorum vita exheredationem meretur: Novell. 115. c. 3. §. 4. & 10. sed & dotis & alimentorum privationem. Parentibus tamen serio ac constanti ignoscendum. vide Wurm. 1. pract. 37. obs. 8. 47 Quod sit læpe. 48 l. 22. §. 1. ff. h. t. l. 3. §. 5. ff. de B. P. contr. tab. l. 7. in pr. ff. de bon. damn. Olim non erat necesse certas exheredationis causas adscribi. Incertæ & positæ erant in iudicio Centum virorum. Hodie, certæ adscribendæ. Nov. 115. c. 3. vide Cujac. ad Novell. 18. 49 Quid si ad bonam frugem conversa? ignoscendum esse tradit Tiraquellus tract. de panis, causa 28.

**S**ed si post vigintiquinque annos te differente filiam marito copulare, ea in surum corpus peccaverit, vel sine consensu tuo, marito se, libero tamen, copulaverit, eam exheredare non potes.

*De filia volente dicertere.*

20. Idem AA. & CC. Saviano.

**F**ilia in orbitate patris relicta, cum marito, cui matre volente nupsit, colens concordiam, iustas offensionis post ejusdem matris penitentiam causas non praestat: nec ex momentariis voluntatibus matris nupta atque vidua jure esse compellitur. Dat. Non. Jan. Sirmii, CC. CONS. 294.

*De transverfalibus.*

21. Idem AA. & CC. Alexandro.

**F**ratris, vel sororis filii, patru vel avuaculi, amitae etiam & materterae testamentum inofficiosum frustra dicunt: cum nemo eorum, qui ex transversa linea veniunt, exceptis fratre & sorore, ad inofficiosi querelam admittatur. † De falso sane per accusationem criminis queri non prohibentur. Dat. \* CC. CONS. 294.

*De filia exheredata, de effectu rescissionis.*

22. Idem AA. & CC. Tantillae.

**S**i maritus tuus facto testamento te quidem ex asse scripsit heredem: filia autem, quam habuit in potestate, exheredata [jure] facta minime perhibetur: nihilque ei relictum est, neque iustas offensionis causas praestitisse [expresse] convincitur: eam de inofficioso testamento patris querentem totam hereditatem obtinere posse non ambigitur. Quod si jam obtinuit, vel postea vindicat: quodcumque maritus mortis suae tempore debuisset tibi perhibetur, id ab ea reddi oportet. Dat. Idib. Febr. Sirmii, CC. CONS. 294.

*De eo, qui impedit testari.*

23. Idem AA. & CC. Philippo, & aliis.

**T**estamenti factione per testationem vos interdixisse matri profitentes, iustam causam offensionis manifeste testamini. Dat. 5. Id. Sept. CC. CONS. 294.

*De testamento militis.*

24. Idem AA. & CC. Successo.

**T**estamentum militis filiam in castrensi peculio factum, neque a patre, neque a liberis ejus per inofficiosi querelam rescindi potest. Dat. 3. Non. Dec. Nicomediae, CC. CONS. 294.

*De filiis a matre instituendis sub hac conditione, si a patre emancipati fuerint.*

25. Idem AA. & CC. Menedoto.

**F**iliis matrem, quae de mariti moribus secus suspicatur, ita posse consulere jure compertum est: ut eos sub hac conditione instituat heredes, si a patre emancipati fuerint, atque eo pacto secundum tabulas bonorum possessionem patrem cum re accipere non videri, qui conditioni minime obtemperaverit: neque ei nomine filiorum inofficiosi eo modo actionem posse competere, quibus nullam injuriam fecerit mater, sed potius putaverit providendum, & ideo restituere debet. Dat. 4. Non. Jul. Antiochia, TITIANO & NEPOTIANO CONS. 301.

*De filio impubere.*

26. Idem AA. & CC. Serapioni suo salutem dic.

**E**x tribus unciis herede instituto filio, intra pubertatis annos directam non inutiliter a patre fieri substitutionem certum est. Dat. 5. Kal. Septemb. Nicomediae, CC. CONS. 302.

*De fratribus & sororibus.*

27. Imp. CONSTANT. A. Verino.

**F**ratres, vel sorores uterini ab inofficiosi actione contra testamentum fratris, vel sororis penitus arceantur: consanguinei

autem, durante agnatione, [vel non] contra testamentum fratris sui, vel sororis de inofficioso quaestione movere possunt, si scripti heredes infamiae, vel turpitudinis, vel levis nota macula aspergantur: vel liberi, qui perperam, & non bene merentes, maximisque beneficiis suum patronum adsecuti, instituti sunt: excepto servo necessario herede instituto. Dat. Id. Aug. Sirmii, CONSTANTINO A. V. & LICINIO CAES. CONS. 319.

*De onere probandi, & de causis exheredationis.*

28. Idem A. ad Claudium Praesidem provinciae Daciae.

**L**iberi de inofficioso querelam contra testamentum parentum moventes probationem debent praestare: Quod obsequium debitum jugiter, prout ipse natura religio flagitabat, parentibus adhibuerint: nisi scripti heredes ostendere maluerint ingratos liberos contra parentes extitisse. Sin autem mater contra filii testamentum inofficiosi actionem instituat, inquiri diligenter jubemus, utrum filius nulla ex justa causa laesus matrem [in] novissima laeserit voluntate, [eo quod] neque lactuosam ei & legitimam reliquerit portionem: ut testamentum rescisso, matri successio deferatur. † Si tamen mater inhonestis factis, atque indecentibus machinationibus filium forte obfedit, infidisque eum vel clandestinis vel manifestis appetit, vel inimicis ejus suas amicitias copulavit, atque in aliis hic versata est, ut inimica ejus potius quam mater crederetur: hoc probato, etiam invita acquiescat filii voluntati. Dat. 3. Id. Febr. CRISPO II. & CONSTANTINO CAES. I. CONS. 321.

*De dote & donatione, ante nuptias.*

29. Imp. ZENO A. Sebastiano praef. praet.

**Q**uoniam novella constitutio divi Leonis ante nuptias donationem a filio conferri ad similitudinem dotis, quae a filia confertur, praecepit: etiam ante nuptias donationem filio in quartam praecipimus imputari. Eodemque modo cum pater, vel mater pro filia dorem, vel pro filio ante nuptias donationem, vel avus paternus aut maternus, vel avia paterna aut materna pro sua nepte, aut pro suo nepote, vel proavus uterque paternus aut maternus, vel proavia paterna aut materna pro sua pronepte, vel pro suo pronepote dederit: non tantum eandem dorem vel donationem conferri, verum etiam in quartam partem ad excludendam inofficiosi querelam, tam dorem datam, quam ante nuptias donationem praefato modo volumus imputari, si ex substantia ejus profecta sit, de cujus hereditate agitur. Dat. Kal. Maji, ipso A. II. CONS. 481.

*De his, quibus aliquid, vel nihil relictum est. De militiis in legitimam portionem imputandis.*

30. Imp. JUSTINIANUS A. Mennae.

**O**mnimodo testatorum voluntatibus prospicientes, magnam & innumerabilem occasionem subvertendae eorum dispositionis imputare censemus: & in certis casibus, in quibus de inofficiosis defunctorum testamentis, vel alio modo subvertendis moveri solebat actio, certa & statuta lege tam mortuis consulere, quam liberis eorum vel aliis personis, quibus eadem actio competere poterat: ut, siue adiciatur in testamento de adimplenda legitima portione, siue non, firmum quidem sit testamentum, liceat vero his personis, quae testamentum quasi inofficiosum, vel alio modo subvertendum queri poterant, id quod minus portione legitima sibi relictum est, ad implendam eam sine ullo gravamine, vel mora exigere: si tamen non ingrati legitimis modis arguantur, cum eos scilicet ingratos circa se fuisse testator dixerit: Nam si nullam eorum quasi ingratorum fecerit mentionem, non licebit ejus heredibus ingratos eos nominare, & hujusmodi quaestione introducere. † Et haec quidem de his personis statuimus, quarum mentionem testantes fecerint, & aliquam eis quantitatem in hereditate, vel legato, vel fideicommissio, licet minorem legitima portione, reliquerint. §. 1. Sin vero vel praeterierint aliquam eorum personam jam natam, vel

1 Pater peccandi occasionem filiae praestare intelligitur, si eam viro intra vigesimum quintum annum utatis non elocet. 2 Merito. Nemo enim id punire potest, cuius ipse admittendi fuit occasio. 3 In filia nuptura matris, ut hic: & patris. l. 18. sup. h. t. consensus requiritur. An ob eam causam exheredari possunt liberi? Abbas negat. Wurm. l. praef. 39. obs. 19. dixi ad l. 25. ff. de ritu nuptiarum. 4 De concordia & religione maritali adde l. 18. sup. h. t. l. 25. ff. de ritu nuptiarum. 5 l. 21. inf. h. t. 6 l. 4. inf. de repud. 7 Alcatus hinc colligit, Virum muliere constantiorem praesumi. l. praesumpt. 47. 8 Synops. Basil. 39. tit. 3. c. 33. 9 Nota regulam. 10 Idque etiam non praecise, sed turpibus personis institutis. §. 1. Inf. h. t. quin non omnis frater ad querelam inofficiosi admittitur, sed utrinque tantum conjunctus. vide l. 27. inf. h. t. 11 In hoc inofficiosi iudicio haec plerumque formulae sententiae dicendae fuerunt, iustas causas offensionis patrem habuisse videri, aut non videri. 12 Al. vincat. 13 Rescissa aditione hereditatis per querelam, reviviscunt actiones per aditionem confusae. Cessante causa confusionis, cessat confusio. 14 Qui parentem testari prohibet, iuste potest exheredari. Quid si a patre non exheredatus sit? hereditas vel indigno auferatur. vide l. 2. inf. si quis aliquem testari. l. 22. §. h. t. l. 9. sup. h. t. 15 l. 2. §. h. t. 16 l. 9. sup. h. t. 17 Vid. Cojac. in hanc l. 4. obs. 24. 18 Secus suspicari, est male suspicari. 19 Liberi de matre conqueri non possunt, si nullam mater eis facit injuriam, sed providet. Hinc collige, Possit bona mente conditionem, & diem adici testamento. Eadem ratione excusatur substitutio pupillarum. l. 26. inf. h. t. alias defendi vel excusari non poterit. l. 36. inf. h. t. 20 Vide l. ut. ff. de hered. pet. 21 Id est, hereditate. vide quod scriptum ad l. 8. ff. si tab. testam. nul. 22 Ulp. in fragm. tit. de bon. poss. Ambros. 75. Epist. 23 Ex 4. unciis impuberi filio heredi instituto pater substituitur directio potest: nec id esse detractionem videretur. Ita Graeci hunc locum legunt, 41. Syn. 5. ex lib. 39. tit. 1. c. 46. 24 Dixi ad l. 25. sup. h. t. Constitutio favorabilis instituto filio, locum inofficiosi querelae non facit. 25 Aliud dicendum videbatur: quia filius hic substitutionem patitur, in legitima, quae pura esse debet ab omni onere legati & fideicommissi. Auth. novissima, sup. h. t. 26 l. 1. c. Theod. de inoff. testam. l. 2. Synops. 19. tit. 1. c. 47. Thalesis Scholion. 27 Fratres uterini tantum, non habent querelam inofficiosi, Thaleus tamen ad d. c. 47. Syn. differentiam non facit inter Uterinos & Germanos. Illi: οὐκ ἀδελφοί. Illi: ἐκαστῶν τῶν ἐκὸν αὐτοῦ. 28 Etiam infami persona instituta. 29 Germani: l. 1. c. Th. h. t. Fratres ex eodem patre, vel utrinque conjuncti querelam inofficiosi movere possunt tribus casibus, inf. h. t. eoque casu consanguineis magis favetur, quam uterinis: adgnationi quam cognationi simpliciter. 30 Hic primus casus pertinet ad infamiam juris. 31 Adde l. 3. ff. si a parente quis manusissus. 32 Infamia, turpitudine, levis nota, ingratitudo, hic conjunguntur. 33 Hic secundus casus pertinet ad infamiam facti: hinc colligitur, Infamiam quatuor sortiri effectus: Repellit enim a dignitate, testimonio & querela: quae inducit querelam, vid. Bald. hic. 34 Tertius hic casus: libertus ingratus patrono, habetur pro vili persona. 35 Ingrati inter personas notatas hic recensentur. 36 Querela inofficiosi fratres experiuntur adversus fratris testamentum, persona infami, turpi, notata, vel libero ingrato heredibus institutis. sup. hic. Quid si a defuncto servus heres institutus fuerit? cessant querela: ut hic. Syn. d. c. 47. adde l. ut. inf. de necessaris heredi. l. 3. c. Th. de inofficiis querel. 37 Dominus

vilitatem servi purgat, cum eum heredem instituit: eo scilicet casu, quo suum heredem non solvendo esse videt: & ita hanc legem intellige: Alias si frater praeteritus fuerit a fratre, in bonis testati fratris praefertur libero heredi instituto, nisi patronum, qui eum instituit, maximis beneficiis adsecutus sit: & praefertur eum quoque erit equius libero orocino, nisi agatur de conservanda fama & eximiatione defuncti fratris. vid. Cujac. l. 17. obs. ult. 38 Puta propter suspectam hereditatem. Goth. Item nihil laboret eadem infamia frater qui institutus. l. 11. sup. h. t. aut ex aliqua ingratitude causa ex Nov. 22. c. 47. §. fin. Anl. Ad explicationem extremi huius versus adde Cujac. lib. 17. obs. 40. S. L. 39 l. 2. c. Theod. h. t. 40 Exheredatus olim praesumebatur ingratus defuncto, nisi merentem se probaverit, & ita praeteritus pro iudicio defuncti. l. 5. ff. h. t. hodie heredibus incumbit probatio. l. 30. inf. h. t. 41 Continuis obsequium meriti probatur. 42 Natura debetur parentibus obsequium. 43 Id hodie non est iudicium in eorum arbitrio: coguntur enim probare iuste exheredatos. d. l. 30. 44 Vid. l. ut. vers. Si enim. inf. de inoff. & substit. vid. ad hunc locum elegantem praescriptionem apud Cujac. 8. obs. 23. 45 Dolus infidus ita probatur. l. 6. §. de dolo mal. 46 Amicus inimici mei, inimicus meus praesumitur. l. 1. §. 10. ff. de off. praef. urb. l. 3. ff. de testib. vid. tamen l. 47. in fin. ff. de reg. jur. adde 2. Feudor. 57. vid. Senecam 5. controvers. 2. c. repellatur. 7. extra. de accusat. 47 Vide Dd. ad c. cum oportet. extr. de accusat. Salyc. & Bart. hic. Andr. de Heremia §. porro. in tit. qua suis prima causa beneficii amittitur. Mod. 48 Vide ad legem hanc Socinum in conf. 246. vers. ex quibus circa fin. in 2. vol. Socin. in regul. 350. Mod. 49 l. 17. inf. de collationibus. 50 Donatio ante nuptias conferenda. 51 Donatio propter nuptias dorem imitatur. 52 Dos a filia conferenda. 53 Quod filius a patre accepit donationis ante nuptias causa, id in suam quartam tenetur imputare. 54 Collationi locus non est, praeterquam in sola adicentium successione. 55 Conferuntur ea tantum bona, quae ab eo ascendente (de cujus successione agitur) sunt accepta. 56 De conditione ex hac lege, & l. 36. inf. h. t. quae agitur ad supplementum, vid. Oldendorp. class. 9. ad 3. 57 Ad legem hanc copiose scripsit Molinuz in Labyrintho de inofficiosa testamento. praeter quem vide Jul. Clarum §. testamentum. quest. 38. Paril. conf. 36. n. 33. lib. 2. & conf. 58. n. 19. eod. vol. Cravett. consil. 109. cum seq. & conf. 141. Fernand. Valsquium in tract. de success. creat. §. 19. n. 57. & §. 30. n. 110. Socin. conf. 97. vol. 3. Decium conf. 89. Rot. Rom. decis. 333. Balb. in tract. praef. 4. part. 4. part. princ. quest. 23. Mod. 58 Olim filius habens minus legitima, querela inofficiosi utebatur ad testamenti rescissionem: hodie non rescindit, sed tantum agit ad legitimam, aut ad ejus supplementum, ut hic. Goth. V. in hanc l. Valsq. de suc. l. 30. §. 30. limit. 34. Jo. a Sande decis. Frisic. l. 4. tit. 7. defin. 2. Anl. 59 Qui minus legitima consecutus est, agit ad illius supplementum. Nov. 115. c. 5. in pr. 60 Legitima plena, & sine ullo onere relinquenda. Auth. noviss. sup. h. t. 61 Ingratus non agit ad supplementum legitimae. 62 Et merito. Praesumuntur enim injuria liberi a parentibus exheredati, cum natura ad amandos liberos feramur. vid. Alciat. l. praesumpt. 15. 63 l. 36. inf. h. t. Paganus testamentum patris legatum accipiens non censetur exheredatus: aliud in milite. vid. l. 10. inf. de test. milit. 64 Liberi praeteriti agere possunt ad testamenti rescissionem: quo subiecto ab intestato succedunt. Nov. 115. c. 2. non pro modo legitimae, sed in universum. v. Wurm. l. praef. 39. obs. 14.



ante testamentum quidem conceptam, adhuc vero in ventre constitu-

tam; vel exheredatione, vel alia eorum mentione facta, nihil eis penitus reliquerint: tunc vetera jura locum habere sancimus, nullam ex presente promulgatione novationem, vel permutationem acceptura.

Productio superioris legis ad testamenta nuncupativa.

31. Idem A. Mennæ P. P.

Quæ nuper ad testamenta conservanda, nec facile retractanda sancimus, ut ratione Falcidiae minime illis personis derelictæ, quæ ad inofficiosi testamenti querelam ex prioribus vocabantur legibus, non periclitentur testamenta, sed quod deest legitimæ portioni, id est quartæ parti scilicet ab intestato successione, tantum repleatur; exceptis illis, quibus nihil in testamento derelictum est, in quibus præfata jura illibata servamus: etiam ad testamenta sine scriptis facienda locum habere sancimus. Dat. 2. Id. Decemb. D. N. JUSTINIANO A. II. CONS. 528.

De gravamine tollendo.

32. Idem A. Mennæ P. P.

Quoniam in prioribus functionibus illud statuimus, ut, si quid minus legitima portione his derelictum sit, qui ex antiquis legibus de inofficioso testamento actionem movere poterant, hoc repleatur, ne occasione minoris quantitatis testamentum rescindatur: hoc in præfenti addendum esse censuimus: Ut, si conditionibus quibusdam, vel dilationibus, aut aliqua dispositione moram, vel modum, vel aliud gravamen introducente, eorum jura, qui ad memoratam actionem vocabantur, imminuta esse videantur; ipsa conditio, vel dilatio, vel alia dispositio moram, vel quodcumque onus introducens, tollatur: & ita res procedat, quasi nihil eorum testamento additum esset. Dat. 2. Kal. April. DECIO V. C. CONS. 529.

Pœna heredis nolentis legitimam filio relictam solvere. 1. De infante, ne quis ex persona alterius ingratus dicatur.

33. Idem A. Demostheni P. P.

Si quis suo testamento maximam quidem portionem libero relinquat, minusculam autem alii, vel aliis de stirpe [sua] progenitis, ipsam tamen legitimam, sive in hereditate, sive in legato, vel fideicommissio, ut non possit locus inofficiosi testamenti querelæ fieri, & ille quidem, qui ex parvulo genitoris sui consequitur substantiam, eam suscipere maluerit; qui autem ex majore parte eam amplexus est (sive unus, sive plures sint) non statim, & sine contentioso proposito, vel ulla mora eam restituere voluerit, sed expectato judiciorum strepitu, & multis variisque certaminibus habitis, post longum tempus ex sententia judicis vix eam reddiderit; crudelitatem ejus competenti pœna aggredimur: ut, si hæc fuerint subsecuta, non tantum in id, quod testator voluit eum restituere, condemnatur; [sed etiam aliam

tertiam] partem quantitatis quæ fuerat in testamento derelicta, modis omnibus reddere cogatur: ut avaritia ejus legitimis ictibus feriatur: Aliis omnibus, quæ in eodem testamento, vel elogio scripta sunt, pro sui tenore ad effectum perducendis.

§. 1. Legis autem veteris iniquitatem tollentes, ut non diutius erubescat lex posita, (quam Julius Paulus in suis scriptis Quæstionibus) hæc piissimam aggredimur functionem: Cum enim infantem suum non posse ingrattum a matre sua vocari scripsit, neque propter hoc ab ultima suæ matris hereditate repelli, nisi hoc odio fecerit sui mariti, ex quo infans progenitus est: hoc iniquum judicantes, ut alieno odio alius prægraveretur, penitus delendum esse sancimus: & hujusmodi causam liberis non tantum infantibus, sed etiam quæcumque ætatem agentibus opponi minime concedimus: cum possit sub conditione emancipationis hereditatem suam mater filio derelinquens, & patris odium punire, & juri filii sui minime nocere, nec suam naturam fallere. Satis enim crudele nobis esse videtur, eum, qui non sentit, ingrattum existimari. Dat. 12. Kal. Octob. DECIO V. C. CONS. 529.

An querela transmittatur ad heredem.

34. Idem A. Joanni P. P.

Si quis filium suum exheredatum fecerit, alio scripto herede; reliquerit autem ex eo nepotem [vel] vivum, vel in ventre nurus suæ constitutum; deliberante vero scripto herede filius [exheredatus] decefferit, nulla hereditatis petitione ex nomine de inofficioso constituta, vel præparata, omne adjutorium nepotem dereliquit: neque enim pater nepoti aliquid jus, cum decefferit, contra patris sui testamentum dereliquit: quia postea & adita est ab extraneo hereditas, & supervixit avo pater ejus: ut neque ex lege Velleia possit in locum patris sui succedere, & rescindere testamentum. Et hoc nonnulli Jurisconsulti in medium proponentes inhumane reliquerunt. Sed nos (qui omnes subjectos nostros & nepotes habere existimamus affectione paterna & imitatione) secundum quod possibile est, omnium commodis prospicientes, jubemus, in tali specie eadem jura nepoti dari, quæ filius habebat: etsi præparatio facta non est ad inofficiosi querelam instituendam, tamen posse nepotem eandem causam proponere: & si non heres apertissimis probationibus ostenderit ingrattum patrem nepotis circa testatorem fuisse: testamento remoto, ab intestato eum vocari, nisi certa quantitas patri ejus minor parte legitima relicta est: tunc etenim, secundum novellam nostri numinis constitutionem, repletio quartæ partis nepoti superest, si qua patri ejus competeat; ut perfruat nostro beneficio a vetustate quidem neglectus, a nostro autem vigore recreatus, nisi pater adhuc superstes, vel repudiavit querelam, vel quinquennio tacuit, scilicet post aditam hereditatem. Dat. 3. Kal. August. LAMPADIO & ORESTE CONS. 530.

De libera testamenti factioe concessa. 1. De pactis & transactionibus. 2. De eo, qui simpliciter agnovit, quod sibi datum vel relictum est pro legitima.

35. Idem A. Juliano P. P.

Si quando talis concessio Imperialis processerit, per quam libera testamenti factio conceditur, nihil aliud videri Principem concedere, nisi, ut habeat legitimam, & consuetam testamenti factioem: neque enim credendum est, Romanum Principem qui jura tuetur, hujusmodi verbo totam observationem testamentorum multis vigiliis excogitatum atque inventam velle everti. §. 1. Illud etiam sancimus: Ut si quis a patre certas res vel pecunias accepisset, & pactus fuisset, quatenus de inofficioso querela adversus testamentum paternum minime ab eo moveretur; & post obitum patris filius, cognito paterno testamento, non agnoverit ejus judicium, sed oppugnandum putaverit, veteri jurgio exploso, hujusmodi pacto filium minime gravari, secundum Papiniani responsum, in quo definiit,

1 Filius in suam legitimam imputat quæcumque a patre occasione militiæ (alterius quam silentiariorum. infr. h. t. & l. 9. infr. qui militare) accepit, id est, sortem & ejus redditus. vid. Papon. 1. Not. 7. c. de nullit. 2 Legitimæ non alia imputantur, quam quæ fuerint in bonis defuncti. 3 Militiariorum alie vendi poterant, alie non poterant. 4 Id scholæ placitum vel militum casus dicitur in Nov. 97. c. 6. 5 l. 7. l. 11. infr. de proz. sac. forin. 6 Dixi supr. h. t. 7 l. ult. infr. de silentiaris. l. 12. tit. 16. 8 l. 30. in pr. supr. h. t. 9 d. l. 30. 10 Nota de quarta ab intestato successione l. 8. supr. h. t. Est ea legitimæ (omnibus liberis debet) pars. §. 3. Infr. h. t. debet portio quarta. l. 8. §. 8. ff. h. t. 11 d. l. 30. §. 1. 12 Quæ de institutione & supplemento quartæ dicta sunt, habent locum in quovis testamento, sive scripto. l. 30. sive non scripto. ut hic. 13 Actione ad supplementum legitimæ: & ita pater filium legitimam privare non potest, ut hic, & l. 35. §. 1. infr. h. t. vide tamen Socinam reg. 28. 14 Legitima liberorum (dic idem in legitima patronis debita. l. 21. §. 1. ff. de jur. patron.) gravari non potest conditione, dilacione moræ, modo aut alio quovis gravamine. vid. authent. novissima. supr. h. t. Potest tamen gravari quod est supra legitimam. vid. Papon. 20. Arrêt. 3. n. 3. Pura igitur esse debet legitima a die & conditione ut hic & l. 30. supr. h. t. nisi peculiari quadam ratione testator alterum adjecerit. vid. l. 25. supr. h. t. 15 Hoc breviter dicit, filium non posse gravari in sua legitima. Socin. conf. 97. vol. 3. Ripa ad l. qui Roma. 122. §. duo fratres. 5. n. 42. ff. de verb. oblig. & ad l. in quartam. 91. ad leg. Falcid. Corn. conf. 106. lib. 2. Paris. conf. 36. num. 38. lib. 2. Decium conf. 456. n. 7. Dd. ad l. ex trib. 26. supr. h. t. Limitatur tamen hoc fere duobus modis: Quando onus legitimæ est adjectum in favorem filii. 2. quando est adjectum toti hereditati. Fernand. Valquius in tract. de success. creat. §. 10. n. 199. & 400. §. 30. n. 246. cum seq. Benedict. Capra in regul. consil. 8. Zoannetus rerum quotidianarum c. 14. & qui hanc legem solenniter repetuit Rodericus Xuarez. Mod. 16 Vide ad hunc locum jus novum apud Harm. 5. tit. 9. §. 8. ubi refert, extraneo quidem herede scripto, filium puram habere Falcidiam, id est, non diminutam: alio filio instituto, Falcidiam suam partem cum fratre instituto. 17 Id est, filio, vid. quæ scripti ad l. 34. ff. de pactis. Goth. Vid. F. Valq. de success. resolut. lib. 3. Anf. 18 Pœnam nota heredis nolentis legitimam filio relictam solvere. 19 Vid. quæ notavi ad l. c. infr. de his, quib. ut indignis. 20 Pœna avari. 21 Infans ingratus dici non potest, ut hic. sic alibi, in parvulo nulla deprehenditur culpa. l. 55. in fin. ff. de fideicom. libert. Innocentia consilii in eo est, l. 12. ff. ad leg. Corn. de fideic. 22 Merito hæc Pauli sententia est explosa. Est enim iniquum odio patris filium prægravari. l. 26. ff. de pan. 23 l. 22. infr. de pan. l. 74. ff. de reg. jur. c. 22. de regulis in 6. 24 Ingratus esse qui non potest, exheredari non potest: ideoque nec infans exheredari potest. Er hodie quoque legitimæ causæ esse debent ingrattitudinis. Novell. 115. c. 3. §. 4. quæ nullæ sunt in infante. 25 Mater sub conditione emancipationis potest filium instituire. vid. l. 25. supr. h. t. 26 Consentire ita non videtur, qui ne sentire quidem potest. l. 8. §. 2. ff. de option. legat. nec injuriam fecisse dici potest, quod sensu caret. Infr. si quadrup. pauperem. in fin. pr. Ingrattitudo scientiam & sensum præsupponit atque exigit. 27 Quando transmissio querelæ, quæ competit beneficio hujus legis, locum habeat aut non habeat, vide apud Jason. ad l. cum nota. n. 15. & 19. supr. de transact. Ant. Rub. ad l. pater filium n. 96. ff. hoc tit. Diazium in Regul. 635. Gozad. ad l. qui se patris. col. 4. infr. unde liberi. n. 205. & seq. usque ad n. 217. Vide etiam Socin. jun. conf. 64. n. 12. lib. 2. Menoch. in tract. de arbit. jud. lib. 2. sentent. 2.

cas. 163. n. 4. Mod. 28 Ad intellectum hujus text. vid. Valq. l. 3. de success. resolut. Anf. 29 l. 9. §. 2. ff. de liberis & posthum. l. 6. ff. de injusto, rupto. 30 Id est, ex causa de inofficioso &c. 31 l. 6. §. 2. l. 7. ff. h. t. hoc infra emendatur. 32 Vid. l. Gallus. 29. ff. de lib. & posthum. 33 Ut Papinianus. l. 7. ff. unde liberi. 34 Patres non solum, sed & avi ac omnes ascendentes ex leipsis descendentes liberos diligere præsumuntur. 35 Utique pater meus ab avo meo exheredatus querelam inofficiosi adversus ejus testamentum non præparaverit, & in ea negligentia decefferit, mihi tamen nepoti querela inofficiosi competit. l. pen. in fin. infr. h. t. 36 Heredis scripti est probare liberos juste exheredatos. 37 Vis est ea querela inofficiosi, ut qui ea vicerit, non succedat ex testamento, sed ab intestato. Multum autem interest, an hoc vel illo modo succedatur. Nec enim ab intestato ulla debentur legata. 38 Nepoti non competit querela adversus avi testamentum, si patri minus legitima sit relicta: tunc enim agit ad supplementum legitimæ: proinde non tantum liberis prioris gradus, sed & ulterioris actio ad supplementum legitimæ competit. 39 l. 30. supr. h. t. 40 Id est, veteribus jurisconsultis. 41 Parente querelam inofficiosi repudiante, vel quinquennio taceente (adde de ea transigente, l. 6. supr. de transact.) nullum jus querelæ nepoti competit. Hinc constat quinquennio jus querelæ inofficiosi testamenti, ut hic, & inofficiosa donationis, l. ult. infr. tit. proz. præscribi. An & jus legitimæ vel supplementum quartæ? Bart. ait: Bald. negat: quem interpretes pene sequuntur omnes, negantes hujusmodi jura tolli minori quam triginta annorum spatio, cum ea petantur actione personali, cui triginta tantum annis præscribitur: facit l. 8. infr. de jur. deliber. Doctores Ang. in l. Papinianus. 8. §. ff. conditioni. 10. ff. de inofficio, testam. Alex. 1. conf. 18. & 3. conf. 9. Aretin. in princ. Infr. de inoffic. testam. ubi dicunt communem opinionem esse. Et ita Camera Spirensis judicavit non tantum pro supplemento legitimæ, sed etiam pro ipsa legitimæ jure naturæ debita. Mynsing. 2. observ. 72. vid. Grassium lib. sent. §. leg. quest. 47. vid. Balbum tract. de præscript. 4. parte 3. quest. 23. 42 l. 8. §. 1. l. 15. §. 1. ff. h. t. 43 Vide quæ scripti ad l. 9. infr. de test. ordin. 44 Quomodo intelligatur ista concessio Imperialis condendi testamenta, declarat Bart. ad l. 1. supr. de sacros. eccles. quem refert & sequitur Jason. ibid. n. 20. & ad l. fin. n. 75. ff. de constit. pecun. Felin. ad t. causam, qua n. 10. extr. de rescript. Menoch. de arbit. jud. l. 1. §. 7. n. 40. Mod. 45 Puta libertino, ut is sentus sit, Principe dante libertino liberam testamenti factioem, remittere et tantum videri legem Papiam & edictum Prætoris de bonis liberorum. l. 3. §. 2. ff. de bon. libert. noq. autem inunitatem servandi juris communis. Non enim omnia uno verbo solennia juris remitti. vide Cujac. 8. observ. 32. 46 Princeps verbis generalibus non præsumitur id concedere, quod est iniquum. vide l. pen. supr. de mandat. princ. adde l. 2. §. si quis. 16. ff. ne quid in loco publico. 47 Princeps jura tueri præsumitur. 48 Princeps juris custos. 49 Quæ multis vigiliis excogitata sunt, retinenda. 50 Falcidia vivis adhuc parentibus dari non potest, neque pactioe aut stipulatione ulla tenetur filius ad hujusmodi conventionem habitam servandam. vide s. Harmenop. 9. §. 1. 51 Pater a filio efficaciter pacisci non potest, ne unquam de inofficio conseruet. l. 8. supr. h. t. Paul. 4. sent. §. 8. adde Cujac. ad l. 26. ff. de verb. oblig. Quid si filia renunciavit jurejurando interposito hereditati paternæ? Succedere eam non posse jure Canonico statutum est. c. quomvis. de pactis in 6. vid. tamen Socin. reg. 150. dixi ad l. 3. infr. de collat. 52 Renunciatio bonis paternis tacite hoc promittere intelligitur, si se vivo successio delata fuerit. l. 3. infr. de collat. 53 Nota rationem decidendi.

meritis <sup>1</sup> magis filios ad paterna obsequia provocandos, quam pactionibus <sup>2</sup> adstringendos. Sed hoc ita admittimus, nisi transactiones <sup>3</sup> ad heredes paternos filius celebraverit, in quibus apertissime iudicium patris agnoverit.

§. 2. Et generaliter definimus: quando pater minus legitima portione filio reliquerit, vel aliquid dederit, vel mortis causa donatione, vel inter vivos, sub <sup>4</sup> ea conditione, ut *hæc inter vivos donatio in quartam ei computetur* <sup>5</sup>: si filius post <sup>7</sup> obitum patris hoc, quod relictum vel donatum est, simpliciter <sup>6</sup> agnoverit, forte & securitatem heredibus fecerit <sup>8</sup>, quod ei relictum vel datum est, accepisse, non adjiciens, nullam sibi superesse de repletione questionem: nullum sibi filium facere præiudicium, sed legitimam partem repleri: nisi hoc specialiter live in apocha, five in transactione scripserit, vel pactus fuerit, quod contentus relicta vel data parte, de eo quod <sup>9</sup> deest, nullam habeat questionem; tunc enim, omni exclusa querela, paternum amplecti compelletur iudicium.

§. 3. Quæ omnis factio suas radices extendat non solum ad filium vel filiam, sed etiam ad omnes <sup>10</sup> personas, quæ de inofficio querelam contra mortuorum ultima elogia possunt movere. Dat. Kal. Septemb. LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

De legitima ab initio, vel ex post facto supplenda. 1. De fideicommissi conditionali vel in diem. 2. De tempore hujus actionis, & adendum vel repudianda hereditatis: an querela transmittatur ad heredes.

## 36. Idem A. Joanni P. P.

Scimus antea constitutionem <sup>11</sup> relatam fuisse, qua cautum est; Si pater minorem debita portione filio suo reliquisset; omnimodo, etsi <sup>12</sup> non adiciatur, viri boni arbitrari replevi filio, attamen ipso <sup>13</sup> jure inesse eandem repletionem. Querebatur itaque, si quis rem donatam, vel inter vivos, vel mortis causa, [vel in legatis, <sup>14</sup>] vel in testamento relictam agnoverit, & pro parte sua habuerit: deinde eadem res evicta, vel tota, vel pro parte fuerit; an debeat ex nostra constitutione pars legitima post evictionem suppleri: vel si ex lege Falcidia minuatur legata, vel fideicommissa, vel mortis causa donationes, debeat tamen ex hoc casu supplementum introduci: ne, dum totam Falcidiam accipere heres nititur, etiam totum commodum hereditatis amittat? Sancimus itaque in omnibus istis casibus, five in totum evictio <sup>15</sup> subsequatur, five in partem, emendare vitium, [&] vel aliam rem, vel pecunias restitui, vel repletionem fieri, nulla Falcidia <sup>16</sup> interveniente: ut five ab initio minus fuerit derelictum, five extrinsecus qualicumque causa interveniens aliquod gravamen <sup>17</sup> imponat, vel in quantitate <sup>18</sup>, vel in tempore: hoc modis omnibus repleri, & nostrum juvamen purum filii inferri. Repletionem autem fieri ex ipsa substantia <sup>19</sup> patris, non si quid ex aliis <sup>20</sup> causis filius lucratus est, vel ex substitutione, vel ex jure accrescendi; [ut] puta usufructus: Humanitatis etenim gratia sancimus, ea quidem omnia quasi <sup>21</sup> jure adventitio [eum] lucrati: repletionem autem ex rebus substantiæ [patris] fieri.

§. 1. Cum autem quis, extraneo herede instituto, restituere eum filio suo hereditatem suam, cum moriatur, disposuerit, vel in tempore certum restitutionem distulerit: quia nostra constitutio <sup>22</sup>, quæ antea composita est, omnem dilationem, omnemque moram censuit esse subtrahendam, ut quarta pars pura <sup>23</sup> mox filio restituatur, in hujusmodi specie, quid faciendum sit <sup>24</sup>, dubitatur. Sancimus itaque quartæ quidem partis restitutionem jam nunc celebrari, non expectata nec morte heredis, nec temporis intervallo: reliquum autem, quod post <sup>25</sup> legitimam portionem restat, tunc restitui, quando <sup>26</sup> testator disposuit. Sic etenim filius suam habeat portionem integram, & qualem leges, & nostra constitutio definivit: & scriptus heres commodum, quod ei testator dereliquit, cum legitimo moderamine sentiet.

§. 2. Illud præterea sancimus, ut tempora inofficiosi querelæ ab <sup>27</sup> adita hereditate secundum Ulpiani opinionem currant, Herennii Modestini sententia reculata, qui a morte testatoris illi cursum de inofficio querelæ temporibus dabat: ut non liceat heredi, quando voluerit adire: ne per hujusmodi tramitem interim

1 Meritis & beneficiis filii, non pactionibus ad paterna obsequia adstringendi. Est enim mereri, benefacere, ut in illo versu Virgilii, quique sui memores alios fecere merendo.  
2 Facit l. 3. infr. de collat. ibi. l. vit. D. de suis & legitimis.  
3 Filius, patre mortuo, hereditibus paternis jus quod per querelam inofficiosi consequi potuisset, transactione potest remittere. J. h. t.  
4 Donare liberis pater eo nomine non præsumitur, ut res donatas in legitimam impudent. vid. tamen Socin. reg. 287.  
5 Quamvis in quartam impudent. vid. Grassi lib. sent. §. legitima. quest. 19.  
6 Quid si vivo patre id fiat, patre presente? vid. l. vit. supr. de pact.  
7 Qui simpliciter summam aliquam paternæ hereditatis agnovit, aliis sibi debitis tacite non renunciat. Olim qualicumque agnitio nocebat. l. 8. in fin. supr. l. 12. §. 2. D. h. t.  
8 In generali renunciatione, quam facit filius de bonis paternis, non censetur renunciare supplemento legitimæ, de quo tamen quatenus verum sit, vide Rip. ad l. 1. n. 69. de vulg. pupill. substit. Socin. Reg. 286. Diaz. Reg. 212. Cagn. ad l. jure sanguinis. n. 6. D. de reg. jur. Decum cons. 300. n. 5. & cons. 304. n. 9. & cons. 505. n. 3. item cons. 525. n. 4. Socin. jun. cons. 122. col. fin. & latissime Paril. cons. 9. n. 5. l. 3. & cons. 43. n. 31. h. t. l. 3. Mod.  
9 Quod legitimæ deest, pacto & transactione remittere possimus.  
10 Descendentes, ascendentes. l. 1. D. h. t. & collaterales certis gradibus. vid. Grassi lib. sent. §. legit. quest. 39.  
11 l. 30. in princ. supr. h. t.  
12 §. 3. Infr. h. t. C. Theod. 19. l. 4.  
13 Supplementum legitimæ fit ipso jure, ut hic. Eius tamen adquisitio non fit nisi per agnitionem. Ead. l. e. dummodo filius supplementi beneficio velit uti. Accurf.  
14 l. 30. in fin. pr. supr. h. t.  
15 Legitima fit per evictionem deminuitur, ad ejus supplementum potest agi.  
16 Falcidia non minuit legitimam, id est, Falcidia non potest detrahi ex eo quod est relictum pro legitima. Hæc illa potentior est. Hæc liberis magis debetur, quam illa heredi. Grassi lib. sent. §. legit. quest. 6.  
17 Legitima gravari nullo modo potest. Auth. Novissima. §. l. 30. supr. h. t. vid. Grassi lib. sent. §. legit. q. 18. pacto etiam tolli non potest. l. 35. §. 1. 3. h. t. At consuetudine, vel statuto forte potest minui vel tolli? Augeri potest. vid. Grassi 16. quest. 42. num. 5. non potest tolli. Minui potest, sed tamen moderate. Eamque sententiam velut communem admittit Spretus sententia. Andr. Gall. 2. obs. 122. num. 11. Quin, quamvis statuto possit feudum ad agnatos deseri, licet tamen eo casu filiabus agere ad alimentum & dotem, quæ liberis, jure naturæ incommutabili, debentur. vid. Wurmier. l. Præf. 39. c. 10. & breviter, Statutum est iniquum, quod ita legitimam liberorum minuit, ut quod ejus sit legitimæ vice non relinquat. Gall. d. l. n. 13. & seq. Quid si liberi aliunde quam ex bonis paternis habent, unde vivere & se alere possunt? Joannes Cyprianus, Covarruvias, Valsquius, & Grassi lib. sent. §. legit. q. 42. num. 2. ajunt, eo casu statuto posse omnimodo legitimam tolli: quod tamen minus probandum videtur. Vix est enim ut statutum, & sic jus civile, dici mereatur, per quod jus naturæ impugnetur. Quid? potestne parens actu inter vivos legitima liberis defraudare? Donatione non potest. vid. infr. de inoff. donation. l. 8. infr. de revocandis donationibus. nec delicto l. 7. in fin. princ. ff. de bonis damn. nisi certis casibus. vid. l. 5. §. ad l. Jul. majest. Potestne lusu? sic sentio, & ludentis animum & ludi qualitatem & modum substantiæ deperditæ spectari oportere. Potest esse patri animus liberis nocendi: potest esse & alicubi ludus, non improbat: potest una alea universa patris substantia disperdi atque everti. Quid contractu? utique: nisi manifestam in liberorum fraudem, cum tertio colludente, initus a patre sit contractus. Quid si cum legitimo emptore contractum est? venditio jure revocari non poterit, ne quidem ad legitimam usque: sed tamen ex æquo & bono dicendum aliud videtur in l. non usque. 2. ff. si a parente quis. Claro 4. sent. §. dona-

filium defraudetur debito <sup>28</sup> naturali. Sancimus itaque, ubi testator decesserit alio scripto herede, & speratur de inofficio querela: necessitatem <sup>29</sup> habere scriptum heredem, si quidem prætor est in eadem commanens provincia intra sex mensium spatium: sin autem seorsum utraque pars in diversis provinciis degit, tunc intra annale tantummodo spatium simili modo per continuum a morte testatoris numerandum, omnimodo adire hujusmodi hereditatem, vel manifestare suam sententiam, quod hereditatem minime admittat: expeditus etenim ita tractatus inducitur filio memoratam movere querelam. Sin vero scriptus heres intra statuta tempora minime adierit: per officium quidem iudicis heredem scriptum compelli hoc facere: in medio tamen tempore, id est, a morte quidem testatoris, sed ante aditam hereditatem, si decesserit filius, hujusmodi querelam (licet se non præparaverit <sup>30</sup>) ad suam posteritatem transmittet: ad extraneos vero heredes tunc tantummodo, quando antiquis libris <sup>31</sup> insertam faciet præparationem. Dat. Kal. Sept. Constantinop. post consulationem LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

## De quasi castrensi peculio.

## 37. Idem A. Joanni P. P.

Cum antiquis legibus declaratum est, Ut militaria <sup>32</sup> testamenta de inofficio querelam evadant: multi alii casus emergunt, in quibus dubitationes exortas sopiri necesse est. In castrensis etenim peculii introducta est & alia subdivisio, & peculii triplex <sup>33</sup> invenitur causa. Vel enim paganum est peculium, vel castrense, vel quod medietatem inter utrumque obtinet: quod quasi castrense nuncupatur.

† In tali igitur peculio, quod quasi castrense appellatur, quibusdam <sup>34</sup> personis licentia conceditur condere quidem testamenta, sed non quasi militibus quo <sup>35</sup> voluerint modo, sed communi & licito & consueto ordine observando, quemadmodum constitutum fuerat in Proconsulibus, & <sup>36</sup> Præfectis legionum, & Præsidibus provinciarum, & omnibus <sup>37</sup> generaliter, qui in diversis dignitatibus, vel administrationibus positi a nostra consequuntur manu, vel ex publicis familiaris quædam largitates. † Sed hæc quidem personæ testamenti faciendi habent potestatem in <sup>38</sup> ipsis tantummodo peculii, quæ jam enumerata sunt, id est, quasi castrensis. † Sed & Veterani, qui tempore quidem militiæ sibi peculium acquisierunt, militiam autem depofuerunt; testari, licito tamen modo, non prohibentur. In his itaque omnibus quasi castrensis peculii dubitatur, si <sup>39</sup> contra hujusmodi testamenta de inofficio querelam extendi oporteret: Sed prior quæstio erat, si omnes, qui quasi castrense peculium habeant, testari in hoc possint: quia non omnibus passim, sed quibusdam personis hoc privilegii loco concessum est: quia militibus <sup>40</sup> quidem & veteranis testamenta facere in castrensi peculio undique concessum fuerat: sed militibus quidem in <sup>41</sup> expeditione constitutis jure suo, veteranis autem jure communi: de aliis autem personis omnibus, quæ non per speciale privilegium hoc acceperunt, si possint testari, dubitatum fuerat: ut puta <sup>42</sup> viris disertissimis patronis causarum <sup>43</sup>, virisque devotissimis Memorialibus, & Agentibus in rebus, necnon Magistris studiorum liberalium, Archiatris <sup>44</sup> quoque & [aliis] omnibus omnino, qui familiaria vel stipendia percipiunt publica. §. 1. In his itaque omnibus sancimus, (quia ad imitationem peculii castrensis quasi castrense peculium supervenit) omnes, qui tale peculium possident, super ipsis tantummodo rebus, quæ quasi castrensis peculii sunt, ultima condere (secundum <sup>45</sup> leges tamen) posse elogia: hoc nihilominus eis addito privilegio, ut neque <sup>46</sup> eorum testamenta inofficiosi querela expugnentur. Si <sup>47</sup> enim patronus <sup>48</sup> adversus res, quas libertus ejus ex castrensibus acquisivit, sui juris indubitanter constitutus, etsi præteritus fuerit ab ingrato liberto, tamen contra hujusmodi peculium contra tabulas bonorum possessionem non habet secundum veterum legum functionem: quemadmodum oportet præfata peculia, quæ ad instar castrensis peculii introducta sunt, de inofficio querelæ esse supposita. §. 2. Sed hoc obtinere oportet, donec in sacris parentum suo-

tion. quest. 24. vers. Et hæc quidem: & Grassi lib. sent. §. legitima. quest. 14. num. 4. ubi uterque refert, hunc casum Cæsaræa decisione indigere. Equo igitur jure consuetudo Patris alienationem bonorum ab ascendentibus acceptorum a parentibus factam liberorum causa rescindit. 18 Quomodo aut quando id fiet? Gravamen quantitas tollitur per supplementationem temporis, per representationem. 19 l. 8. §. 11. D. h. t. id est, patrimonium, rebus hereditariis. 20 Duobus modis hæc sententia potest intelligi: Primo, Bona patri relicta ea lege ut ad substitutum filium deferrentur, non cogi filium imputare in suam legitimam. Idem dicendum, si usufructus patri legatus; proprietatem enim filio accretis non imputatur in ejus legitimam. Altero, Bona, in quibus filius a patre substitutus est, aut qua jure accrescentis accepit a coheredibus suis paternis, ei non imputatur in legitimam: sed hujusmodi bona eum quasi jure adventitio lucrari. Quæ adventitio jure filius adquisit, ea in ejus legitimam non imputantur. 21 Id est, aliunde quam ex paternis bonis. 22 Vid. l. 32. supr. h. t. 23 Legitima liberorum pura esse debet. Purum est, quod sine die, sine conditione debetur: qua de re vid. Grassi lib. sent. §. leg. quest. 35. 24 Querelæ inofficiosi movenda tempus quinquennio tollitur: idque non a morte testatoris currit, sed ab adita hereditate per scriptum heredem. Synops. Bassi. 39. tit. l. cap. 53. & 6. Harmen. 6. §. 5. 25 Non ultra: ut sit sensus: Quantumvis conjunctum heredem, coheredi non præstare legata supra portionem legitimam. 26 Sensus est: De fideicommissi universali relicto filio sub conditione, vel in diem usque ad legitimam sibi delatam detrahi conditionem vel tempus: ad inde conditionem & tempus expectari. 27 Non ante. l. 8. §. 10. D. h. t. & ita tempus querelæ incipit currere ab adita hereditate. 28 Observa diligentissime, legitimam esse aliquam, quæ jure naturæ debita sit. Quidam enim negant in toto jure civili fieri mentionem legitimæ jure naturali debite. adde Novell. 1. in pr. §. 2. 29 Tempus scripto heredi statutum ad adeundam hereditatem defuncti, hoc est, ut si in eadem fit provincia, hereditatem adire debeat intra sex menses: si in alia, intra annum continuum a morte testatoris. Quod si intra id spatium non adeat, adire cogatur officio iudicis. Synops. Bassi. d. c. 53. in fin. 30 Querela etiam non præparata transmittitur ad heredes suos. 31 Vid. l. 7. D. h. t. 32 l. 9. l. 24. supr. h. t. l. 50. supr. de Episcop. & Clericis. 33 Peculii triplex causa. Aliud paganum, aliud castrense, aliud quasi castrense. 34 l. vit. infr. qui testam. §. vit. Infr. de milit. testam. 35 Militis possunt testari, quo voluerint modo. vid. l. 15. infr. de test. milit. Infr. de milit. testam. 36 Et prælidum legatis. Continuo. Proconulium legatis. Cujac. in Notis Infr. de milit. testam. Movetur non esse hic legendum, præfectis legionum, ex eo quod præfecti legionum militent. l. 2. in pr. ff. qui testant. ac proinde nihil causæ sit, ut eis jus quasi castrense tributur. Placent, qui ita legunt, Consulibus, Proconsulibus, Legatis & Præsidibus &c. 37 Quasi castrensis peculii jus quibus datum sit observare. 38 De quasi castrensi peculio suo filifamilias testari possunt, l. vit. infr. qui testam. 39 Id est, an. 40 Testari de castrensi peculio militibus, & veteranis licet. 41 Militari privilegio testantur milites in expeditione. 42 Quasi castrense peculium patronis, memorialis agentibus in rebus, magistris studiorum liberalium, archiatris & aliis qui familiaria vel stipendia percipiunt publica, datum est. 43 Theoph. §. vit. Infr. de milit. testam. 44 De Archiatris dixi in l. 9. & 10. infr. de professor. & medicis, lib. 10. tit. 52. 45 Vid. l. 35. supr. h. t. 46 Adde l. 9. l. 24. supr. h. t. 47 Vide Everardum in Topicis, in loco, a legitima patronis, ad legitimam filii 72. Vid. ad hunc locum Cujac. 8. observ. 32. adde l. 3. §. 6. D. de bon. libere.

rum constituti sunt hi, qui quasi castrense peculium possident: Si enim sui juris efficiantur: proculdubio est, eorum testamenta, & pro ipsis rebus quas antea ex quasi castrensi peculio habebant, posse de inofficioso querelam sustinere: cum neque nomen peculii permanet, sed aliis rebus confunditur, & similem fortunam recipit, quemadmodum & cetera res eorum, quae in unum congregantur, ex omnibus patrimonium. Dat. Kal. Sept. Constantinop. post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. anno secundo 532.

TIT. XXIX.

DE INOFFICIOSIS & DONATIONIBUS.

Si mater filiis, vel extraneis donaverit.

1. Imp. PHILIPPUS A. Nicanori & Papianae.

SI (ut allegatis) mater vestra ad eludendam inofficiosi querelam, pene universas facultates suas, dum ageret in rebus humanis, factis donationibus, sive in quosdam liberos, sive in extraneos exhaust: ac postea vos ex duabus uncis fecit heredes, easque legatis & fideicommissis exinanire gestivit: non injuria juxta formam de inofficioso testamento constitutam subveniri vobis, utpote quartam partem non habentibus, desideratis. PP. 14. Kalend. Septembr. PHILIPP. A. & TITIANO CONSS. 246.

Si pater filio in potestate, vel emancipato donaverit.

2. Imp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. Acrae.

SI pater omne patrimonium suum imperu quodam immensa liberalitatis in filium effudit, aut in potestate [ejus] is permansit: & arbitri familiae eriscunda officio congruit, ut tibi quartam [partem] debita ab intestato portionis praestet incolumem: aut si emancipatus is fuit, [&] quia donatio non indiget alieno adminiculo, sed suis viribus nititur juxta constitutiones, is, qui provinciam regit, ad similitudinem inofficiosi testamenti querela, auxilium tibi aequitatis impertiet. PP. 6. Kal. Aug. MAXIMO II. & GLABRIONE CONSS. 257.

De testato, vel intestato.

3. Iidem AA. Heliano.

PRECIBUS quidem tuis proposita rescripta eos parentes denotant, qui [cum] testamento facto vivi patrimonium suum immensis donationibus exinanissent, inane nomen heredum liberis reliquerunt: sed ad intestatos quoque eadem ratio aequitatis extenditur. PP. 10. Kal. Novembr. ipsi IV. & III. AA. CONSS. 258.

Si sit locus restitutioni in integrum.

4. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Aristinae.

SI filius tuus immoderate liberalitatis effusione patrimonium suum exhaust: Praesidis provinciae auxilio uteris: qui discussa fide veri, si in integrum restitutionem ex filii persona tibi competere ob improbabilem donationis enormitatem animadverterit; in removendis his, quae perperam gesta sunt, tibi subveniet: ideoque non est tibi necessarium adversus immodicas donationes auxilium ad instar inofficiosi testamenti. Dat. 6. Id. Febr. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De donatione in filios emancipatos collata, & de liberis supervenientibus.

5. Iidem AA. Cottabeo.

SI totas facultates tuas per donationes vacuas fecisti, quas in emancipatos filios contulisti: id, quod ad submovendam inoffi-

ciosi testamenti querelam non ingratis liberis relinqui necesse est: ex factis donationibus detractum, ut filii, vel nepotes postea ex quocunque legitimo matrimonio nati, debitum bonorum subsidium consequantur, ad patrimonium tuum revertetur. Dat. 2. Kal. Mart. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De eo, qui voluntatem agnovit. De restitutione in integrum. De legitima portione.

6. Iidem AA. Demetrianæ.

CUM donationibus in fratrem tuum collatis facultates patris tui exhaustas esse, eundemque patrem vestrum ea, quae superfuerant, codicillis inter vos divisisse proponas, si voluntatem ejus non agnovisti, nec beneficio aetatis adversus hanc juvari poteris, nec tantum dos a patre data, & fideicommissum continent, quantum ad summovendam querelam sufficiat: de enormitate donationum ad exemplum inofficiosi testamenti Praeses provinciae jurisdictionis suae partes exhibebit. PP. Kal. Maji, CONSS. ut supra 286.

Quatenus donatio revocatur.

7. Iidem AA. Ammiano.

SI mater tua patrimonium suum ita profunda liberalitate in fratrem tuum evisceratis opibus suis exhaust, ut quartae partis dimidium, quod ad excludendam inofficiosi testamenti querelam adversus te sufficeret, in his donationibus, quas tibi largita est, non habeas: quod immoderate gestum est, revocabitur. PP. 5. Id. Maji, Confl. ut supra 286.

De eo, quod uxor a marito sibi donatum filio communi donavit.

8. Iidem AA. Auxanoni.

SI liqueat, matrem tuam intervertendae quaestioni inofficiosi causa patrimonium suum donationibus in unum filium collatis exhaustis, cum adversus eorum cogitationes, qui consilii supremum iudicium anticipare contendunt, & actiones filiorum exhauriunt, adiuta querelae ratio deposcat: quod donatum est, pro ratione quartae ad instar inofficiosi testamenti convicti diminuetur. §. 1. Nam quod uxor a marito in se matrimonii tempore donationis causa collatum, emancipato filio communi, consentiente domino donavit, velut ex bonis patris (de cujus substantia prohibente matrimonio non potuit exire) datum accipi, rationis est: in cujus bonis, si idem consilium & eventus comprehendatur, lex, quam de patrimonio matris ediximus, observabitur. PP. 3. Id. Sept. CC. CONSS. 294.

De tempore querela.

9. Imp. CONSTANTIUS A. & JULIANUS Caes. Olybrio.

NON convenit dubitari, quod immodicarum donationum omnibus querela ad similitudinem inofficiosi testamenti legibus fuerit introducta: ut sit in hoc actionis utriusque vel una causa, vel similis existimanda, vel idem utriusque moribus. Dat. 14. Kalend. Jul. TAURO & FLORENTINO CONSS. 361.

TIT. XXX.

DE INOFFICIOSIS DOTIBUS.

1. Imp. CONSTANTIUS A. ad Maximum Praesidem Ciliciae.

CUM omnia bona a matre tua in dotem dicantur exhausta, [leges] legibus concordare promptum est: ut ad exem-

1 Peculium proprie dicitur is habere, qui sui juris non est: itaque sui juris factus quod antea peculium erat castrense, vel quasi, peculium esse definit: adde quae scripsi ad l. 1. §. 22. D. de collat. 2 Mutato statu personae, rei status mutari convenit. 3 Cessante nomine, cessat privilegium nominis. 4 Novell. 92. §. 41. Synops. Basil. 5. §. 2. C. Th. 20. vid. Cujac. 5. obsery. 14. Ad hujus Tituli leges prope singulas vide Anton. Fab. 3. Conjectur. 17. 5 Qui universas pene facultates donat, inofficiose (respectu liberorum) donat. 6 Ad intervertendam inofficiosi querelam parens suum patrimonium exinanire cuius donando non potest. l. 87. §. 3. D. de leg. 2. adde l. 16. in fin. D. de jure patron. 7 In eo differt hic titulus a superiore. 8 Quando detur querela inofficiosa donationis vide per Jalonem ad l. emancipata. in fin. infr. qui admittit. §. ad l. cum nota. n. 14. supr. de transact. porro an possit pater pro libito disponere de bonis suis; & majorem dotem uni filio assignare quam alteri, quaeque alia sunt his similia, de iis vide Dec. conf. 26. 39. 277. 392. §. 547. Alexand. conf. 33. l. 4. Baldum Novellum in tract. de Dote in 6. part. vers. praedicta conferunt. in 17. privul. Mod. 9 l. 2. infr. h. t. vid. Clar. 4. sent. §. donatio. q. 24. 10 Immensa donatio inter vivos, a quovis parente cuius facta revocari potest a donatoris liberis. 11 d. §. 3. 12 Donatio facta a patre filio in potestate, non valet, vid. tamen Socin. reg. 103. Valet igitur facta filio emancipato, vel a matre facta, vel filio naturali, vel filio conjugis, si loci consuetudine conjuges pro emancipatis habeantur: valet praeterea donatio si confirmetur morte. vid. Covar. 2. variar. resol. 4. 13 Quartam portionem debita ab intestato obsequia, quae est alia a portione debita omnibus liberis ab intestato. Hec, ut ita dicam, stirpis & descendentium simul conjunctorum est: illa singulorum capitum sive singulorum personarum vel singulorum liberorum est. 14 Nihil refert, donatio inofficiosa a parente facta fuerit extraneo, vel uni ex suis in potestate posito, vel emancipato. l. 5. infr. h. t. 15 Vid. Cujac. 13. obsery. 33. 16 Donatio inter vivos immensa revocatur, ad similitudinem inofficiosi testamenti, ut hic. 17 Inane nomen heredis habetur, cum hereditas relinquatur immensis donationibus exhausta. 18 Testati causa ad intestati causam ex aequo & bono productur. 19 Sive parens mortuus sit testatus sive intestatus, revocari potest ejus immensa donatio. 20 Parentibus licet revocare immensas donationes a liberis factas. 21 Adversus donationem immensam, Praesides solent restituere, non ipsi principes. 22 Querela inofficiosa donationis non competit adversus inofficiosam donationem, si adversus eam donationem restitutionem in integrum impetrari potest, atque ita restitutionis in integrum subsidium haec erit actio. 23 Neque possibile. Accurs. Bald. 24 Sensus est: Ut ad revocandum inofficiosum testamentum, sic & ad donationes inofficiosas a Praeside restitui sufficiat. 25 l. 2. supr. h. t. 26 Inofficiosa donatio propter liberis revocatur, non in universum, sed ad finem legitimae liberis debite, ut hic. Cur non in solidum? Quod licet patri per testamentum, hoc eidem licet per contractum. Testamento autem plus legitima relinquere non cogitur. Quid? ipse pater poteritne a donatario eatenus donationem revocare? Quidam ita putant: Baldus negat: ne alioqui tempore plus petatur: proinde a donatoris liberis donationem eatenus revocari: ejusque partis dominium ad ipsius donatoris patrimonium reverti, ut hic. 27 Hinc in eo disputant interpretes, totaue donatio supervenientibus liberis revocatur, an usque ad legitimam tantum? de quo vide late Bartol. ad l. Titia. §. Imperator. num. 6. de legat. 2. Jalonem ad Auth. si qua mulier. num. 6. §. de sacros. eccles. Decium ad l. 3. n. 4. §. de pact. Rip. ad l. si unquam. quest. 49. J. de revocand. donat. Ant. Rub. ad d. l. Titia. §. Imperator. num. 106. §. 186. Didacum Covarruviam lib. 1. variar. resol. c. 19. Molinæum in tract. de inoff. & Rainaldum Corsum lib. 2. indagat. c. 26. Mod. 28 Parens immensam donationem a se factam propter liberis revocare potest. Liberi tamen non censentur, qui sunt ingrati. Possis etiam colligere, Ingratis liberis non permitti donationem a patre factam revocare. 29 Subaudi, patre eorum mortuo, propter natum nepotem, parens inofficiosam donationem revocare potest. Possis etiam colligere: Suis, etiam secundi gradus & ulterius

jus revocandae immensa patrum donationis competere. 30 Propter illegitimos liberos parens donationem factam revocare non potest. Possis etiam colligere, Illegitimis liberis jus revocandae donationis paternae non competere. 31 Legitima portio debium bonorum subsidium, ut hic: debitum Novell. 18. νομιμον μετρίον, λάχρον περισσοτέρον. Subsidium dicitur, quia iudicium patris lex supplet: Debitum vero subsidium, quia vel jure nature debetur. l. 36. §. 2. supr. de inoffic. testam. Hinc etiam colligunt, Donationes inofficiosas, non in solidum, sed ad finem tantum modumque legitime revocari: idque etiam in l. 2. l. 8. hoc titulo. Immo totum, quidquid largitus est parens, id revocare potest, & ad ejus patrimonium revertitur. l. 8. infr. de revocandis donation. Solve, Multum interest pater extraneis donaverit, an filiis quibusdam. Multum etiam refert, donaverit ante liberis susceptos, vel post. Didca lex octava locum habet in donatione ante liberis susceptos, & extraneis facta. Hae lex & lex 8. §. h. t. & lex 87. §. 3. D. de legat. 2. agunt de donatione propriis liberis facta, & fortassis in defectu seu decrepita prolixitate. Licet autem superiores leges ita possint conciliari; vide tamen Cujac. Novell. 92. Papon. 1. Notar. 6. cap. des donations, fol. 357. 358. Notabis interim, Inofficiosas donationes in eo differre ab inofficioso testamento: quod in hoc donata revocentur in solidum: In illis autem id tantum rescindatur & revocetur, quo portio debita liberis minuitur. 32 Qui iudicium defuncti post mortem ejus comprobavit, qui divisioni bonorum a patre facta minor consentit, qui tantum in dote aut fideicommissis habet, quantum valet legitima, donationes a patre cuius factas non revocat. Hanc igitur querelam excludit agnitio seu comprobatio voluntatis defuncti, alia actio, legitima adeptio, ut hic. Quid si legatum agnovit? Non excludit hac querela, nisi renunciandi vel compensandi animo agnovit, vel si querela excludi dixerit, poterit addere, jure ad supplementum agendi non excludi. Bald. 33 l. 2. in fin. supr. h. t. 34 Ex hoc loco legem 87. §. 3. in fin. D. de leg. 2. expone. 35 Collatas donationes in liberis liberi postea suscepti non revocantur in solidum: sed pro ratione Falcidia tantum. d. §. 3. l. 5. supr. l. 8. infr. h. t. 36 Donatio inofficiosa revocatur quatenus, aut ea tantum parte, qua inofficiosa est. 37 Donatio inofficiosa in fraudem ejus, quod in testamento liberis coguntur parentes relinquere, fieri non debet. 38 Vid. l. 9. infr. h. t. l. un. infr. tit. prox. 39 Constante matrimonio vir uxori donare non potest. 40 Dominium rei a marito uxori donatae constante matrimonio ab ipso marito non discedit. l. 6. infr. de don. int. vir. 41 Uxores maritos solebant appellare dominos. Potest etiam dominus appellari, rei respectu, ut infr. dicam. 42 Si uxor rem acceptam a marito constante matrimonio alii donaverit, non tam ipsa, quam ipse maritus donasse intelligitur. Argue ita, non donat is modo, qui verbis donat, sed qui consentit. Unde colligas, in hujus generis donationis insinuatione non loquentis, sed consentientis praesentiam & nomen requiri. 43 Male quidam legunt, patrimonio. 44 d. l. un. C. Th. h. t. lib. 2. tit. 20. 21. 45 Argumentum seu extensio inofficiosi testamenti ad inofficiosam donationem: inofficiosi testamenti, & inofficiosa donationis similitudo haec est, ut adversus ea competat querela. 46 C. Theod. 2. tit. 20. 21. 47 Querela inofficiosi quinquennio expirat. l. 34. in fin. l. 36. §. 2. supr. de inoffic. testam. ergo & inofficiosa donationis, quae ei exequata, ut hic. 48 Id est, condicione. Quid? Inofficiosum testamentum revocari posse certum est a tribus defuncti certis calibus, l. 21. supr. tit. prox. Poteritne ergo iidem calibus revocari inofficiosa inter vivos donatio a fratre facta? Puto id esse aequum, qua de re alibi dicam plenius. 49 L. 2. C. Theod. 21. adde quae not. ad tit. Si adversus dotem supr. Dos inofficiosa quando dicatur, vid. apud Campegiu tract. de dote parte 1. quest. 55. 50 l. 1. C. Theod. h. t. 51 Dos omnium bonorum propter liberis postea natos aut legitimatos, adde l. 29. §. 1. D. de inoffic. testam. revocari potest: non in solidum, sed pro ratione legitima. in fin. infr. h. t. Nam quae jam liberis habet, non potest, nisi certa quantitate, dotem secundo marito constituere. l. 6. infr. de secund. nupt. 52 Dotis inofficiosa, & testamenti inofficiosi, ut hic: & inofficiosa donationis similitudo. ut l. un. supr. tit. prox.



plum inofficiosi testamenti adversus dotem immodicam. exercenda actionis copia tribuatur, & filiis conquerentibus emolumenta debita conferantur. Dat. 4. Kal. Junii, TATIANO & CEREALE CONSS. 358.

TIT. XXXI. DE PETITIONE HEREDITATIS 3.

De fisco & privatis. I. De usuris & fructibus.

1. Imp. M. AELIUS ANT. A. Augurino Proconsuli Africæ. Senatusconsultum 4 auctore Divo Hadriano avo meo factum, quo cautum est, quid & ex quo tempore evicta 5 hereditate restitui debeat, non solum ad fisci causas 6, sed etiam ad privatos hereditatis petitores pertinet. §. 1. Usuras 7 vero pecuniarum ante litem contestationem ex die venditionis 8 hereditarium rerum ab eo factæ, qui antea possidebat, collectas, nec non etiam fructus bonæ fidei possessores reddere cogendi non sunt, nisi ex his locupletiores 9 extiterint. Post 10 litem autem contestatam, tam fructus [non] venditarum rerum, non solum quos perceperunt, sed 11 etiam quos percipere poterant, quam usuras pretii rerum ante litem contestationem venditarum, ex die contestationis 12 computandas, omnimodo reddere compellantur. PP. 6. Kal. Febr. CLARO & CETHGO CONSS. 171.

De emptore hereditatis & fructibus.

2. Imp. SEVERUS & ANTON. AA. Marcello militi.

SI post motam controversiam Meneçratis bonorum partem dimidiam Musæus ab herede scripto questionis illatæ 13 non ignarus comparavit: tam ipse quasi malæ fidei possessor, quam heredes 14 ejus fructus restituere coguntur. Si vero venditionem lite 15 antiquiorem 16 esse, liquido probetur, ex eo die fructus 17 restituantur, ex quo 18 lis in iudicium deducta est. Fructibus 19 enim augetur hereditas, cum ab eo possidetur, a 20 quo peti potest. Emptor autem, qui proprio 21 titulo possessionis munitus est, etiam 22 singularum rerum jure convenitur. Dat. Kalend. Jul. SEVERO A. II. & VICTORINO CONSS. 201.

De exceptione rei judicatæ.

3. Idem AA. Epictetidi [P.]

HEREDITAS materteræ petita non 23 infringit alterius hereditatis petitionem, quæ venit ex 24 alia successione. Sed & si questionis titulus prior inofficiosi 25 testamenti causam habuisset: judicatæ rei præscriptio non obstat eandem hereditatem ex alia causa vindicanti. PP. 5. Id. Aug. GETA & PLAUTIANO CONSS. 204.

De compensatione.

4. Imp. ANTON. A. Vitaliano.

IN restituenda hereditate compensatio ejus habebitur, quod te in mortui infirmitatem 26, inque sumptum funeris 27 bona fide ex proprio tuo patrimonio erogasse probaveris. PP. Kal. Mart. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

5. Idem A. Posthumiæ.

DE 28 hereditate quam bona fide possidebas, si contra te pronunciatum est: in restitutione ejus detrahetur, quod creditoribus ejusdem hereditatis exolvisse 29 te bona fide probaveris: nam repeti a creditoribus, qui suum 30 receperunt, non potest. PP. 6. Kal. Junii, ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De avo nomine nepotis hereditatem petente a tutoribus, quos non jure datos esse contendit.

6. Imp. ALIEX. A. Firmino.

SI putas 31 non jure tutores datos nepotibus tuis, eo quod eos dicas in tua esse potestate: petere ab his hereditatem filii tui eman-

paciti 32 non moreris, cujus commodum ad te pertinere dicis, judice statuto, an a Prædialibus actis discedendum sit, qui eis tutores dedit, cum in tua potestate negarentur esse. PP. 10. Kal. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De usucapione, & longi temporis præscriptione.

7. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Restituta.

HEREDITATIS petitionem, quæ 33 adversus 34 pro herede, vel [pro] possessore possidentes exerceri potest, præscriptione 35 longi temporis non summoveri, nemini incognitum est: cum mixtæ personalis actionis ratio 36 hoc respondere compellat. A cæteris autem tantum specialibus in rem actionibus, vindicare posse manifestum est, si non agentis intentio per usucapionem, vel longum tempus explora sit. PP. 11. Kalend. August. CC. CONSS. 294.

De statu testatoris inquirendo.

8. Idem AA. & CC. Hæsterio.

LIBER necne fuerit testator 37, ante 38 omnia disquiri debet cum 39 hereditas petitur. Dat. 4. Kalend. April. CC. CONSS. 300.

Si scripti heredes repudiaverint.

9. Idem AA. & CC. Demophilæ.

SI scripti heredes delatam sibi successionem cognati [tui] repudiaverunt 40, & hanc honorario, vel civili jure quaesisti: res hereditarias, quæ in eadem causa durant, hereditatis petitione vindicare potes. Dat. 3. Kal. Decembr. Nicomediæ, CC. CONSS. 300.

Si filiusfam. hereditatem per longum tempus detinuit.

10. Idem AA. & CC. Theodosiano.

SI filiusfamilias delatam sibi hereditatem per longum 41 tempus detinuit: eo ipso (utpote 42 agnita hereditate) patri suo ejus commodum acquisisse videtur 43. Dat. 13. Kal. Jan. CC. CONSS. 300.

An possessor cogatur titulum suæ possessionis dicere.

11. Imp. ARCAD. & HONOR. AA. Hæternali proconsuli Asiæ.

COGI 44 possessorem ab eo, qui expetit, titulum suæ possessionis dicere, incivile est, præter 45 eum [scilicet,] qui dicere cogitur, utrum pro possessore, an pro herede possideat. Dat. 12. Kal. April. ARCADIO IV. & HONORIO III. AA. CONSS. 396.

De præjudicio. 3. De bona fide.

12. Imp. JUSTINIAN. A. Juliano P. P.

CUM hereditatis petitioni locus fuerat, exceptio adfumbatur, quæ tuebatur hereditatis petitionem, ne fieret ei præjudicium. Magnitudo 46 etenim & auctoritas centumviralis 47 judicii non patiebatur, per alios tramites viam hereditatis petitionis infringi. Cumque multæ varietates & controversiæ veterum exortæ sint, eas certo sine concludentibus, sancimus 48: Si quis hereditatis petitionem [vel susceperit 49] vel suscipere sperat, vel movere: alius autem superveniens, vel ex deposito, vel ex commodato, vel ex legato, vel ex fideicommissio, vel ex aliis causis inquietare, vel reum, vel agentem ex persona defuncti crediderit sibi esse necessarium: si quidem pro legato, vel fideicommissio hoc faciat, rem expeditæ questionis esse, cum possit scriptus heres cautione 50 interposita non differre hanc repetitionem, sed recte exigi, vel legatum, vel fideicommissum sub ea cautela, vel satisfactione pro qualitate personarum. Quod si 51 non obtinuerit ejus jura, restituit legatarius, vel fideicommissarius ei datam pecuniam cum usuris ex quarta 52 centesimæ parte currentibus, vel agrum cum fructibus quos percepit 53, vel domum cum pensionibus: scilicet in utroque eorum expensis antea necessariis 54 & utilibus deductis: vel, si ipse 55 maluerit litem quidem contestari, expectare autem hereditatis petitionis eventum, hoc ei liceat facere, ut restitutio, si competeret, cum legitimis augmentis 56 legatario, vel fideicommissario accedat. §. 1. Sin autem ex

1 Id est, Falcidia, quarta, legitima. ut l. 5. supr. tit. prox. ibi. debitum bonorum subsidium. 2 An filius gravatus in legitima possit agere querela inofficiorum dotis constante matrimonio. vid. Athletum decis. 86. Socin. conf. 16. Anton. Rub. ad l. Titia. §. Imperator. num. 22. D. de leg. 2. Mod. 3 L. 5. D. 3. 2. C. Theod. 22. vid. Oldendorp. class. 5. ad. 5. Ea est generalis patri- monii vindicatio, quæ dari heredi scripto, & ab intestato, adversus eum, qui pro herede vel possessore possidet. 4 Nota de SC. Hadriani. l. 17. l. 20. §. 6. l. 25. §. 19. D. h. t. §. d. l. 17. 6 d. l. 20. §. 9. Fideus & privatus interdum eodem jure utuntur. l. 1. §. 1. D. quod cuiusque universis. In dubio, utitur jure communi fideus. Martinus Laudensis tract. de fidei. num. 14. interdum minus quam communi, ut cedat privato. l. 10. D. de jure fidei. 7 Hereditarium rerum usuras possessor bonæ fidei non præstat ante litem contestationem: sed nec fructus, nisi locupletior factus sit. Post litem vero contestatam fructus rerum hereditarium non venditarum præstat, non modo eos quos percepit, sed & quos percipere potuit: usuras vero rerum venditarum ex die contestationis litis. Synops. Basil. 35. tit. 20. ex lib. 42. tit. 1. cap. 51. 8 Sentus est, eum qui hereditatem bona fide vendidit, non teneri ad fructus & usuras perceptas ex pretio venditionis earundem rerum hereditarium a se factas ante litem contestatam, nisi quatenus est locupletior. Post litem vero contestatam teneri fructus restituere, quos percepit, quosque potuit percipere, sed & usuras proferre rerum hereditarium a se venditarum, computanda tamen, non a die venditæ ei hereditatis, sed ejus ei evictæ. 9 Quomodo id iudicium cabitur? puto computandos fructus ab eo perceptos cum usuris pecuniæ emptionis cautâ numeratæ. Quando id spectandum? tempore rei iudicandæ. l. 36. §. 4. D. h. t. 10 l. 22. infr. de rei vindic. 11 l. 25. §. 4. D. h. t. l. 78. D. de reg. jur. 12 Nota effectum contestationis emptoribus factæ. l. 20. §. 11. l. 25. §. 7. D. h. t. 13 Qui hereditatem litigiosam sciens comparat, cum ipse, tum ejus heres fructus ex ea perceptos restituit. l. 13. §. 2. D. h. t. l. 2. §. 17. D. pro empt. l. 38. §. 7. in fin. D. de usur. l. 8. D. de rei judic. 14 l. 13. §. 3. D. h. t. vid. Cujac. 9. obs. 25. 15 Hereditatem nondum litigiosam ignari possunt emergere. 16 Quod petitio hereditatis non intentatur contra titulo possidentem tradunt Dd. hic, & imprimis Calkrensis in l. pro herede. & in l. nec ullam. D. h. t. contra quod axioma vide exceptiones aliquot apud Socin. Regul. 364. Mod. 17 An usura? Cujac. negat l. 4. obs. 22. 18 Bonæ fidei possessor fructus a lite contestata restituere tenetur. 19 Fructibus augetur hereditas respectu malæ fidei possessoris. l. 20. §. 3. in fin. D. h. t. 20 Id est, a malæ fidei possessore. 21 Id est, singulari. 22 An is sensus est, emptorem singularum rerum hereditatis hac actione & rei vindicatione teneri? An, eum ad instar emptoris universalitatis fructum teneri? An, emptorem hereditatis vel universalitatis, rerum singularum nomine etiam conveniri? An, petitionem hereditatis non dari adversus titulo possidentem? Postremum verum putant interpretes. De qua sententia vid. Socin. reg. 296. 23 Adde l. 8. D. h. t. 24 Una & eadem hereditas nobis deterreri potest, diversis successioneibus. 25 Exclusus ab hereditate vindicanda per querelam inofficiorum, non prohibetur eandem alia ex causa vindicare. l. 15. §. 2. D. de inoff. 26 Nota de expensis circa infirmum factis. Gath. Confer l. pen. D. de religiof. & sumpt. fun. 27 Adde l. 50. §. 1. D. h. t. adde l. 27. D. de religiof. & sumpt. fun. 28 Vid. Cujac. 8. obs. 9. 29 l. 31. in pr. D. h. t. 30 Qui suam recepit, id alteri non restituit.

31 Ratione dubitationis agere possumus cum legitimo tutore. 32 Vid. Cujac. 9. obs. 13. 33 Κίνηται κατὰ τῶν ὡς κληρονοµῶν ἢ ὡς µὴ ἀγαθὴν διακροχὴν νοµοµένων &c. id est, adversus eos, qui quasi heredes, vel eos qui quasi non bona fide possident, rerum hereditarium petitio exercetur: nec ei præscriptio 10. vel 20. annorum obstat. Personales actiones decennio, aut vicennio non tolluntur. Qui vere nec quasi heredes, nec ut prædones possident, rerum hereditarium petitionem non habent, sed tantum in rem actionem specialem, si nec uti ceperunt, nec longi temporis exceptionem adquisiverunt. Synops. d. l. c. 57. §. 5. Harm. 8. §. 44. 45. 34 l. 9. l. 10. l. 11. D. h. t. 35 Petitio hereditatis præscribitur triginta annis. 36 Ad Bellonum l. 2. supputat. c. 3. Vitalena l. 1. variat. l. c. 13. Parlatorium rerum quotidianarum c. 1. §. 11. Mod. 37 l. 4. J. comm. de successioneibus. l. 16. l. 19. D. qui testantur. 38 Nota de exceptione nullitatis testamenti. 39 Id est, antequam hereditas ejus petatur. 40 Scripto herede repudiante, succeditur ab intestato. l. 1. §. 1. D. quis ordo in bonor. possess. 41 Quod filiusfamilias longo tempore possedit, præsumitur id sciente & jubente patre possidisse: & ideo ei adquisivisse: adde l. 6. §. 3. D. de adquir. vel omnittend. hered. 42 Hereditatem agnovisse intelligitur, qui eam per longum tempus detinuit. 43 Ex diutina enim possessione solennitas extrinseca præsumitur. Jafon. ad l. sciendum. n. 16. de verb. oblig. 32. ibid. Alexand. col. 5. & conf. 12. col. pen. & conf. 17. n. 8. lib. 4. Diazium Regul. 310. iterum Jafon. ad l. 1. col. 4. & 5. J. qui admitt. Hippol. singul. 323. Decius consil. 341. col. 6. & conf. 558. col. 2. n. 5. Cravett. in tract. de antiq. temp. 2. part. num. 11. & 3. part. 2. 13. Felin. ad c. scut. n. 26. cum seq. extr. de rei judic. Guid. Papæ decis. 13. Socin. jun. conf. 56. n. 6. lib. 1. Joan. Cephal. conf. 148. n. 18. l. 1. Crot. conf. 5. ad fin. Gozad. conf. 73. Mod. 44 Eadem lex existit in l. 12. C. Theod. de fide testium. l. 11. tit. 39. & apud autorem Synops. d. l. c. 41. Interim serva hanc sententiam, ut & ejus exceptionem. infr. h. t. l. 2. l. 23. infr. de probat. adde alias exceptiones ex Socin. reg. 430. 45 Conventus petitione hereditatis, cognitur titulum suæ possessionis dicere. l. 12. D. h. t. l. 36. D. de rei vindic. l. 4. l. 20. D. de interrog. in jur. faciend. vid. Cujac. 10. observ. 1. ubi tractat de differentiis petitionis hereditatis, & rei vindicationis. vid. Warmier. l. pract. 26. c. 1. 46 Centumviralis iudicii fortua magnifica fuit, ut quæ magis ad publicorum quam privatorum formam accederet. vid. Plin. 6. epist. 5. Quintil. 10. dixi ad l. 17. D. de inoffic. testam. vid. Rozvardum lib. Protribunalium. 47 De centumviralibus iudiciis vid. Cujac. 10. observ. 20. adde l. 17. in fin. pr. D. de inoffic. testam. l. 30. D. de liberat. leg. ubi dixi. 48 Hac tertia est decilio ex 50. decimionibus Imperatoris Justiniani: vid. Inglois tract. ad has decisio. Anf. 49 Male Haloander hæc verba sustulit. Nam Græci legunt, ἢ ὑπεδέξατο. Et alioqui, sive susceperit, sive suscipere sperat, utroque casu differre cætera iudicia solebat. l. 7. D. h. t. vid. Cujac. d. loco. & lib. 9. obs. 27. in princ. 50 Hereditate controversa, legatarii possunt agere contra heredem scriptum, & consequi legata, præstita cautione. l. 1. §. 10. D. si quis omittit. vid. quæ scripti ad l. 9. infr. de leg. 51 Cautionis & satisfactionis latior hæc explicatio est. 52 Ea est quadrans usuræ. 53 Non quos percipere potuit: quia bona fide accepit. 54 Possessor hereditatis necessarias & utiles expensas deductit. l. 4. supr. h. t. 55 Hac via & præstantia satisfactionis onere legatarius levabitur, & ei a tempore litis contestatæ secundum testamentum dicta sententia, usuræ & fructus legatorum debebuntur. Cujac. d. loco. 56 Id est, omni accessione.

contractibus defuncti agatur contra possessorem hereditatis, vel ejus rei de qua agitur: si quidem res sint, vel depositæ, vel commodatæ, vel pignori datæ, vel aliæ, quæ extant: non differri sub prætextu hereditatis petitionis memorarum iudicium: quemadmodum si pro fœnerata pecunia, vel alia personali actione agatur contra possessorem, vel petitorum, non debet iudicium differri, sed exitum suum accipere. Postquam enim hereditatis petitionis iudicium finem accipiat: tunc inter petitorum hereditatis, & possessorem rationibus contractis, non aliter possessor, si victus fuerit, hereditatem restituere compellitur, nisi pro omnibus, quæ rite ab eo gesta sunt, petitor ei satisfaciatur. Quod si petitor victus fuerit, simili modo a possessore iudicis officio ei satisfiat, vel, si hoc fuerit prætermisum, negotiorum gestorum, vel ex lege condictionis. §. 2. Sin autem libertate, vel a possessore, vel a petitore fideicommissariæ petantur, vel directæ ipso jure dicantur competere: annale tantummodo spatium expectetur a morte testatoris numerandum. Et si quidem hereditatis petitionis iudicium intra id spatium terminum accipiat, secundum eventum iudicii & libertates, vel effectum habeant, vel evanescant. Sin autem tempus annale emanaverit, tunc libertatis favore & humanitatis intuitu competant quidem directæ libertates: ex fideicommissariis autem in libertatem servi eripiantur: ita tamen, si non falsum testamentum approbetur; sub ea scilicet conditione, ut, si actores sint, vel alias ratiociniis suppositi, etiam postquam perveniant in libertatem, necessitas eis imponatur res hereditarias & rationes reddere: jure patronatus videlicet competente ei qui ex legibus ad id possit vocari. §. 3. Illo (ne in posterum dubitetur) observando, ut [ & ] ipsa hereditatis petitio omnimodo bonæ fidei iudiciis connumeretur. Dat. Kal. Septemb. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

## TIT. XXXII.

## DE REI VINDICATIONE.

## De mancipiis bona, i. vel mala fide possessis.

## 1. Imp. SEVERUS &amp; ANTONINUS AA. Cæcilia.

**E**tiam per alienum servum bona fide possessum, ex re ejus qui eum possidet, vel ex operis servi acquiri dominium, vel obligationem placuit. Quare si tu quoque bona fide possideris eundem servum, & ex nummis tuis mancipia eo tempore comparavit, potes secundum juris formam uti defensionibus tuis. §. 1. Mancipium autem alienum mala fide possidenti nihil potest acquirere: sed qui tenet, non tantum ipsum, sed etiam operas ejus, necnon ancillarum partus, & animalium fœtus reddere cogitur. PP. 3. Non. Maji, *Eboraci* 13, FAUSTINO & RUFO CONSS. 211.

## De edificio.

## 2. Imp. ANTONINUS A. Aristæneto.

**S**i inferioriorem partem ædificii, quæ solum contingit, ad te pertinere probare potes, eam quam vicinus [tuus] imposuit, accessisse dominio tuo non ambigitur. Sed & id, quod in solo tuo ædificatum est, quoad in eadem causa manet, jure ad te pertinet. Si vero fuerit dissolutum, ejus materia ad primitivum dominum redit: sive bona fide, sive mala ædificium extractum sit: si non donandi animo ædificia alieno solo imposita sint. PP. 12. Kal. Nov. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

## De venditione rei alienæ.

## 3. Imp. ALEXANDER A. Dominiæ.

**M**ater tua, vel maritus fundum tuum invita, vel ignorante te vendere jure non potuit: sed rem tuam a possessore vindicare etiam non oblato pretio poteris. Sin autem postea de ea venditione consensisti, vel alio modo proprietatem ejus amisisti: adversus emptorem quidem nullam habes actionem: adversus venditorem vero de pretio negotiorum gestorum actionem exercere non prohiberis. PP. 3. Kal. Nov. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

1 De exceptione, ne fiat hereditati præjudicium, vid. Rebuff. *tract. de except. n.* 555.  
2 l. 4. *supr. h. t. l. 39.* §. 1. ff. de *damni. infect.* 3 Si de eo petitor possessore iudicium admoverit. 4 Si iudicem non admonuerit, & hereditario nomine solverit de suo: quia verum heredem liberavit. 5 Si suo nomine solverit, quia etiam verum heredem ipso jure non liberavit, exceptione tamen is potest se tueri adversus creditores. l. ff. *quid. 31. ff. h. t.* 6 Cur etiam legata non differuntur in annum? legatorum, quam libertatum facilius est restituere. Tardis concedenda, quæ data non adiunguntur. *Tacit. 13.* Libertates directæ competunt: fideicommissariæ, debentur & præstantur. l. 36. *in fin. ff. ad leg. Falcid.* legata etiam directæ præstantur, non competunt. l. qui *fundam. 87. §. 1. ff. ad l. Falcid.* 8 Eripi dicuntur in libertatem, quibus lex libertatem, quæ præstari debuit, repræsentat. 9 Quæ ex falso testamento repræsentata vel præstituta est libertas, non revocatur. l. 47. ff. de *manumiss. testam.* sed non videtur legere præsentata ex testamento falso, quod nunquam fuit. 10 Cur non excipit etiam inofficiosum? secundum l. *Papinian. in fin. ff. de inoffic. testam.* petitio hereditatis de inofficioso hoc titulo non continetur, quæ propriam jus habet, quia reicissoria. 11 Lex in repræsentantia libertate hanc injicit conditionem. 12 Id est, ei qui ex testamento, vel ab intestato præstare libertatem debuit, si secundum eum pronuntiatum sit. *Cujac. d. loco.* 13 Petitio hereditatis a Justiniano fit bonæ fidei. §. 28. *Instit. de acq. vid. Cujac. 3. obs. 17.* id proprium est constitutionum. Idem 17. *obs. 4.*  
14 L. 6. D. 1. 2. C. *Theod. 23. Papon. 8. Arrest. 13. Oldendorp. class. 3. act. 2.* Datur autem rei vindicatio domino directo, vel utili adversus possessorem. 15 l. 10. l. 23. ff. de *acquir. rer. dom. l. 1. §. 6. ff. de acquir. vel amit. poss. Instit. per quas personas cuique. in princ. §. 1. Inst. per quas person. nob.* 16 l. 22. ff. de *acquir. rer. dom. l. 1. §. 6. ff. de acquir. vel amit. poss. l. 14. l. 34. in fin. D. de stip. serv.* 17 l. 20. §. 3. D. h. t.  
18 Hoc anno Severus, autor hujus legis, vallum crebris turribus munitum in Britannia per centum triginta duo milia passuum de mari ad mare perduxit, ut partem provinciæ gravissimis præliis receptam securiorem faceret. Et hinc primum leguntur inscriptiones, quibus Severus appellatur Britannicus Max. Trib. Pontif. 18. & Antoninus Britannicus & P. Sept. Geta Pius Augustus Britannicus, ex uno latere, & altera parte victoriæ Britannicæ. *Cassiodor. in Chronico. Beda Hist. Ecclesiast. 1. c. 5. Paulus Diaconus 8. c. 1. Spart. Herodian. Dion. in Severo.* 19 *Syn. Basil. 15. tit. 1. c. 84. 2. Harm. 1. §. 54. & 55.*  
20 Pars superior ædificii cedit inferiori. vid. l. 28. D. de *acquir. rer. dom.* 21 Edificium solo cedit. vid. tamen exceptiones apud Socin. *reg. 111.* 22 Et re immobili. l. 2. *in fin. infr. de servitutib.* Edificium cedit solo. 23 An expensas deducit qui ædificavit? ita iudicatum a senatu Parisiensi referit Lucius II. *Placit. 16. Arrest. 2. & Bugnon. in legib. abrogatis.* 24 Solutio ædificio, materia redit ad primitivum dominum. d. §. 29.  
25 Inno diruto ædificio non fit ejus materia. l. 7. §. 12. D. de *acq. rer. dom. vid. que not. ad l. 38. D. de her. pet. adde Molin. in consuet. Paris. tit. 1. gl. 5. n. 101. ad 110. Cujac. 10. obs. 1. 13. obs. 6.* 26 Id non præsumitur, nisi probetur. adde l. 14. ff. de *donat.* 27 Vid. tit. *infr. de reb. alien. non alien.* 28 l. 11. ff. de *reg. jar. l. 4. infr. de reb. alien. non alien.* 29 l. 23. *infr. h. t.* 30 Venditio nulla ratiabitione fit utilis. adde l. 7. *in fin. ff. quod cum eo.* 31 Id est,

## 4. Imp. GORDIANUS A. Muniano militi Africa.

**A**dversus eos, qui a malæ fidei possessoribus fundam bona fide comparaverunt, ita tibi actio competit, si prius quam usucapionem implerent, vel longæ possessionis præscriptionem adipiscerentur, dominium ad te pervenerit. PP. 12. Kal. Novemb. PLO & PONTIANO CONSS. 239.

## De malæ fidei possessore.

## 5. Idem A. Herasiano.

**D**omum quam ex matris successione ad te pertinere, & ab adversa parte injuria occupatam esse ostendis; Præses provinciæ cum pensionibus, quas percipit, aut percipere poterat, & omni causa damni dati restitui jubebit. Ejus autem, quod impendit, rationem haberi non posse merito rescriptum est, cum malæ fidei possessores, ejus, quod in rem alienam impendunt, non eorum negotiorum gerentes quorum res est, nullam habeant repetitionem, nisi necessarios sumptus fecerint. Sin autem utiles: licentia eis permittitur sine læsione prioris status rei eos auferre. PP. 2. Id. Feb. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

## De rebus emptis ex pecunia deposita.

## 6. Idem A. Ustronio.

**S**i [ex] ea pecunia, quam deposueras, is apud quem collocata fuerat, sibi possessiones comparavit, ipsique traditæ sunt, tibi vel omnes tradi, vel quasdam ex his compensationis causa ab invito eo in te transferri, injuriosum est. PP. 5. Id. Julii, GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

## De partu ancillæ.

## 7. Imp. PHILIPPUS A. &amp; PHILIPPUS N. Cæs. Antonio.

**P**artum ancillæ matris sequi conditionem, nec itatum patris in hac specie considerari, explorati juris est. PP. 13. Kal. Nov. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

## De re emptæ ex pecunia militis.

## 8. Idem A. &amp; C. Philippo militi.

**S**i (ut proponis) pars adversa pecunia tua quædam nomine suo comparavit, Præses provinciæ utilem vindicationem obtentu militiæ tibi eo nomine impertiri desideranti, partes æquitatis non negabit. Idem mandati quoque, seu negotiorum gestorum actionem inferenti tibi jurisdictionem præbebit. PP. 2. Non. Mart. PRÆSENTE & ALBINO CONSS. 247.

## De re dotali.

## 9. Imp. CARUS, CARINUS, &amp; NUMERIANUS AAA. Antonio.

**D**oce ancillam, de qua supplicas, dotalem fuisse, in notione Præsidis: Quo patefacto, dubium non erit vindicari ab uxore tua nequivisse. PP. 3. Kal. Mart. CARO & CARINO AA. CONSS. 283.

## De servis, &amp; de probationibus.

## 10. Imp. DIOCLET. &amp; MAXIM. AA. &amp; CC. Januario.

**C**um super vernis mancipiis nulla instrumenta te habere adfueres, in iudicio, in quo negotium coeptum esse proponitur, id, quod in prece contulisti, postulare debuisti. Judex enim non ignorat servorum dominia etiam citra instrumentorum exhibitionem aliis probationibus, vel ipsorum interrogatione posse ostendi. PP. G. 2. Id. Februar. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

## De satis, de plantis.

## 11. Idem AA. &amp; CC. Gallano.

**S**i quis sciens alienum agrum sevit, vel plantas imposuit: postquam radicibus terram fuerint amplexæ, solo cedere rationis est. Domini enim magis legeget, vel plantas, quam per hujusmodi factum, solum suum facit. Sane eum, qui bona fide possidens, hoc fecerit, per doli

in eam venditionem consensisti. 32 l. 1. *infr. de reb. alien. non alien.* 33 Res aliena a bonæ fidei emptore potest usucapi, vid. l. 2. *infr. de præscript. longi temp.* 34 Usucapere potest, qui a malæ fidei possessore bona fide rem comparavit, ut hic: & *Instit. de usucap. in princ. & ibi: §. 7. quod autem ad eas res. Synops. Basilic. 15. tit. 1. cap. 84. 3. Harm. 3. §. 45.* 35 Id est, a te omisum non fuerit. 36 Malæ fidei possessor dominus, eam cum pensionibus & omni causa restituere debet. *Synops. Basilic. 15. tit. 1. c. 85. Goth. De interpret. hujus legis vid. Sarmient. l. 1. c. 10. Wamez. centur. 2. conf. 28. n. 32. Anf. Adde Ludovicum Roman. *confil. 454. & Copum, de fructib. lib. 7. tit. 3. cap. 9. S. L.* 37 l. 12. *infr. l. 17. §. 1. vers. Quod si ff. h. t. l. 19. in fin. princ. ff. de usuris.* 38 l. 78. ff. de *reg. jur. l. 1. in fin. supr. de petit. hered.* 39 Impenias in alieno factas malæ fidei possessor non recipit, nisi necessarias: utiles tamen recipit, si sine læsione primitivi status auferre potest. *Synops. Basilic. 15. tit. 1. cap. 85. 2. Harmen. 18. 45. & 12.* 40 Inno potest, l. 38. ff. de *hered. petit. d. l. ult. infr. h. t.* 41 Malæ fidei possessores necessarium impensarum rationem habent. vid. *Cujac. 10. obs. 1.* 42 l. 38. *in fin. ff. h. t. l. 32. §. 5. ff. de admin. & peric. tut.* 43 Res emptæ ex pecunia deposita non est deponentis: nisi de deposito apud argentarium agatur, & ita res non succedit loco pecuniæ. vid. l. 8. *infr. si quis alteri vel sibi. l. 8. in fin. ff. de impens. in rem dot. l. 8. infr. h. t.* Itaque prædia ipsa ex pecunia nummularum depositis comparata adori restituere non cogitur, sed nummos ipsos. *Synops. Basilic. 15. tit. 1. cap. 86. hoc est tantumdem.* 44 Partus ventris conditionem sequitur, quod ad ingenuitatem attinet. l. ult. *infr. de liberali caus. vel servitutem, ut hic: Synops. h. t. cap. 87. C. Gregoriano l. 3. tit. de rei vindic. quod ad honores, & alia quædam onera, patris. l. ult. infr. de fugitivis. l. 22. 36. 44. infr. de decurion. vid. l. ult. infr. de mulier. & Gynæciar. Huc referet l. 19. ff. de statu hom. adde *casum l. 5. §. 2. ff. de rei vindic. l. 52. §. 20. ff. de furtis. l. 19. §. 7. ff. locati. vid. l. ult. ff. de acquir. rer. dom.* 45 Emptum pecunia militis (idem est in minore. l. 52. vers. *Plane. ff. de peculio.* adde que notavi ad l. 5. §. 17. ff. de trib. act. l. 3. *infr. arbitrium tutelæ.*) ejus est, specialiter favore, ut hic: regulariter secus. l. 6. *supr. h. t.* An idem in re emptæ pecunia dotali? vid. l. 12. *infr. de jure dot. l. 55. in fin. ff. de donat. inter vir.* Porro de privilegiis militum vid. *Oldendorp. cap. 12. de jure singulari.* 46 Res dotales constante matrimonio, in dominio sunt mariti. vid. l. 7. §. 3. ff. de *jure dot. adde l. 13. §. 10. ff. de hered. petit. sed vid. l. in rebus. 30. J. de jure dot. ideoque constante matrimonio, rem dotalem uxori vindicare non potest. Quid? num idem in rebus paraphernalibus? vid. l. ult. *infr. de pact. conventis. vid. Würmler. 1. pract. 37. c. 7.* 47 Forte ita legendum, fuisse: in notione Præsidis, quo patefacto. Verum nil opus, si, ut jam fecimus, sic interpungatur: Doce in notione Præsidis. 48 Ad Corallium lib. 5. *miscellan. cap. 14. Guiberium de dote pag. 44. Quædam l. 1. quæst. jur. c. 14. Vandum l. 2. quæst. variarum c. 4. Mod.* 49 Dominium potest protari per testes, vel per instrumenta, interdum per tormenta. l. 4. *infr. de probat. & interrogaciones. Synops. Basil. 15. tit. 1. cap. 90.* 50 Sata & plantata solo cedunt. l. 53. ff. h. t. l. 9. ff. de *acquir. rer. dom. §. 31. 32. Infr. de reb. divis. Amittuntur autem ab eo, qui mala fide sevit vel plantavit: ab eo vero qui bona fide, servantur exceptione doli mali. *Synops. Basil. d. loc. c. 9.* 51 d. §. 31. d. l. 9. l. 5. §. 3. ff. h. t. 52 l. 27. §. 5. l. 48. ff. h. t.****

mali exceptionem contra vindicantem dominium servare sumptus, juris auctoritate significatum est. Dat. Kal. Mart. Sirmii, AA. CONSS. 293.

De ancilla vendita, & partu ejus. 12. Idem AA. & CC. Alexandro.

In civile atque inusitatum est, quod postulas, ut mancipium, quod tradidisti, & eo modo dominium ejus transfulisti, invito eo, ex nostro rescripto tibi assignetur: Unde intelligis, ancillæ semel emptoris factæ filios etiam postea natos, ejus dominium sequi, cujus mater eorum eo tempore fuerit. Sane de pretio, si non hoc ante probatum fuerit et recepisse, conveni adversarium tuum. G. Id. April. AA. CONSS. 293.

De judicio possessorio & petitorio. 13. Idem AA. & CC. Cytichio.

Ordinarii juris est, ut mancipiorum orta quæstione, prius exhibitis mancipiis de possessione judicetur, ac tunc demum proprietatis causa ab eodem giudice decidatur. Dat. Id. April. AA. CONSS. 293.

De domo filii empta a matre. 14. Idem AA. & CC. Septianæ.

Cum a matre domum filii, te sciente, comparasse proponas, adversus eum dominium vindicantem, si matri non successit, nulla te exceptione tueri potes. Quod si venditricis obtinet hereditatem, doli mali exceptione, pro qua portione ad eum hereditas pertinet, uti non prohiberis. Dat. 3. Kal. Jul. AA. CONSS. 293.

De duobus emptoribus in solidum. 15. Idem AA. & CC. Aureliæ Philoxenæ.

Quotiens duobus in solidum prædium jure distrahitur: manifesti juris est, eum, cui priori traditum est, in detinendo dominio esse potiorum. Si igitur antecedente tempore te possessionem emisse, ac pretium exolvisse apud Præsidem provinciæ probaveris: obtentu non datorum instrumentorum expelli te [a] possessione non patieris. Erit sane in arbitrio tuo, pretium, quod dedisti, cum uluris recipere: ita tamen, ut perceptorum fructuum ac sumptuum ratio habeatur: cum, & si ex causa donationis utrique dominium rei vindicetis; eum cui priori possessio soli tradita est, haberi potiorum conveniat. Dat. 2. Kal. Octob. AA. CONSS. 293.

De edificato in area communi. 16. Idem AA. & CC. Januario.

Si in area communi domum aliquis extruxit, hanc vobis communem juris fecit ratio: cujus portionem ab eo, qui bona fide pos-

fidens edificavit, si velis vindicare, sumptus offerre debes, ne doli mali possis exceptione submoveri. Dat. Id. Novemb. Sirmii, AA. CONSS. 293.

De eo, cui a domino denunciatum est, ne emeret. 17. Idem AA. & CC. Sabino, & aliis.

Si fundum vestrum, vobis per denunciationem admonentibus volentem ad emptionem accedere, quod distrahentis non fuerit, non recte is, contra quem preces funditis, comparavit, vel alio modo mala fide contraxit, tam fundum vestrum constitutum probantibus, quam fructus, quos eum mala fide percepisse fuerit probatum, aditus Præses provinciæ restitui jubebit. Dat. 12. Kal. Dec. Sirmii, AA. CONSS. 293.

De errore.

18. Idem AA. & CC. Claro.

Re tua apud alium manente, proprietatis error nihil tibi nocere potuit: nisi alia contra te causa intervenerit. G. 3. Kal. Jan. AA. CONSS. 293.

De probationibus.

19. Idem AA. & CC. Callistrato.

Indicia certa, quæ jure non respuuntur, non minorem probationis, quam instrumenta, continent fidem: Quo jure, si de proprietate domus ambigis, negotiumque integrum est, uti non prohiberis. G. 2. Kal. Jan. Sirmii, AA. CONSS. 293.

Si servus detineat.

20. Idem AA. & CC. Quartillæ.

Non servum, quem res tuas detinere adseveras, sed ejus dominum de rebus repetendis conveniendum esse perspicis. G. Kal. Mart. CC. CONSS. 293.

De in litem jurando.

21. Idem AA. & CC. Hierocli.

A Possidentibus vindicata mancipia, quorum dominium ad vos pertinere intenditis, si posteaquam impleveritis intentionem, hæc non restituantur, jurisjurandi solennitate secuta, condemnatio procedere debet. Petita, 6. Id. Octob. CC. CONSS. 294.

De fructibus.

22. Idem AA. & CC. Diodotæ.

Certum est, malæ fidei possessores omnes fructus solere cum ipsa re præstare: bonæ fidei vero, extantes: post autem litis contestationem, universos. Dat. 3. Kal. Novembr. CC. CONSS. 294.

I Syn. Basil. 15. tit. I. c. 92. 2 Traditio dominium transfertur. l. 20. supr. de patris. vid. l. 9. §. 3. ff. de acquir. rer. dom. 3 Vid. l. 35. infr. de donat. Alienatio seu res vendita non revocatur ex rescripto, licet agi possit ad pretium solum. Syn. Basil. ibid. 4 Molinæus ad rubr. de verb. oblig. cap. 58. Mod. 5 Vid. l. 7. supr. h. t. l. ult. ff. de acquir. rer. dom. 6 Nondum tibi numerato, ut quia emptori fidem habuisti de pretio. vid. l. 19. ff. de contrahend. empt. §. 21. Infr. de ver. sig. vid. Wurmser. 1. pract. 31. c. 3. 7 De quo Vaconius l. 2. declarat. 44. Menochius de arbitr. jud. cas. 371. Beronius quest. 23. Mod. 8 Possessorium præferunt petitorio. vid. l. 3. infr. de interdict. 9 Rem alienam comparans rei vindicatione tenetur. Quod si rei dominus venditori successit? pro qua parte heres est, ratam venditionem habere cogitur. Synops. h. t. c. 94. Harm. 3. tit. 3. §. 99. 10 Fundi dominus, ejusdem venditori succedens, factio ejus obligatur: aliud si non succedit. l. 3. infr. de reb. alien. non alienand. l. 14. infr. de evictio. l. 15. l. 24. infr. de donat. l. 73. ff. de evictio. l. 1. §. 1. ff. de except. rei vend. l. 149. ff. de reg. jur. & ita heres factum detinendi improbare non potest. 2. Feud. 58. §. 2. 11 Filius non potest venire contra factum defuncti. Cravetta consil. 200. Jalon. ad l. fin. §. in computatione n. 9. cum sequent. infr. de jure deliberandi. Curtius Senent. consil. 1. col. fin. in fin. Grammaticus decij. 93. num. 8. Bartolus ad l. 2. infr. si in fraud. patr. Parisiensis consil. 33. n. 95. cum seq. l. 3. Dec. ad l. si debitor. l. 1. limit. supr. de patris. Ari. Pinell. in repetit. ad l. 1. infr. de bon. matern. in 3. part. n. 81. & seq. Socinus junior consil. 112. n. 11. l. 2. Tiraquellus de utroque retractu tit. 1. §. 1. gloss. 9. n. 47. & seq. §. n. 57. Mod. 12 Vide quæ not. ad l. 56. §. 1. ff. de verb. oblig. 13 l. 4. C. Gregor. h. t. Prior in traditione emptor vel donatarius, potior est in dominio rei: et si neque pretium solvit, neque instrumenta rei consecutus est. Synops. Basil. 15. tit. 1. negli. παρδεντος eis duo παρδεντος αγγε, id est, de prædium duobus vendito, c. 95. 3. Harm. 3. §. 93. Paul. 5. sentent. 11. §. 4. Goth. Idem in Emphyteuti & fundo. Valasc. de jure Emphyteuti. quest. 14. n. 7. Exceptio est in iis casibus, ubi dominium sine ulla traditione acquiritur. Ut si quid prius Ecclesiæ vendatur, & postea alteri idem simul vendatur & tradatur, præferatur Ecclesiæ. Idem in civitate. l. ult. supr. de Sacrosanct. Eccles. Covarruv. 2. resolut. 19. n. 1. cum seqq. Gail. lib. 2. obs. 45. Idem jure Canonico in beneficiis constitutum. cap. Tibi. de rescript. in 6. cap. Si tibi absent. de præbend. & dign. in 6. Et Principis concilio prima præferunt posteriori. l. prædica. infr. de locat. præd. civil. l. 11. t. 70. Anl. 14 Ad confirmationem & extensionem eorum, quæ ad hanc legem adnotavit Gothofredus, vide Gomefium variar. resolut. cap. 20. tom. 2. cap. 2. num. 20. Guterium t. part. resolutio. cap. 20. Joan. Aurrupach lib. 2. epist. Jurid. cap. 8. Pilleum quest. 22. Socin. reg. 118. Guidon. Pap. decij. 23. & decij. 509. Decium ad Reg. Contractus. n. 18. de reg. jur. & consil. 47. Aretin. ad §. actionem. coll. 11. Instit. de action. Paris. consil. 1. num. 106. lib. 1. Jalonem ad l. fin. num. 29. & seqq. supr. de sacros. eccles. Hippolytum singul. 82. Alexandrum consil. 122. num. 3. lib. 5. Baldum consil. 39. Socin. Jun. consil. 93. & seq. lib. 2. Antonium Negavianum in tract. de pignor. & hypothec. 1. membr. 5. part. num. 46. in 9. vol. Covarruvianum in tract. variar. resolut. lib. 2. cap. 19. num. 1. cum seqq. & ad cap. quarvus. de patris. lib. 6. part. 1. §. 4. n. 2. Cephal. consil. 97. num. 2. 1. part. & consil. 147. num. 11. & 18. Emanuel. Soaren. in thesaur. recept. sentent. sub lit. L. n. 154. cum seqq. Mod. 15 Aurelia Philoxena prior rem emerat, pretium solverat, traditione fundum acceperat, nondum tamen instrumentum fundi receperat. Quid juris in re sibi vendita habeat queri potest? Erit in ejus arbitrio fundum retinere: vel pretium quod dedit cum uluris recipere, & fructus cum sumptibus compensare. Recte dixi, retinere. Nam is, cui prior tradita est possessio, potior est. 16 Duobus si res simul vendita est, vel ab uno, duobusve non dominis (l. 9. §. 4. ff. de Public. in rem. cui tamen opponitur leg. 13. ff. qui potiores. l. 31. in fin. ff. de act. empt.) vel a vero rei domino, in eius rei dominio præterendum is erit, cui res prius erit tradita, supr. h. t. ad l. 98. ff. de reg. jur. Sin diversis temporibus, qui prior traditione fuerit, licet emptione posterior, is erit jure potior. l. 6. infr. de hered. vel action. vendit. Nec interest eo casu, verus dominus rei distrahat, an non dominus. l. 9. §. 4. ff. de Public. in rem. Quid si duobus simul vendita est, sed tamen res uni tradita, alteri vero ejus instrumentum, quis potior? An is, qui rem accepit, an qui instrumentum? Utique is qui rem accepit: & hic sensus genuinus videtur hujus legis, quem & Græci confirmant. Synops. & Harm. d. loco. Quod etiam ostensum legis hujusce principio: nisi & speciem ponas, ut paulo ante subjeci. Alium tamen vid. apud Cujac. 18. obs. 31. Causa dubitandi nascitur ex l. 1. infr. de donat. in qua tradito instrumentum, res ipsa censetur tradita. Quid si Titius nondum rei dominus rem tibi tradidit: Factus postea dominus, eandem alteri vendidit? Tunc illo potior, ut in transfrendo dominio magis traditio tibi facta a venditore, quam dominium rei venditæ competens ei spectetur? Utique tu potior es. l. 72. ff. h. t. Quid si mihi a non domino res tibi vendita & tradita: tibi a domino eadem vendita sit nec tradita? tu potior. l. 31. in fin. ff. de act. empt. Quid si duobus donata? ut supr. h. t. Quid si duobus locata? vid. qui scripti ad l. 9. infr. de locato. Quid si duobus pignora? Contrarium jus est: semper enim potior est is in pignore, cum quo primum de pignore convenit. Nec habetur ratio traditionis prioris factæ vel creditoris vel emptori. l. 12. in fin. l. 14. ff. qui potiores. Cur tam varie? Pignus solo consen-

fu contrahitur. l. 4. ff. de pignoribus & hypoth. dominia vero non consensu, sed traditionibus transferuntur. l. 20. supr. de patris. Ideoque in pignoribus consensus, non traditionis: in dominis vero, traditionis, non conventionis tempus spectatur. l. 3. infr. qui potiores. Etne perpetuo verum in dominii causa, cum cui res prius tradita est, potior esse? non est verum. Quid enim si sibi rem esse jam venditam? Roland. a Valle 1. conf. 9. num. 27. Quid si res primo emptori vendita fuerit cum hypotheca sine traditione? Tiraquellus de retractu conventionali. §. 3. num. 5. Quid si priori jus questum est a Notario? hoc enim casu volunt interpretes adquiri priori actionem ipso jure, sine cessione. vid. Roland. a Valle 1. conf. 19. num. 16. & seq. Idem dicendum, si res vendita sit Ecclesiæ. l. ult. supr. de sacros. Eccles. Alias exceptiones adde ex Socino reg. 118. Limita quoque hanc regulam in feudis, in persona Ecclesiastica vendente: Item, quotiens venditor prioris emptoris nomine constituit se precario possidere, vel si res vendita sit personæ privilegiatæ: quales Ecclesiæ esse, & ecclesiasticam personam, & Christi pauperes, notat Marcellus singulari 82. 17 Re duobus vendita, in ejus cui ea tradita est, arbitrio positum est, eam vel retinere vel restituere. Postremo casu: ut pretium, ejusque usuras, & sumptus potest petere: ita fructus ex re perceptos venditori restituit. 18 Vid. Paul. 5. sentent. 11. §. 4. l. penult. Cod. Gregorian. de donationibus. Cujac. ibi. & ad l. 6. ff. de divers. tempor. præscript. 9. ad Afr. in fin. 19 Quod in communi fundo socius ædificat, commune facit: sumptus tamen partem a socio potest repetere. vid. l. 4. infr. de adific. privat. 20 Emens fundum a non domino, ipso domino denunciante ne emeret, fundum sua cum fructibus restituere cogitur. Synops. h. t. cap. 97. 21 Vid. l. 10. §. 3. ff. qui in fraud. creditor. 22 l. 5. supr. h. t. 23 Et de his etiam tenetur, quos percipere potuit. l. 1. in fin. infr. de fide & jure hæstæ. 24 Dominium rei cum apud alium manet, error nihil obest. Synops. Basil. 15. tit. 1. negli. παρδεντος. cap. 63. 25 Qui rem suam ignorans conducit, vel pignori accipit, ejus dominium non abjurat. l. 29. in fin. supr. de transfact. l. 2. infr. comm. divid. l. 20. l. 23. in fin. infr. de locato. l. 7. in fin. ff. de rescindend. vendit. l. 35. ff. de acquir. rer. dom. 26 Indicium, probationis est species a iudice admittenda dominium probat. An qualescunque? Minime, sed si certum indicium fuerit, ut hic: ad probationem indubitatum. l. ult. infr. de probat. argumentum liquidum. l. 2. in fin. infr. de in litem jurando. 27 Cæteraque quæ jure & c. Hal. Potest etiam tolerari hæc lectio. l. 1. infr. de fide instrum. 28 In hac materia vide diligenter Parisiensem consil. 104. num. 102. lib. 1. & prius etiam consil. 17. Bald. ad l. fide possidetis. de probat. Salycet. plenissime ad l. fin. num. 6. cum seqq. de questionibus. Innocent. ad c. sicut. extr. de simonia. Bald. & Imol. ad l. fin. ff. de heredib. institutis. & ad l. fin. de probat. Rom. consil. 451. Castrenf. 97. Capoll. consil. 27. & 38. Alexand. consil. 40. Mod. 29 Servus detinens res alienas, non ipse convenitur: sed ejus dominus. Synops. h. t. cap. 100. 30 Servus rem meam detinens non convenitur: sed ejus dominus. 31 l. 2. infr. de probat. 32 Adversus eum, qui rem vindicantem non restituit, jurat dominus in litem. l. 1. 2. ff. & infr. de in litem jurando. 33 Puta naturales, industriales. l. 43. ff. de acquir. rer. pendentes. l. 44. ff. de rei vind. extantes. l. 22. §. 2. ff. de pignorat. actio. perceptos, sive sint, sive non sint continuipii. §. 35. Infr. de off. jud. divif. quos percipere potuit. l. 1. in fin. infr. de fide & jure hæstæ. §. 2. Infr. de off. jud. ante & post litem contestatam. l. 1. in fin. supr. de petit. heredi. omnes denique. l. 25. ff. de usuris. Sed tamen expente in colligendis tractibus factæ ei restituntur, ut & omnes sumptus, quibus res ipsa facta est melior, vid. quæ scripti ad l. 38. ff. de petit. heredi. 34 Lex est difficilis, si quæ hoc titulo alia. Contrarias sententias ita conciliabo paucis. Bonæ fidei possessor fructus extantes, ut hic: itantes, l. 27. in princ. ff. de usufruct. & quemadmod. pendentes, l. 44. ff. de rei vindic. restituit. vid. qui notavi ad l. 8. in fin. ff. de annuis & mensur. at non eos quos percipere potuit. §. 2. Instit. de offic. jud. hoc sit dictum generaliter. Si magis specialia quarimus: Naturales jam consumptos suos facit, & ita l. 48. ff. de acquir. rer. dom. accipe, quæ ait bonæ fidei possessorem suos facere, non modo artificiales, sed omnes (eam tamen vocem nota a quibusdam referri ad fructus ab alio factos alterius opera provenientes) sed cum Juridicis partibus annis opponat industrialibus, necesse est ea intelligi naturales: Naturales enim artificiales opponuntur non facti, nisi locupletior factus sit: & hæc etiam refer legem 1. §. 1. supr. de petit. heredi. Naturales vero perceptos tantum, nondum tamen consumptos, suos non facit: ad hunc casum refer legem 35. in fin. ff. de usur. Quid artificiales quos cultura & cura, §. 35. Infr. de ver. divif. diligentia & opera, l. 48. ff. de acquir. rer. dom. factoque suo percipit. l. 45. in fin. ff. de usur. eos lucratur: etiam simul atque a solo separari sunt. l. 78. ff. h. t. l. 48. ff. de acquir. rer. dom. neque referri, a quo separati sunt. Satis est enim, ut quoquo modo inierit a solo separati. l. 25. §. 1. in fin. ff. de usur. Quid si a solo separavit fructus ab aliquo tertio factos? idem dicendum fuerit. l. 25. §. 1. ff. de usur. Et hæc quidem de fructibus perceptis ante litem contestationem. Post litem vero contestationem perceptos universos restituit, ut hic. l. 1. in fin. supr. de petit. heredi. Quid? superiori sententia num intelligimus fructus dotis mariti fieri, simul atque percepti sunt? Minime. Dividuntur enim soluto matrimonio inter maritum & uxorem, ejusve heredes pro rata temporis, quo matrimonium constitit. l. 7. §. 1. ff. soluto matrim.



Si emptor conveniatur.

23. Iidem AA. & CC. Magnifero.

SI <sup>1</sup> mancipium tuum per vim, vel furtum ablatum, alii ex nulla iusta causa distraxerunt, vindicanti tibi dominium, solvendi <sup>2</sup> pretii nulla necessitas irrogetur. 10. Kal. Decemb. CC. CONSS. 294.

De possessione sine iusto titulo.

24. Iidem AA. & CC. Juliano.

Nullo <sup>3</sup> iusto titulo præcedente possidentes, ratio juris quærere dominium prohibet. Idcirco cum etiam ufucapio <sup>4</sup> cesset, intentio domini nunquam absumitur: Unde hoc casu postliminio <sup>5</sup> reverso citra beneficium actionis <sup>6</sup> rescissoria directa permanet integra vindicatio. Dat. 10. Kal. Decemb. CC. CONSS. 294.

De pensionibus rei pro alio solutis.

25. Iidem AA. & CC. Eugnomio.

Solennibus <sup>7</sup> pensionibus rei pro alio satisfaciendam, non interveniente venditione, solutionis <sup>8</sup> causa minime dominum facit. Dat. 16. Kal. Decemb. Nicomedia, CC. CONSS. 294.

De litis contestatione.

26. Iidem AA. & CC. Heliodoro.

Moræ litis causam possessoris non instruat ad inducendam longæ possessionis præscriptionem <sup>9</sup>, quæ <sup>10</sup> post litem contestatam in <sup>11</sup> præteritum æstimatur. Dat. Idib. Decemb. CC. CONSS. 294.

De emptore.

27. Iidem AA. & CC. Philadelpho.

Servum emptor non traditum sibi præsentem <sup>12</sup> vindicare non potest <sup>13</sup>. G. 12. Kal. Jan. Nicomedia, CC. CONSS. 294.

De probatione.

28. Iidem AA. & CC. Sopatro.

Res alienas possidens, licet iustam tenendi causam nullam habeat, non <sup>14</sup> nisi suam intentionem implenti restituere cogitur <sup>15</sup>. Dat. 8. Kal. Jan. CC. CONSS. 294.

TIT. XXXIII.

DE USUFRUCTU <sup>16</sup> ET HABITATIONE <sup>17</sup>, ET MINISTERIO SERVORUM <sup>18</sup>.

De usufructu. De cautione ab usufructuario præstanda.

1. Imp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Posidonio.

SI usufructus omnium bonorum testamento uxoris marito relicto est: quamvis cautionem <sup>19</sup> a te prohibuerit <sup>20</sup> exigi, [tamen] non aliter a debitoribus solutam pecuniam accipere poteris, quam oblata secundum formam Senatusconsulti cautione. PP. G. Kalend. Octob. ANULINO & FRONTONE CONSS. 200.

De obligatione proprietatis.

2. Iidem AA. Felici.

Verbis testamenti, quæ precibus inseruisti, usufructum legatum tibi animadvertimus. Quæ res non impedit proprietatis <sup>21</sup> dominum obligare creditori proprietatem, manente scilicet integro usufructu tui juris. PP. 6. Id. Maji, ANTONINO A. II. & GETA II. CONSS. 206.

De morte usufructuarii, 1. vel proprietarii.

3. Imp. ANTONINUS A. Antoniano.

SI patri <sup>22</sup> tuo usufructus legatus est, defuncto eo nihil ad te pertinet, cum morte <sup>23</sup> ejus, cui fuerat legatus, vel alio modo acqui-

1 Vindicare rem suam vi vel furto ablatam dominus potest etiam pretio rei possessori non restituito, ut hic, adde Synops. Basilic. 15. tit. 1. cap. 103. 2 Qui rem vindicat, pretium possidenti non restituit. l. 3. sup. h. t. l. 2. infr. de furtis. l. 2. infr. ne rei dom. l. 1. in fin. infr. de præscript. 30. vel 40. ann. adde speciem legis 32. §. 4. D. de admn. & peric. tut. vide tamen exceptiones apud Socinum reg. 439. 3 Titulus iniustus ufucapiendi conditionem non confert. Injuncto titulo nec ufucapimus, nec dominium adquirimus, l. 7. infr. de acquir. & retin. possess. l. ult. infr. ne de statu defuncti. 4 Prohibita ufucapio dominium rei non absumit. 5 Cuius hinc adversus Goveanum colligit, abentibus Reipublicæ causis actionem rescissoria dari. 7. obs. 31. 6 Vid. l. 18. infr. de postliminio revers. Actio rescissoria, directæ subsidiaria, hæc ubi competit, illa non est necessaria. 7 Dominium rei non hoc solo adquirimus, quod pro re aut rei nomine pensiones publicas solvimus: sed cum idemum, cum res nobis erit vendita, ut hic, Synops. h. t. cap. 105. Atque ita, qui pro re aliena pensiones publicas solvit, non interveniente venditione dominium non acquirit. 8 Qui ab aliquo pensionem vel cenium, rei alicujus nomine percipit, non continuo eum facit rei dominum esse. 9 Contra hoc, quod hinc vulgo communiter colligitur, præscriptionem longi temporis per litis contestationem interrumpi, vide Socinum reg. 304. Annibal. de Cano ad l. naturaliter. D. de usucap. n. 260. Mod. 10 Litis contestatio præscriptionem futuram impedit, non præteritam. adde l. 10. in fin. infr. de acquir. & retin. possess. vide ad hunc locum Socinum reg. 304. 11 l. 10. in fin. j. de prescript. longi temporis. 12 Non si res præsens tibi vendita est, ideo tibi censetur tradita. Aliud est enim tibi præsentem tempore venditionis esse, aliud rem ipsam tibi tradi. Rei traditio dominium transfert, non sola rei præsentia. adde l. 8. infr. de act. empt. ergo sola traditio, non ufucapio dominium transferret? Minime. l. 20. §. de pactis. Nam id in causa traditionis requiritur semper, ut realis traditio facta sit? ne id quidem. dixi ad l. 15. sup. h. t. adde quæ notavi ad l. 1. §. 21. l. 3. §. 1. D. de acquir. vel amitt. possess. 13 Quod & in aliis omnibus rebus obtinet. Emptor enim rei dominus, non per conventionem, sed traditionem. Synops. Basil. 15. tit. 8. cap. 107. 3. Harmen. 3. §. 18. adde l. 50. D. h. t. l. 40. D. de act. empt. 14 Non quod incerti non est, statim tuum esse: nec id ut tuum potes vindicare. l. 4. sup. de edend. Theod. 9. 2. de act. Harmen. 2. §. 49. Nam adversus extraneos etiam vitiosa possessio prodesset. l. ult. D. de acquir. vel amitt. possess. §. 4. Infr. de interdicitis. 15 Nisi pæne causa, ut in specie l. 1. infr. uti possidetis. l. 5. §. 1. D. ut legator. seu fideicom. l. 2. in fin. D. de collat. l. 6. in fin. D. de Carboniano edit. Novell. 18. c. 10.

16 L. 7. D. l. 2. 3. 4. §. 6. 9. & 2. Infr. 4. Oldend. Class. 3. act. 6. 17 L. 7. D. S. & 2. Infr. 4. l. 11. l. 13. infr. h. t. 18 L. 7. D. 7. adde l. 9. infr. h. t. 19 Testator non potest remittere legatario usufructum cautionem de utendo fruendo ex bona fide. l. 4. infr. h. t. l. 7. j. ut in possess. legat. l. 12. D. usufruct. quemadm. cav. Eamque opinionem communem esse refert: Clarus 3. sentent. §. testam. quest. 64. idque favore heredis receptum, ne legatarius utendi male præbeatur occasio, & consequenter delinquendi. vid. Roland. a Valle 1. conf. 92. num. 1. 2. Quod etiam locum habere, non modo in immobiliis, sed & mobiliis usufructu adversus Petrum & Guidonem Papæ, conf. 6. 3. Clarus refert d. loco, nullum juris textum allegat, quem tamen offendens, in l. 1. §. 1. D. usufruct. quemadm. cav. l. 6. D. ut in possess. legat. Aliud erit, si quis omnia bona referato usufructu donaverit. Eo enim casu donatarius ad cautionem præstandam non cogitur. Aliud etiam fuerit in vasallo, quem dominus de usufructu invehit aliquo, & hos duos casus excipit Myltingerus ait §. observ. 38. Idem dicendum, si certum sit propieta-

fitus, ad proprietatem regredi soleat. §. 1. Usufructuario autem superstitite, licet <sup>24</sup> dominus proprietatis rebus humanis eximatur, jus utendi fruendi non tollitur. PP. 3. Kal. August. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De cautione ab usufructuario præstanda.

4. Imp. ALEXANDER A. Verbicio.

USufructu constituto, consequens est, ut fideiactio boni <sup>25</sup> viri arbitrato præbeatur ab eo, ad quem id commodum pervenit, quod nullam lesionem ex usu proprietati adferat. Nec <sup>26</sup> interest, si <sup>27</sup> ex testamento, si <sup>28</sup> ex voluntario contractu usufructus constitutus est. PP. G. Id. Mart. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De fructibus post finitum usumfructum perceptis.

5. Idem A. Evocato & aliis.

SI pater usumfructum prædiorum in <sup>28</sup> tempus vestrae pubertatis matris vestrae reliquit: finito usufructu postquam vos adoleveritis, posterioris temporis fructus perceptos ab ea repetere potestis, quos nulla ratione sciens de <sup>29</sup> alieno percepit. PP. Kal. April. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De marito oppignorante.

6. Idem A. Stratonice.

Interest, usumfructum solum maritus tuus in dotem acceperit, an proprietatem quidem doti data sit, verum pactum intercessit, ut moriente eo tibi eadem possessio <sup>30</sup> redderetur: nam <sup>31</sup> usufructuarius quidem proprietatem pignorate <sup>32</sup> non potuit: qui autem proprietatem æstimatam <sup>33</sup> in dotem accepit, non ideo minus obligare eam potuit: quoniam soluto matrimonio restituenda tibi æstimatio ejus fuit. PP. Kal. Jul. AGRICOLA, & CLEMENTINO CONSS. 231.

De impensis.

7. Imp. GORDIANUS A. Ulpiano militi.

EUM, ad quem usufructus pertinet, facta <sup>34</sup> tecta <sup>35</sup> suis sumptibus præstare debere, explorati juris est. Proinde si <sup>36</sup> quid ultra <sup>37</sup> quam impendi debeat, erogatum potes docere, solenniter reposces <sup>38</sup>. PP. Kal. Febr. ARIANO & PAPO CONSS. 244.

De temporis præscriptione.

8. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Etheroni.

Neque fructuarium <sup>39</sup> ad obtinendam proprietatem rerum, quarum usufructum habet, neque successores ejus, ulla temporis ex ea causa tenentes præscriptio munit. 6. Kal. Jul. AA. CONSS. 293.

De jure alienandi vel manumittendi. De ministerio servorum relicto.

9. Iidem AA. & CC. Auxanusa.

USufructu matri tuæ prædiorum, & mancipiorum relicto, tam alienatio <sup>40</sup> quam manumissio <sup>41</sup> interdicta est. Sane mancipia, quorum testamento ministerium <sup>42</sup> matri relicto est, cum in his dominium non habeat, nec tradendo cuiquam, nec manumittendo ad testatoris heredem pertinentia, quicquam facit. Dat. Kal. Dec. AA. CONSS. 293.

De morte ejus, quæ usumfructum conduxit.

10. Iidem AA. & CC. Pomponio.

SI domina proprietatis uxori tuæ usumfructum locavit sub certa annua præstatione: morte <sup>43</sup> conductricis, ei quæ locavit, etiam utendi fruendi causa non est deneganda. 13. Kal. Jan. Sirmii, AA. CONSS. 293.

tem ad fructuarium certo redituram: veluti si testator potestatem ei fecerit res fructuaris non restituendi. vid. Josephum Ludovicum 2. decis. 61. num. 33. Quid? heres hujusmodi cautionem potestne remittere? posse videtur, arg. l. 71. D. ad leg. Falcid. in fin. Quæritur amplius, non testator remittere usufructuario confessionem inventarii possit? Joannes Ancharanus non posse existimat. 3. quest. 22. num. 4. §. 6. 7. 8. 9. 10. l. 1. §. 4. D. usufr. quemadm. cav. Roland. a Valle 1. conf. 92. num. 5. & tamen inventarii remitti necessitas potest tutori. vid. quæ scripsi ad l. ult. in fin. j. arbitrium tutela. & l. 55. D. de legat. l. ubi plura dixi de his, quæ a testatore prohiberi possunt, vel non possunt. 20 Usufructuario cautionem remittere testator etiam non potest, ut hic. Quod in cautione, de utendo fruendo arbitrio boni viri, satis manifestum: cum enim eam cautionem remittit testator, videtur ipsum fructuarium ad male utendum malamque fidem pellicere, velut ante dictum est: majoris sane quæstionis est, an idem sit in cautione rerum ipsarum restituendarum, post finitum usumfructum. 21 Proprietatis proprietatem potest obligare, salvo usufructu alteri debito. 22 Patris usufructus non transit ad filium, in fin. D. quib. mod. usufruct. vel usus amitt. l. 8. D. de annuis & mensur. legat. l. 22. l. 29. D. de usu & usufruct. leg. §. 3. Infr. de usufruct. 23 In usufructu amittendo mors non debitoris, sed ejus, cui debetur, spectatur. adde l. 8. in fin. D. de pericul. & comm. 24 Dixi ad l. 1. §. h. t. l. 13. D. h. t. adde Paul. 1. sentent. 11. §. ult. l. 1. D. usufr. quemadm. caveat. 25 Vid. l. 13. in fin. D. h. t. l. 1. §. 2. D. usufr. quemadm. caveat. 26 Vid. l. 13. in fin. D. h. t. l. 1. §. 2. D. usufr. quemadm. caveat. 27 Usufructus constitui vel testamento, vel contractu potest. l. 8. in fin. D. de peric. & comm. 28 Usufructus ad certum tempus constitui potest. l. 12. vers. Sin autem talis. infr. h. t. l. 3. D. quib. mod. usufruct. 29 Qui finito usufructu fructus percipit, alieno non suo nomine fruitur. 30 Eiusdem æstimatio. Cuiac. ad l. 9. D. de fundo dotali. 9. ad Afric. fol. 204. 31 Id est, priore casu. 32 Usufructuarius proprietatem pignorate non potest. 33 Proprietatem vendere, vel eam æstimatam dare, paria. Qui alterutro titulo rem accipit, eam pignorate potest. 34 Vid. l. 7. §. 2. D. de usufr. & quemadm. 35 Τα καταθέματα δεχόμενοι ποσὴν τῆς εἰρήνης, ita Synops. Basil. 16. tit. 8. c. 15. 2. Harm. 10. §. 8. Glossa καταθέματα, strata tecta: nisi malis sacra tecta legere. 36 l. 10. in fin. D. de damn. infest. 37 Non continuo, qui in aliene ædificat, impensas donare videtur. l. 2. in fin. §. h. t. 38 Alias deperit, id est, retinebis opposita domino soli rem vindicanti doli mali exceptione, juxta l. Paulus. D. de doli mali & metus except. vel si per errorem possessionem restitueris, repetens conditione incerti. l. si uxor. in fin. D. de donat. inter vir. & uxor. Mod., Vid. l. 38. in fin. D. de hered. pet. multo magis retentione uteris. l. 14. D. de doli mali except. Goth. 39 Fructuarium, ejusque heres usufructu non potest. Cur ita? vid. §. 4. vers. Fructuarium. Infr. per quas personas cuique. l. 10. in fin. D. de acquir. rer. dom. 40 Sentus est, rei fructuarie proprietatem usufructuarius alienare non potest. l. 6. sup. h. t. Alienat, qui manumittit. l. 1. vers. Sin autem usufructuarius. infr. comm. de manumiss. 41 l. 4. infr. de his, qui a non domino. 42 Aliud est, ministerium servi consequi: aliud ejus dominium. 43 Nudæ proprietatis dominus usufructum locare non potest. l. 2. in fin. sup. h. t. Plenæ proprietatis dominus potest. ut hic. Quid si moritur is, qui ab eo conduxit? usufructus ad locatorem redibit, ut hic. Quid si qui locavit? non finitur: & ita legitur a quibusdam hic: conductricis, morte ejus qui locavit. Quid si fructuarium locavit? (id enim potest. §. 1. in fin. Infr. de usu & habit. ut & alienare. l. 67. D. de usufr.) Si jus tibi competens locavit, conductoris heres fruatur: sin minus, jus speciale fumentum ex verbis locationis.

De habitatione. De morte.

11. Iidem AA. & CC. Theodoro.

Habitatio morte finitur: nec proprietatem, qui habitationem habuit, legando, domini vindicationem excludit. Dat. 15. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

De usufructu relicto sub certo tempore, in quod quis pervenerit.

12. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

Ambiguitatem antiqui juris decedentes, sancimus, sive quis uxori suae, sive alii cuicumque usufructum reliquerit sub certo tempore, in quod vel filius ejus, vel quisquam alius pervenerit, stare usufructum in 7 annos [singulos], in quos testator statuit: sine persona, de cujus aetate compositum est, ad eam pervenerit, sive non. Neque enim ad vitam hominis respexit, sed ad certa curricula: nisi ipse, cui usufructus legatus sit, ab hac luce fuerit subtractus: tunc etenim ad posteritatem ejus usufructum transmitti non est [penitus] possibile: cum morte usufructum penitus extingui, juris indubitati sit. §. 1. Sin autem talis fuerit inserta conditio, Donec in furore filius, vel alius quisquam remanserit: vel in aliis similibus casibus, quorum eventus incerto sit; siquidem resipuerit filius, vel alius, pro quo hoc dictum est, vel conditio extiterit, usufructum finiri: Sin autem adhuc is in furore constitutus decesserit, tunc quasi in usufructuarii vitam eo relicto, manere usufructum apud eum. Cum enim possibile erat usque ad omne vitae tempus usufructuarii non ad suam mentem venire furentem, vel conditionem impleri: humanissimum est, ad vitam eorum usufructum extendi. Quemadmodum etenim si decesserit usufructuarius ante impletam conditionem, vel furorem finitum, extinguitur usufructus: ita humanum est extendi eum in usufructuarii vitam, etsi antea decesserit furiosus, vel alia conditio defecerit. Dat. Kal. Aug. Constantinop. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De habitatione. De jure locandi.

13. Idem A. Juliano P. P.

Cum antiquitas dubitabat, usufructu habitationis legato, & primo quidem, cui similis esset, utrumne usui, vel usufructui, an neutri eorum, sed jus proprium, & specialem naturam sortita esset habitatio; postea autem, si posset is cui habitatio legata esset, eandem locare, vel dominium sibi vindicare: auctorum jurgium decedentes, compendioso responso omnem hujusmodi dubitationem rescamus. † Et, si quidem habitatiorem [quis] reliquerit, ad humaniorem declinare sententiam nobis visum est, & dare legatario etiam locationis licentiam. Quid enim distat si ipse legatarius maneat, sive alii cedat, ut mercedem accipiat? Et multo magis, si habitationis usufructum reliquerit: cum & nimiae subtilitati satisfactum videatur, etiam nomine usufructus addito. In tantum etenim valere habitationem volumus, ut non antecellat usufructum: nec dominium habitationis speret legatarius, nisi specialiter evidentiis probationibus ipse legatarius possit ostendere, & dominium ejus domus [sibi] esse relicto: tunc etenim voluntati testatoris per omnia obediendum est. † Quam decisionem locum habere censemus in omnibus locis, quibus habitatio constitui potest. Dat. 18. Kal. Octob. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De usufructu. De nuda proprietate legata.

14. Idem A. Juliano P. P.

1 I. 10. ff. de capite minut. l. 10. §. 3. ff. de usu & habit. 2 Subscriptio hae non convenit inscriptioni. 3 Ambiguitas ex eo nascitur: Usufructum in tempore pubertatis filii relicto, filii pubertate usufructum extingui: in tempore vero, quo furor ejus cessaverit, furore per mortem filii cessante non extingui. Verum decidendi ratio consistit in eo: priore casu usufructum relicto esse in tempore seu curriculum aliquod vitae (quod cum sit, relinquunt sane usufructus in tempore certum: est enim curriculum pubertatis lege certum) posteriore vero in vitam fructuarii. Nam qui alicui usufructum in tempore furoris in filio finito legat, in tempore vitae fructuarii legasse intelligitur: quia incerta furoris cessatio est. 4 Hac quarta est decisio ex 50. novis Justinianeis, ut videre est apud Inglois tract. ad has decision. Anf. 5 Continetur in nota πδωδ hae species. Usufructus Titio relicto est in certum tempus, puta pubertatis filii vel Sempronii. Dic, filio vel Sempronio puberibus factis usufructum extingui, ibi stare. Quid si filius ante pubertatem vel certum illud tempus mortuus sit? Non perit usufructus ante eum diem, quo filius pubes, si viveret, heres: ibi sive persona. Atqui usufructus ad hominis vitam relicto, vita finita, usufructus interit? Interit sane. Verum hic usufructus, non tam ad vitam alterius relicto est, quam ad certum curriculum vitae vel aetatis: ut in hac specie curriculum illud expectari oporteat: neque intereat usufructus, antequam curriculum illud certe venerit. ibi, neque enim. Quid si filio nondum pubere, & illud certum tempus non adfecto fructuarius mortuus sit? Interit usufructus, neque ad heredem ejus transmittitur: licet curriculum certum, in quod usufructus relicto est, nondum praeterierit. Cur tam varie? nempe quod juris indubitati sit, morte fructuarii usufructum extingui. ibi, nisi ipse. Et hae obviunt, quoties ad certum tempus usufructus relinquuntur. Quid si ad incertum, & Titio usufructus ita relicto est: Donec filius vel alius in furore remanserit? Furore earum personarum finito, alio quam per mortem casu, usufructus finitur. vers. Sin autem talis. Quid si per mortem tutor in illis personis cessaverit, & persona illa in furore decesserit? nondum interisse usufructum dicendum est: cum hoc casu in ipsam usufructuarii vitam, usufructus relicto videatur. Fructuario igitur tunc vivo supererit usufructus, cum in ejus vitam relicto intelligatur. vers. Sin autem ad hoc. Diverfitas ratio. Dic primum fieri potuisse, filium ut per omnem usufructuarii vitam furiosus esset. Igitur humanissimum esse, ut in ipsius fructuarii vitam usufructus eo casu extendatur. Dices denique hanc humaniorem sententiam esse, ut fructuario ad ejus vitam relicto usufructus videatur, non simpliciter ad vitam furiosi: ut non, quid furioso acciderit, sed quid ei accideret potuerit, incipiamus. vers. Cum enim possibile. Id alia quoque ratione colligitur. Quemadmodum enim superius diximus, usufructuario ante impletam furoris conditionem seu furoris cessationem decedente extingui usufructum. vers. Quemadmodum. Ita humanum est usufructum extendi in vitam fructuarii, licet ante furiosus decesserit. vers. Ita humanum est. Hac speciei distributione patet vel ipsi Justiniano satisfactum plenissime esse. 6 l. 5. supr. h. t. l. 4. ff. de usufruct. 7 l. 37. ff. de usufruct. l. 5. ff. quibus modis usufruct. 8 Usufructus non ad vitam hominis relicto, sed ad certa curricula morte non finitur: sed curriculo tantum elapso. 9 Titio usufructus relicto in tempore pubertatis filii: Titius ante pubertatem filii mortuus est, queritur quid juris sit? interit usufructus, neque ad ejus heredem transmittitur, ut hic. Cur non ad ipsum impuberem? cum ejus contemplatione ejusque aetate in ipsa impuberi aetate usufructus relicto videatur: quod sane colligas ex ipsa formula relicti usufructus, in qua fieri ideo pubertatis filii mentio videatur, ut sciat pater ideo sibi relinquere usufructum, ut ad pubertatem usque filium aleret. 10 Vid. l. 3. supr. h. t. l. 1. §. 5. supr. h. t. 11 Eventus respicientia in furioso incertus. 12 Rede, si personam fructuarii spectes. Potius tamen querere, cur non usufructus ipse ad turiosum supererit usque porrigitur, cujus contemplatione usufructus ejus patri relicto videatur: ut furiosum filium, quamdiu in furore esset, aleret? usufructum in persona filii furiosi manere humanum videtur. arg. l. ult. in fin. infr. h. t. 13 Rede, si personam fructuarii spectes. Potius tamen querere, cur non usufructus ipse ad furiosum supererit usque porrigitur, cujus contemplatione usufructus ejus patri relicto videatur: ut furiosum filium, quamdiu in furore esset, aleret? usufructum in persona filii furiosi manere humanum videtur. arg. l. ult. in fin. infr. h. t. 14 Habitationis usufructus, neque usas simplex est, nec usufructus, sed jus proprium. 15 Nota veterum con-

Antiquitas dubitabat, si quis fundum vel aliam rem cuidam testamentamento relinqueret, quatenus usufructus apud heredem maneret, si hujusmodi constaret legatum? Et quidam inutile legatum esse existimabant: quia usufructus nunquam ad suam rediret proprietatem, sed semper apud heredem remaneret: [ & ] forsan hoc existimabant, quia & deinceps heres & deinceps successores unius esse videantur: nec possit hujusmodi usufructus secundum veterem distinctionem solitis modis extingui. Alii autem hujusmodi legatum non esse respiciendum existimaverunt. Tales altercationes decedentes, sancimus & hujusmodi legatum firmum esse, & talem usufructum una cum herede finiri; & illo moriente, vel aliis legitimis modis eum amittente, expirare. Quare enim iste usufructus sibi tale vindicet privilegium, ut [a] generali interemptione usufructus ipse solus excipiat? quod ex nulla induci rationabili sententia manifestissimum est. Et propter hoc, & usufructum finiri, & ad proprietatem suam redire, & utile esse legatum sanctentes, hujusmodi paucissimis verbis totam eorum ambiguitatem delevimus. Dat. 15. Kal. Octob. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

Si pars servi, per quem usufructus acquisitus est, alienetur.

15. Idem A. eidem Juliano P. P.

Inter antiquam prudentiam dissensio incidit; si per servum usufructus domino fuerit acquisitus, & ex quibusdam casibus (multi enim [ casus ] rebus incident mortalium) pars hujus servi ad alium perveniat: utrum omnis usufructus, qui antea per servum ad aliquem pervenerit, apud eum remaneat, an totus tollatur, vel ex parte diminuat, ex parte autem apud eum resideat. Et super hujusmodi dubitatione tres sententiae vertebantur. Una, quae dicebat, ex particulari alienatione servi totum [ usufructum ] diminui. Alia, in tantum usufructum diminui, in quantum & servus alienaretur. Tertia, quae definiebat partem [ quidem ] servi posse alienari: totum autem usufructum apud eum remanere, qui antea servum in solidum habebat. Et in novissima sententia summum auctorem juris scientiae Salvium Julianum esse invenimus. Nobis autem haec decedentibus placuit, Salvii Juliani admitti sententiam, & aliorum, qui in eadem fuerunt opinione, quibus humanius visum est, non interemptionem usufructus studiosam esse, sed magis retentionem: quatenus, etsi pars servi alienetur, tamen neque pars usufructus deperat, sed maneat secundum suam naturam integer atque incorruptus: & quemadmodum ab initio fixus est, ita & conservetur, ex hujusmodi casu nullo deterioratus modo. Datum 10. Kalend. Octob. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

Quibus modis usufructus vel actio de usufructu tollitur.

16. Idem A. Juliano P. P.

Corruptionem usufructus multiplicem esse veteribus placuit, vel morte usufructuarii, vel capitis diminutione, vel non utendo, vel aliis quibusdam non ignoratis modis. Sed de usufructu quidem hoc indubitatum fuerat: de personali autem actione, quae super usufructu nascitur, sive in stipulationem usufructus deductus sit, sive ex testamento relicto, dubitabatur: morte quidem usufructuarii, & capitis diminutione eam tolli omnibus concedentibus: non utendo autem, si per annum vel biennium forsitan [ eundem ] usufructum non petierit usufructuarius, si personalis actio tollatur, altercantibus? §. 1. Sed nos hoc decedentes sancimus, non solum actionem, quae de usufructu nascitur, sed nec ipsum usufructum non utendo cadere, nisi tantummodo morte usufructuarii, & ipsius rei interitu: sed usufructum, quem sibi aliquis

troverias circa jus habitationis motas. 16 Ad plenum hujus legis intellectum juvabit te Capoll. in suo tract. de servit. urban. praed. c. 60. & Afflic. decis. 401. n. 7. Mod. 17 Nota jus novum in jure habitationis receptum. Goth. Haec quinta est decisio ex novis Justinianis. vide Inglois. Anf. 18 Xovov oikovoov, usum habitationis. Synopf. 16. tit. 8. cap. 30. vel ei opponatur usufructus habitationis. vers. Et multo magis. infr. h. t. 19 Habitatione cui relicta est, eam locare potest. §. 5. in fin. Infr. de usu & habit. 20 Paria sunt, quoties de habitationis jure quaritur, per se uti habitatione, & per alium eodem uti, exque ea pensiones recipere. 21 Actor non auditur, si ejus non interfit. 22 Plus enim licet usufructum habitationis, quam ejus nudum ulum habendi. 23 Usufructu habitationis relicto, queritur an legatarius possit eum usufructum locare: posse locare, certius est. Dixeris habitationis jus esse personale. Possis quoque respondere, in hac specie non simpliciter habitationem, sed usufructum habitationis esse. Qui usufructuarius poluerit, eundem locare posse idem quoque fatebitur. Quoties enim sit usufructus mentio, locationem legatario permissam consequenter esse, intelligere debemus. Et tamen utraque ponas habitationis usum relicto alicui usufructu, legatarium eum usum locare potest, verius fuerit. vers. Et si quidem. supr. h. t. 24 Idem effectus est habitationis domus & ejus usufructus, ut hic. vel usus. l. 32. in fin. ff. de usufruct. l. 10. ff. de usu & habit. 25 Habitationis legatarius, non est ejus dominus. 26 Habitatione legata non censetur rei dominium legatum: nisi probetur testatore proprietatem legasse, ut hic. Exinde colligas, habitationis verbo puerumque ipsam proprietatem contineri posse. 27 A consueti actus conditione tacite postsumus recedere. Tacita voluntas probatur evidentissimis probationibus. 28 Usufructu deducto, legatis rebus, queritur quid juris sit penes heredem, quidve penes legatarium? Quodam putabant aedem usufructum perpetuo fieri heredis ejusque successorum. Alii putabant id genus legati, legatario non esse utile. Justinianus decidit: legatis rebus deducto usufructu, legatarium vivo herede nudam proprietatem aedem consequi; eo mortuo usufructum eorum ad eum redire. Goth. Haec est sexta decisio ex 50. Justinianis. vide Inglois. Anf. 29 Deducto scilicet usufructu. l. 6. ff. de usufruct. l. 4. ff. si usufructus petat. §. 1. Infr. de usufruct. Id nisi suppleveris, vix hanc legem bene noveris. 30 Appellatio heredis relata ad id, quod de lui natura non est transmissibile ad heredem, in persona primi heredis finitur. Tiraquell. in tract. de mort. factis le vis. declar. q. part. 4. Jaton. ad l. in annalis. infra de legat. Croc. ad l. 4. §. Cato. num. 151. Et seq. ff. de verb. oblig. Bartol. ad l. Galvus. §. etiam si parente. vers. quare istis casibus. n. 7. de liber. Et posthum. & ibi Alexander. Ruinus, atque plurimi. Mod. 31 Includa delunt in quibusdam casibus. 32 Id est, quoties relicto est fundus usufructu: ut sit sensus, Si fundus legatur deducto usufructu, legatarius nudam habet proprietatem, heres usufructum. §. 1. Infr. de usufruct. Hujusmodi usufructus una cum herede finitur. infr. h. t. 33 Haec lex 15. junct. l. 16. faciunt septimam decisionem Justinianeam ex 50. vid. Inglois. Anf. 34 Quislibet. 35 Vid. l. ult. infr. de praescript. 30. vel 40. annorum. 36 Usufructu per servum adquisito, servus pro parte alienatus est, queritur quid juris sit? Alii solidum interitum usufructum putabant. vers. Una. Alii pro parte. vers. Alia. Alii nullo modo interire, sed solidum servari, & in hac sententia Juliano Justinianus acquiescit hac lege. vers. Tertia. vers. Et in novissima. 37 Prima veterum opinio. 38 Secunda veterum opinio. 39 Tertia veterum opinio, quae est Juliani & Justiniani. 40 Id est, expetendam aut admittendam, sic alibi in proemio Digestorum, nihil tam studiosum. 41 §. 3. Infr. de usufr. Et D. quibus modis usufr. vel usufr. amittit. 42 l. 3. h. t. 43 l. 1. D. quib. mod. usufr. 44 d. §. 3. l. 25. l. 28. ff. quib. mod. usufr. 45 Vid. d. §. 3. vers. item. Paul. 3. sent. 6. §. 23. Et seq. 46 Constituitur enim usufructus vel testamento, vel contractu. l. 4. in fin. supr. h. t. §. 1. Infr. l. 3. ff. de usufruct. 47 Usufructus, ejusque nominis actio morte perit: non utendo non perit, ut hic. Cur ita? vid. vers. cum multis. infr. h. t.

adquisivit, hunc habeat dum vivit, intactum: cum <sup>1</sup> multa, & innumerabiles causae rebus incidant mortalium, per quas homines iugiter retinere, quod habent, non possunt: & est satis durum, per huiusmodi difficultates amittere, quod semel possessum est: nisi <sup>2</sup> talis exceptio usufructuario opponatur; quae, etiamsi dominium vindicaret, posset eum praesentem vel absentem excludere <sup>3</sup>. §. 2. Sed neque per omnem <sup>4</sup> capitis deminutionem huiusmodi detrimentum imminere nostris patitur subjectis. Quare enim si filiusfamilias fuerit is, qui usufructum habet, forte ex castrensi peculio, ubi <sup>5</sup> nec patri usufructus acquiritur, ei possessum, per emancipationem <sup>6</sup> eum amittat? sed secundum quod definitum est, tunc eum tantummodo definire, cum usufructuarius, vel res pereat, & tantummodo eum cum anima <sup>7</sup> vel rei substantia expirare: nisi praedictae exceptionis vigor reclamaverit: excepta videlicet tali capitis deminutione, quae vel <sup>8</sup> libertatem vel civitatem Romanam possit adimere: tunc etenim usufructus omnimodo ereptus, ad suam revertatur proprietatem. Dat. Kal. Octob. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

*De usufructu filiofamilias vel servo relicto.*

17. Idem A. Johanni P. P.

EX libris Sabinianis quaestio nobis relata est, per quam dubitabatur, Si usufructus per servum acquisitus, vel per filiumfamilias, capitis diminutione <sup>9</sup> filii magna, vel media, vel morte, vel emancipatione, vel servi quacunque alienatione, vel morte, vel manumissione possit adhuc remanere? Et ideo sancimus <sup>10</sup> in huiusmodi casibus, neque si servus vel filiusfamilias in praefatos casus inciderit, interrumpi patri, vel domino usufructum, qui per eos acquisitus est, sed manere intactum. Neque si pater magnam capitis diminutionem vel mediam passus fuerit, vel morte ab hac luce fuerit exemptus, usufructum perire: sed apud filium remanere, etiamsi heres a patre non relinquatur: Usufructum enim per eum acquisitum, apud eum remanere etiam post patris calamitatem oportet: cum plerumque verisimile <sup>11</sup> sit testatorem contemplatione [magis] filii, quam patris, usufructum ei reliquisse. Dat. 15. Kal. Nov. *Constantinop.* post Consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XXXIV.

DE SERVITUTIBUS <sup>12</sup> ET AQUA <sup>13</sup>.

*De eo, qui aedificando leminibus officit. De longi temporis consuetudine.*

1. Imp. ANTONINUS A. Calphurniae.

SI <sup>14</sup> quas actiones adversus eum, qui aedificium contra veterem <sup>15</sup> formam extruxit, ut luminibus <sup>16</sup> tuis officeret, competere tibi existimas; more solito [per iudicem] exercere non prohiberis: Is, qui iudex erit, longi temporis <sup>17</sup> consuetudinem, vicem <sup>18</sup> servitutis obtinere sciet: modo si is, qui pulsatur, nec vi nec clam, nec precario possidet. PP. 3. Id. Novemb. GENTIANO & BASSO CONSS. 212.

*De eo, qui sciente domino aquam duxit.*

2. Idem A. Martiali.

<sup>1</sup> Ratio decidendi. <sup>2</sup> Usufructus ejusve actio sola morte usufructuarii, & rei interitu perit. An & non utendo? non perit, nisi longi temporis spatio, ut hic, & l. 13. J. tit. prox. adde Paul. 3. sent. 6. §. 28. & 30. <sup>3</sup> Sunt, inquit Charondas, qui recte hanc legem accipiunt de actione in rem, de qua agitur in §. aequae. Instit. de action. aliud de actione personalitatem; nempe longissimi temporis spatium requiri. l. 2. J. de constit. pecun. & l. 3. J. de praescript. 30. vel 40. annor. explicuit autem eandem hanc legem pulchre in novis intellectibus suis Molinæus. Mod. <sup>4</sup> Sed per mediam & maximam, non minimam. §. 1. in fin. Inst. de adquis. per adrog. <sup>5</sup> Usufructum in castrensi peculio filii pater non habet. <sup>6</sup> Est enim emancipatio capitis diminutionis species. <sup>7</sup> Usufructus extinguitur morte fructuarii, re perempta, & ea capitis deminutione, qua vel libertas vel civitas amittitur. <sup>8</sup> Minima capitis deminutione familiam tantum: media familiam & civitatem: maxima familiam, civitatem, & quod majus est, libertatem amittimus. l. ult. ff. de cap. vain. <sup>9</sup> Vid. Paul. 3. sent. 6. §. 29. <sup>10</sup> Usufructus quaeritur per servum vel huium, servi vel filii capitis deminutione non extinguitur, ut hic. Quid si pater servus aut peregrinus factus fuerit, aut mortuus sit? Apud filium talis usufructus manet, etiamsi heres a patre relicto non fuerit. vers. Neque ff. Cur ita? vid. vers. Cum plerumque. <sup>11</sup> In dubio contemplatione filii relicto praesumitur

<sup>12</sup> Paul. 1. sent. 17. 2. Instit. 3. & l. 8. D. I. 1. 3. 4. 1. 6. περι δελεω. 58. Ecl. 1. & 2. Harmen. περι δελεω. De actione in rem confessoria pro servitutibus, vid. Ferrarientem in forma libelli actionis confessoria pro servitutibus. 30. Oldendorp. class. 3. act. 3. De negotiorum vid. Ferrarientem in forma libelli in actione negotiorum 31. Oldend. class. 3. act. 5. De utraque vid. §. 2. Inst. de act. & ibi interpretes. <sup>13</sup> Ne dicas, arcanda, ut sit. ff. de aqua & ag. pluv. sed de servitutibus aqueductus, aquae hauritus. Cujac. notat hic & περι δελεω legendum esse, De aqua & aliis servit. ut l. 3. infr. h. t. Cujac. Ad hunc titulum & singulas leges vid. Anton. de Padill. Anst. <sup>14</sup> Legem hanc copiosissime explicat Gothofredus: quare tantum monebo, ut ad eam etiam plenius intelligendam consultas hinc Rævardum civem meum ad legem Scribaniam cap. 5. & Corasium ad l. Servitutibus. 4. in princ. n. 46. ff. de servit. illinc Alexandr. consil. 104. in 4. vol. & ad l. de quibus. ff. de legib. Mod. <sup>15</sup> Hanc legem difficilem & talem hic interpretet: Ubi neque servitus expressim, vel tacite adquisita est, nobis licet tollendo aedes vicini obsecrare: nec eo nomine ulla competit actio. l. 8. l. 9. infr. & l. 9. ff. de servit. adde l. 26. ff. de damn. infect. vid. Cujac. l. obsequi. 7. Idem dicendum, si in area aedificem, eo tamen casu legitimum spatium a vicina insula servandum est. l. 14. ff. de servit. urb. Ubi vero servitus luminis expressim adquisita, non licet in eam quidquam committere. l. 5. l. 9. infr. h. t. (Lumen est autem, ut caelum videatur. l. 16. ff. de serv. urb.) Quid si tacite: vetus enim aedificiorum forma vicem servitutis obtinet, ut hic: jubet Imperator veterem formam servari, ut hic. l. 7. J. h. t. l. 12. §. 1. infr. de aedific. privat. l. 11. ff. de servit. urb. vetat tollendo luminibus vicini officit: dat enim damnum, qui tollendo officit. l. 25. ff. de damn. infect. Hinc consequitur, cuius tollere permitti, dum vicino non officiat: Ceterum officiat necne, non ex actoris opinione vel aedificatione corrupta, sed ex aequo bonoque iudicabitur. Ac primum quidem ex civitatum statutis. His deficientibus res erit finienda iudicis officio, qui rem in praesentem se conferet. Id cum acciderit, res dijudicari vix poterit melius, quam si vicinarum aedium altitudinem, spatia, intervalla, ac fundamenta diligenter iudex inspexerit. l. 12. §. 2. J. de aedific. privat. <sup>16</sup> Nam quo magis distabit noster a vicino paries, eo liberius aedificandi in eo facultas fuerit: & in eo aedificantes minus luminibus vicini officimus. Possunt & aedes ipsius vicini spectari, cui vicinus iniuriam tollendo non facit, si tantum luminis ei relinquit, quantum ipse sibi sua reliquisse in area reperitur fuerit. Est enim pertiniquum, vicinus ut a vicino lumen uberius exigit, quam ipse sibi suo in aedificio & area interiore reliquit. Potest etiam cognitio hac a forma vicinorum, vel reliquorum urbis aedificiorum educi: ut & publiciarum viarum intercapedine vel altitudine: ut quo spatio, quae altitudine ceteris aedificare communiter ante licuit, vel cuius & hoc volenti tollere, scilicet sit concessum. Sine invidia cuique facere licet in suo, quod aliis sit permittum. Favent enim leges cuiuscumque fundi libertatibus & reis. Ideoque negans servitutem debere, suam intentionem fundatam in iure communi habere praesumitur. Quilibet enim res iure naturali libera praesumitur. l. 4. ff. de iustit. & iure. Nec etiam sequitur, ut qui per centum annos domum suam depressam habuerit, non possit eam vicinis tollere: quod in eius potestate semper fuerit eam

SI <sup>19</sup> aquam <sup>20</sup> per <sup>21</sup> possessionem <sup>22</sup> Martialis eo sciente <sup>23</sup> duxisti: servitutem exemplo rerum immobilium <sup>24</sup> tempore <sup>25</sup> quaesisti. Quod si ante id spatium ejus usus tibi interdixit est, frustra <sup>26</sup> sumptus in ea re factos praestari tibi postulas: cum in aliena possessione <sup>27</sup> operis <sup>28</sup> facti dominium quoad in eadem causa manet <sup>29</sup>, ad eum pertineat, cujus est possessio. PP. Kalend. Jul. LETO & CEREALI CONSS. 216.

*De praedio provinciali.*

3. Imp. ALEXAND. A. Ricanæ.

ET in provinciali <sup>30</sup> praedio constitui servitus aqueductus, vel aliae servitutes possunt: si ea praecesserint, quae servitutes constituunt; tueri enim placita inter contrahentes debent. Quare non ignorabis, si <sup>31</sup> priores possessores aquam duci per praedia prohibere jure non potuerint, cum eodem <sup>32</sup> onere perferenda servitutis transire ad emptores <sup>33</sup> eadem praedia posse. PP. Kal. Maji, MAXIMO II. & ELIANO CONSS. 224.

*De aqua invito domino non ducenda.*

4. Idem A. Corneliano.

Aquam <sup>34</sup>, quae in alieno loco oritur, sine <sup>35</sup> voluntate ejus, ad quem usus ejusdem aquae pertinet, Praetoris edictum non permittit ducere. PP. Idib. Aug. MAXIMO II. & ELIANO CONSS. 224.

*De eo, quod contra servitutem debitam extractum est.*

5. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Luciano militi.

SI quid pars adversa contra servitutem aedibus tuis debitam injuriose extruxit: Praeses provinciae revocare <sup>36</sup> ad pristinam formam, damni etiam ratione habita pro sua gravitate curabit. PP. Kalend. Febr. PRESENTE & ALRINO CONSS. 247.

*De aqua invito domino non ducenda.*

6. Imp. CLAUDIUS A. Prisco.

PRaes provinciae usu aquae, quam ex fonte juris tui profuere allegas, contra statutum <sup>37</sup> consuetudinis formam carere te non permittit: cum sit durum <sup>38</sup> & crudelitati proximum, ex tuis praediis aquae agmen ortum sitientibus <sup>39</sup> agris tuis ad aliorum usum vicinorum injuria propagari. PP. 7. Kal. Maji, CLAUDIO A. & PATERNO CONSS. 270.

*De veteri consuetudine.*

7. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC.

Juliano [P. P.]

SI manifeste doceri possit, jus aquae ex veteri <sup>40</sup> more atque observantione <sup>41</sup> per certa loca profluentis utilitatem certis fundis <sup>42</sup> irrigandi causa exhibere: Procurator noster, ne quid contra veterem [formam] atque solennem morem innovetur, providebit. PP. 4. Non. Maji, MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

*De aedificio altius sublato: de fenestra in pariete vicini facta.*

8. Idem AA. & CC. Aniceto.

ALtius quidem aedificia tollere <sup>43</sup>, si <sup>44</sup> domus servitutem non debeat, dominus ejus minime prohibetur <sup>45</sup>. In pariete vero tuo, si fe-

tollere, non tollere: & jure suo citra serviendi animum usus fuerit. Tempus quoque non est modus inducendae obligationis in futurum. l. 44. §. 1. ff. de oblig. & act. sed ultimus prohibitus requiritur: sine qua non currit hic praescriptio. vid. Mynting. resp. 81. num. 11. adde ana quae dicam. l. 9. J. h. t. De prospectu dicam proxime. Quid? prospectui vicini possunt officere? Demus circumquaque vicinis adimi propeclum maris, hortorum, plantarum, publicae scripturae, picturae, montium. vide 2. Harmen. 4. horologii: quin & liberum autem coelum, quo maxime domus astrologi commendatur. vide Cujac. 17. observ. 35. Possit verius esse, nisi jus servitutis obtulit. Nam ubi non obtulit, qui jure quid in suo fecerit, licet cum vicini damno. vid. quae notavi ad l. 26. ff. de damn. infect. & ad l. 3. §. 7. ff. de incendio, vicina. <sup>17</sup> Cujus non est memoria. <sup>18</sup> l. 1. in fin. l. 2. D. de aqua & aqua pluv. id ut intelligendum sit, dixi §. h. t. <sup>19</sup> l. 10. D. si servit. vindict. <sup>20</sup> Hanc legem pertinere ad provincialia, non ad Italiae praedia, notat Cujac. ad l. 2. D. de usurp. & usucap. <sup>21</sup> Servitutem aquae ducendae per triennium consentiente domino aquam ducentes, adquirimus: ante triennium perfectum ducere a domino prohiberi possumus: neque sumptus in eam rem factos ab eo petimus. Synops. Basil. 58. tit. 7. c. 2. & 2. Harm. 4. §. 118. <sup>22</sup> Id est, fundum. <sup>23</sup> Atque ita non clam. l. 10. D. si servit. vindict. l. 5. §. sed & J. 3. D. quod vi. <sup>24</sup> Graeci legunt mobilium. Sed melius forte legemus, immobilium. 58. Ecl. 1. c. 14. ut immobilibus servitutes comparemus potius quam mobilibus, ut & panes civiles. Novell. 7. vid. Cujac. cap. 22. de divers. temp. praescript. & de access. adde eund. 2. Feud. 1. fol. 504. Etd Panormitanus eos facit, neque mobiles, neque immobilis. Sed praestat immobilibus adnumerari, adherent enim immobilibus. vid. Gail. 2. obs. 11. n. 11. <sup>25</sup> Triennium, ut volunt Graeci, Synops. d. loco teste Cujac. c. 22. de praescript. decennium inter praesentes, vicenarium inter absentes: quia hic est in immobilibus, l. 1. §. de usuc. trans. ubi Accursi. nisi ex publico lumine ducatur. Nec enim nisi tempore cujus non extat memoria, praescribitur, l. 3. §. 4. D. de aqua quotid. & aserv. Quid si ex praedio Ecclesiae? annorum 40. praescriptio requiritur. Bald. lic. adde Wurmier. 1. praescript. 27. obs. 7. <sup>26</sup> Vide tamen quae dixi ad l. 38. D. de hered. pet. <sup>27</sup> Id est, fundo alieno. <sup>28</sup> Id est, aedificii, canalium & similium. <sup>29</sup> Id est, quoad jus non est diversum. vid. l. 2. §. de rei vind. 30. Id est, non solum in Italico. vid. Cujac. 7. observ. 3. provincialia praedia, tributaria, hipendiaria: unde & ratio decidendi sumitur. Videtur enim constituta servitute tributis deterior causa fieri. adde Cujac. ad l. 4. in fin. D. de usuc. in fin. <sup>31</sup> Quod auctor non potuit prohibere, successor prohibere non potest. <sup>32</sup> l. 23. §. 2. D. de serv. praed. rust. v. quae notavi ad l. 20. §. 1. D. de adquis. rer. dom. <sup>33</sup> Adde l. 10. in fin. D. si servit. vind. l. 1. §. 25. D. de aqua quotidiana. <sup>34</sup> Aquam nemo ducere potest ex alieno fonte citra voluntatem ejus, qui fundi dominus est. Synops. h. t. c. 4. <sup>35</sup> Vid. l. 8. ff. de aqua & aqua pluv. <sup>36</sup> Et tollere, l. 9. J. h. t. l. 14. 15. in fin. D. si servit. vind. <sup>37</sup> l. 1. l. 1. sup. h. t. <sup>38</sup> Hinc colligit Alciatus 1. praescript. 52. Quemlibet praesumpti rem suam primum curare, deinde alienam, & sic ordinatam charitatem incipere a seipso. Bald. <sup>39</sup> Sic aures litire Cicero 2. ad Atticum 14. fontes litire. Idem 3. epist. ad Quintum fratrem. herbæ sicut. Virgil. Ecl. 7. & 4. Georg. prata bibunt. Virgil. Ecl. 3. in fin. apud Anacreontem. πάντα δεψω. <sup>40</sup> d. l. 1. <sup>41</sup> Consuetudo quomodo probetur, in eo, quod hic dicitur antiquam consuetudinem servari, v. Bald. ad l. 1. J. ad SC. Vellejans n. 5. vers. sed huc quare. Parisiens. consil. 13. praecipue num. 32. & 34. vol. 1. Decium ad l. 1. n. 18. sup. de edendo. Afflic. decis. 192. num. 4. Habes & alia ad consuetudinem pertinentia apud Alexandr. cons. 5. col. 2. vol. 5. Cotram in Memorabilibus in vers. consuetudo. Rom. singul. 19. Cremenl. sing. 150. Mod. <sup>42</sup> Myntingerus tamen respondit privatum posse vivarium urbi vicinæ aliquo modo utile in agrum frumentarium vel similitera mutare. Resp. 81. An praecipere aquam fluminis vel molendini in flumine, ut praedictum fiat inferioribus, v. Ferrar. in ser. libell. servit. confess. 30. ibi. Servitus aquaed. 62. <sup>43</sup> Ne quidem fiteus servitutem, qua semel est constituta, tollere potest. Syn. Basil. 58. tit. 7. c. 5. & obsecrare vicina. l. 9. J. h. t. l. 9. D. de servit. praed. rust. dixi §. ad l. 1. l. 24. 26. ff. de damn. infect. <sup>44</sup> Alias exceptiones, vid. apud Socin. reg. 102. <sup>45</sup> Cur ita? res praesumitur ab origine sua esse libera. vid. Alciat. 2. praesumpt. 3. Nec enim servitutes habent causas naturales, sed conventas vel praescriptas: & quique in suo ad caelum usque (si ita licet dicere) aedificare potest. l. 1. in fin. pr. l. 24. ff. de serv. praed. rust. l. ult. §. 4. ff. quod vi aut clam. Hinc etiam inferunt rem praesumpti liberam allodialem non feudalem. Feudum enim speciem servitutis esse, quae regulariter praesumenda non sit, nisi probetur: probari tamen intelligi rem feudalem esse, si semel talis fuerit. vid. Gail. 2. obs. 69. n. 2. 3. 4. 5. 6. restitram



nefram Julianus vi vel clam fecisse convincatur: sumptibus suis opus tollere, & integrum parietem restituere compellitur. Dat. Kalend. Januar. Sirmii, AA. CONSS. 293.

De edificio altius sublato.

9. Idem AA. & CC. Zosimo.

SI in ædibus vicini tibi debita servitute, parietem altius ædificavit Heraclius: novum opus suis sumptibus per Præsidentem provinciæ tollere compellitur. Sed si te servitutum habuisse non probetur, tollendi altius ædificium vicino non est interdictum. PP. 5. Kal. Julii, Sirmii, AA. CONSS. 293.

Si servitus aqua ducenda deberi negetur.

10. Idem AA. & CC. Nymphidio.

SI tibi servitutum aquæ [ducendæ] deberi Præses animadverterit, nec hac te non utentem spatio temporis amisisse perspexerit, uti te iterum jure proprio providebit. Nam si hoc minime probetur, loco proprio facto opere, dominus fundi continere aquam, & facere, quo minus ager tuus irrigari possit, non prohibetur. PP. 11. Kalend. Februar. Sirmii, CC. CONSS. 294.

De itinere, actu, via.

11. Idem AA. & CC. Aureliano.

PER agrum quidem alienum, qui servitutum non debet, ire vel agere vicino minime licet: Uti autem via publica nemo recte prohibetur. Dat. 11. Kalend. Novemb. Sirmii, CC. CONSS. 294.

De termino aqua ducenda.

12. Idem AA. & CC. Valeria.

NON modus prædiorum, sed servitus aquæ ducendæ terminum facit. PP. 3. Kal. Jan. CC. CONSS. 294.

An servitus non utendo amittatur.

13. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

Sicut usufructum, qui non utendo per biennium in soli rebus, per annale autem [tempus] in mobilibus vel se moventibus diminuebatur, non passim sumus hujusmodi sustinere compendiosum interitum, sed ei decennium vel viginti annorum dedimus spatium: ita & in cæteris servitutibus obtinendum esse censuimus, ut omnes servitutes non utendo amittantur, non biennio, (quia tantummodo soli rebus annexæ sunt) sed decennio contra præsentem, vel viginti spatii annorum contra absentes: ut sit in omnibus hujusmodi rebus causa similis, differentiis explosis. Dat. 15. Kal. Novemb. Constantinop. post Consulatum LAMPADII & ORESTIS, VV. CC. CONSS. 531.

Ne ita ædificetur ut accessus venti ad aream, & concussio fructuum impediatur.

14. Idem A. Johanni P. P.

Cum talis quæstio in libris Sabinianis verteretur: quidam enim patens erat cum vicino suo, Ut liceret ei, vel per se, vel per suos homines per agrum vicini transitum facere, iterque habere uno tantummodo die per quinquennium, quatenus ei licentia esset in suam sylvam inde transire, & arbores excidere, vel facere, quidquid necessarium ei visum fuisset: Et quæretur, quando hujusmodi servitus non utendo amitteretur? Et quidam putarent, si in primo vel secundo quinquennio per eam viam itum non esset, eandem servitutum penitus tolli, quasi per biennium ea non utendo deperdita, singulo die quinquennii pro anno numerando. Alii [autem] aliam sententiam eligentibus, nobis placuit ita causam dirimere, ut, quia jam

per legem latam a nobis prospectum est, ne servitutes per biennium non utendo deperant, sed per decem vel viginti annorum curricula, & in proposita specie si per quatuor quinquennia, nec uno die vel ipse, vel homines ejus eadem servitute usi sunt, tunc eam penitus amittat viginti annorum desidia. Qui enim in tam longo prolixoque spatio suum jus minime consecutus est, sera poenitentia ad pristinam servitutum reverti desiderat. §. 1. Cum autem aperitissimi juris est, fructus aridos concussione, quæ in area fit, suam naturam, & utilitatem ostendere, aliquis vicinum suum vetabat, ita ædificium extollere juxta aream suam, ut ventus excluderetur, & palea ex hujusmodi obstaculis fecerit a frugibus non possent, quali vetito vento suam vim per omnem locum inferre ex hujusmodi ædificatione, cum secundum situm regionis, [ & ] auxilium venti aream accedit: Sancimus itaque nemini licere sic ædificare, vel alio modo versari, ut idoneum ventum & sufficientem ad præfatum opus infringat, & inutilem domino aream, & fructuum inutilitatem faciat. Dat. 11. Kal. Novemb. Constantinop. post Consulatum LAMPADII & ORESTIS, VV. CC. 531.

TIT. XXXV.

DE LEGE AQUILIA.

De sylva combusta vel excisa.

1. Imp. ALEXANDER A. Glyconidi.

Dammum per injuriam datum immisso in sylvam igne, vel excisa ea, si probare potes: actione legis Aquiliæ utere. PP. 7. Id. Nov. ALEX. A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De domo deposita vel concremata. De aqua alio derivata.

2. Imp. GORD. A. Mutiano.

Legis Aquiliæ actione expertus adversus eum, quem domum tuam deposuisse, vel incendio concremasset, damnoque te affixisse proponis, ut id damnum farciatur, competentis Judicis auctoritate consequeris. Quinetiam, si aqua per injuriam alio derivata sit, ut in priorem statum restituatur, ejusdem Judicis cura impetrabis. PP. 8. Id. Novemb. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De ancilla occisa.

3. Idem A. Dolenti.

EX morte ancillæ, quam casam conquestus es, tam legis Aquiliæ damni farciendi gratia actionem, quam criminalem accusationem, adversus obnoxium competere [tibi] posse non ambigitur. PP. 5. Kal. April. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

Pena inficiantis.

4. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Zoilo.

Contra negantem, ex lege Aquiliæ, si damnum per injuriam dedisse probetur, dupli procedit condemnatio. Dat. 15. Kal. Maji, Heraclia, AA. CONSS. 293.

De pecoribus inclusis & fame necatis, vel interfecis.

5. Idem AA. & CC. Claudio.

DE pecoribus tuis, quæ per injuriam inclusa fame necata sunt, vel interfecta, legis Aquiliæ actione in duplum agere potes. Dat. 15. Kalend. Nov. AA. CONSS. 293.

De pastu.

6. Idem AA. & CC. Plenio.

DE his quæ per injuriam depasta contendis, ex sententia legis Aquiliæ agere minime prohiberis. PP. 5. Kal. Novemb. CC. CONSS. 294.

Goth. Quam verum sit, quod vulgo fertur, domum suam usque ad cælum elevare quolibet posse, vide Doctores hic. Jalon. ad l. quo minus. n. 23. ff. de summa. Veron. in tract. de servit. urban. præd. cap. 39. n. 2. & consule præterea Socin. reg. 101. Capol. in tit. de servit. urban. præd. Hippolyt. singul. 154. Angelum ad l. si in qui. ff. de usufructu. rursus Jalonem ad l. de pupillo. §. meminisse. ff. de nos oper. nunt. Zaliun lib. 1. respons. cap. 10. Decium ad l. domum. ff. de reg. jur. Cognol. ad l. nullus videtur. n. 3. de easum regul. jur. Vivi. lib. 1. commun. opin. in verb. feudalis. Duen. reg. 22. Mod. Ad intellectum hujus legis vid. Bartol. Capoll. ad tit. de servit. præd. urb. rubr. de Servitut. altius tollend. Parlador. rer. quotidian. cap. 15. S. L.

1 l. i. supr. h. t. 2 l. 5. l. 8. supr. h. t. 3 Dixi ad l. 8. 4 Aqueductus, ut & stillicidii servitus, cum primò est constituta, quasi continua est. Continua enim facta nature circa factum hominis. Tigni & oneris ferendi, continua: ut quidem continuo nature facta circa factum hominis. Iter, actus, via & similes servitutes, discontinuæ: in his enim requiritur factum hominis: non tamen perpetuum. Vid. Wurmser. l. pract. 27. observ. 1. 5 Quo? vid. l. 13. 14. infr. h. t. 6 Vid. l. 6. supr. h. t. vid. l. 30. ff. de damn. infect. 7 Ut & aucupari. l. 16. ff. de serv. præd. rustic. piscari. ingredi. l. 13. in fin. ff. de injuriis. 8 Alia exempla vid. in d. l. 13. l. 2. §. 9. ff. ne quis in loco publico. 9 Legis hujus declarationem pleniorum, & etiam limitationes pete a Cephal. consil. 273. n. 15. item extensionem: quid scilicet in dote dicendum sit, an perinde quemadmodum prædii ausis, quibus debetur servitus, non tamen augetur modus aquæ ducendæ, si filia dotata sit in centum, & postea augetur bona paterna, debeat ex eo augeri etiam dos, vide Jalonem ad Auth. res que. infr. commun. de legat. n. 27. vers. 6. item quid de fidejussore, vide Abbat. ad cap. constitutum. n. 7. de fidejussor. Mod. Aquæ concessæ modum eam ducendo excedere non debemus. Synops. Basil. 58. tit. 7. cap. 10. Goth. 10 Id est, quantitas, spatium quantitas agræ. ff. si mensur falsum modum. l. 40. ff. de contrah. empt. l. 4. in fin. ff. de act. empt. l. 64. §. 1. ff. de evict. 11 De novo adquisitorum, post constitutum uni fundo servitutum. 12 Ab initio scilicet constituta. 13 Id est, limitat jus aquæ ducendæ: ut sit sensus: Non, si meus fundus novis emptionibus auctus est, ideo amplioris aquæ modum alia parte in agros de novo comparatos ducere per agrum vicini licebit. l. 24. ff. de serv. præd. rustic. l. 1. §. 15. ff. de aqua quot. nec enim postquam servitutum deteriorum facere. 14 Nota jus vetus de prescriptione usufructus. 15 l. 16. supr. tit. prox. vid. Paul. 3. sent. 6. §. 30. 16 Vid. l. 53. ff. de verb. sign. 17 Usufructus & servitutes urbanæ & rusticæ decennio inter præsentem, vicennio inter absentes non utendo amittuntur, ut hic. §. l. 14. infr. h. t. l. 16. §. 1. in fin. supr. tit. prox. §. 3. Infr. de usufr. Quid, si servitus discontinua sit? Idem dicendum fuerit, modo constituta sit sine aliquo temporis, mensium vel annorum intervallo: Secus si intervallo annorum, mensium & temporum habuerit. l. 14. in pr. infr. h. t. l. 7. ff. quemadm. serv. amitt. Eo casu interpretes ex d. l. 14. volunt tam inter præsentem quam inter absentes hujusmodi servitutes viginti annis præscribi. vid. Ferrar. in forma libelli, servitutes confessoria 30. in ver. servitus aqueductus. 6. n. 27. Wurmser. 91. pract. n. 27. obs. 3. Schneidwin. §. fin. n. 27. Infr. de servit. Cui. ad l. 4. ff. de usufr. fol. 269. distinctionem adhibet inter servitutes urbanæ & rusticæ, atque, rusticæ non utendo amitti usufructuque libertatis: In urbanis opus esse factum ejus, qui servit: in rusticis ejus, cui servit, celebrationem sufficere. l. 6. ff. de serv. præd. urb. l. 18. in fin. ff. quemadm. servit. amitt. 18 Exsequatio Justinianea hæc servitutum & usufructus, ut usufructus & servitutes non utendo decennio inter præsentem, vicennio inter absentes amittantur: rejecta biennii utriusque servitutum prescriptione, ut hic. adde Synops. 7. cap. 10. & 2. Harm. 4. §. 137. 19 Id est, vel eo maxime, ut nullam aliam rationem adferamus, hæc tamen sufficiat, ut non minore spatio amittantur. 20 Pactus cum vicino suo, ut ei liceat in sylvam suam per agrum vicini transire

tantum per quinquennium transire: si neque per seipsum, neque per homines suos ea servitute 20. continuo annis usus est, jus amittit, ut hic. Synops. Basil. 58. tit. 7. c. 11. 21 Hujusmodi servitus discontinua causam temporis habet. 22 Sylvas quoque quinquennio cædi solitas hic locus indicio est. 23 Hæc est octava decisio ex 60. novis. Ut ex Inglois. Anf. 24 l. 13. supr. h. t. 25 Id est, vicennio, de quo dixi ad l. 13. supr. h. t. in verbo decennii. l. 7. ff. quemadm. servit. amitt. 26 Vid. l. ult. ff. de jure sibi. 27 De area, adde l. 14. in fin. ff. de aliment. & erbat. legat. Goth. Non pugnat hæc l. cum l. 2. ff. de servit. præd. urban. Hic area, pro loco accipitur, in quo frumentum excutitur, estque servitus Rustica: in l. 2. sumitur pro loco in ædibus vacuo, & tunc urbana est servitus. Donell. lib. 11. comm. 4. Arum. Exercit. 5. thes. 3. Anf. 28 Hoc est, aridi fructus trituratione exprimuntur ex spicis: ut eruti naturam suam, vim & utilitatem hominibus exhibeant. 29 Inutilitatem. Cujac. ad l. 2. c. de fide & jure hær. & 16. observ. 29. & ita quoque extrat in l. 1. §. 4. in fin. ff. de pign. eo nomine a Roberto reprehenditur l. recept. 31. 2. animadvert. 16. Defenditur tamen ab Antonio Mercatore 2. not. 26. Verbum inutilitatis reperitur apud Ciceronem, Calliodorum, & Lucretium. 30 Ventum areæ vicini sui altere vicinus jure non potest, & eam inutilem reddere. Ventus necessarius & solitus ad triturationem frumenti tolli non potest. Nemo denique sic ædificare debet, ut eo ventum in aream vicini tendentem impediat. Syn. Basil. 58. tit. 7. cap. 11. in fin. 2. Harmen. 4. §. 26. in fin. Idem dicendum de Sole. vid. Joannem Ancharanum 3. quæst. 23. ubi notat in prædio rustico non posse ædificari in damnum vicini, propter fructuum ipsorum utilitatem. 31 4. Infr. 3. l. 9. ff. 2. Eclog. 19. tit. 10. cap. 3. 32 Ne dicas affectam hujusmodi namque injuriam qui dedit, ut incendiarius puniatur. Injuria est, incuria. Paul. 5. sent. 3. §. ult. potest enina accidere, ut per incuriam ignem in sylvam vicini immittamus. Deuteron. 22. eamque incendamus. 33 l. 2. infr. h. t. l. 27. §. 7. 3. 9. 10. 11. l. 30. §. 3. ff. h. t. 6. Harmen. 12. 34 l. 27. §. 25. 26. ff. h. t. 35 Lege vero Moysis, affirmatione. Deuteron. 22. cap. 11. Collat. leg. Moysæ. i. e. ad duplum, Paul. ibid. quæ actio civilis est. l. 28. §. 12. ff. de pan. quæ & incendiarum ædium (ob incendias ades) actio. l. 7. §. 13. ff. de pign. 36 Diruisse. l. 27. §. 31. in fin. ff. h. t. devolvit. l. 50. ff. h. t. Nunquam igitur licebit impune domum alterius demoliri, deponere? imo certus castus licet impune. vid. l. 3. §. 7. ff. de incendio, ruina. 37 Vid. l. 1. §. h. t. An conductor domus de incendio teneatur, dixi ad l. 11. in fin. ff. de peric. & comm. An vicinus vicino de incendio teneatur? Teneatur: si incendium ipsius vel domesticorum culpa accessit. vid. Gail. 2. observ. 22. 38 Aquam vicini alio derivare non licet. adde l. 27. §. 32. ff. h. t. 39 Nota actionem eo tendentem, ut damnum farciatur. adde l. 2. supr. h. t. 40 l. 23. §. 9. ff. h. t. §. 11. Infr. h. t. 41 Imbertus negat, hanc legem servari in Gallia, in Euchir. in verbis, pennis pecuniaribus. Abrogari etiam videtur per Novell. 18. cap. 8. 42 V. l. 2. §. 1. ff. h. t. adde Paul. 1. sent. 19. §. 1. Nov. vel. 18. cap. 8. 43 l. 14. in fin. ff. de præscr. verbis. dixi ad leges 12. Tabul. tit. de pign. 44 §. 16. Infr. h. t. l. 9. §. 5. quis hominem. 2. l. 29. §. pen. l. 39. §. 1. ubi dixi. ff. h. t. 45 §. 16. Infr. h. t. l. 9. §. 2. l. 29. §. 7. ff. h. t. adde l. 4. ff. de agnoscent. & alend. l. 2. §. 20. in fin. ff. vi honor. 6. Harm. 14. Neque æstivæ in præcorpora a corpore, directæ: si neque a corpore, neque in corpus damnum datum sit, in factum actio competit. §. ult. Infr. h. t. l. 27. §. 21. ff. h. t. 46 Quia verba legis Aquiliæ concepta sunt de his quæ per injuriam nobis sunt illata. 47 Actio de pign. pecoris. vid. Paul. 1. sent. 15. §. 1. l. 14. in fin. ff. de præscr. verb.

TIT. XXXVI.
FAMILIÆ ERCISCUNDÆ I.

Si non omnis paterna hereditas divisa est. De sententia. De transacione.

1. Imp. SEVER. & ANTONIN. AA. Martiano.

SI non omnem paternam hereditatem ex consensu divisisti, nec super ea re sententia dicta, vel transactio subsecuta est: iudicio familiae erciscundae experiri potes. PP. 8. Kalend. Octobr. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De dote.

2. Imp. ANTONINUS A. Vitiano.

UXOR tua, si mortuo patre tuo, cui dotem numeraverat, cum heres ei extiteris, adhuc in matrimonio tuo fuerit: familiae erciscundae actionem ad exequendam dorem secundum juris [pridem] placitum, adversus coheredes tuos nactus es: eamque retines, etiam si postea, dum tibi nupta est, decesserit. PP. 2. Id. Februar. \*

De rebus a coherede sublatis.

3. Idem A. Rufo.

ADVERSUS coheredes tuos dividenda hereditatis iudicio secundum juris formam experire: Iudex datus, si quid a coherede etiam tuae portionis ex hereditate sublatum fuerit probatum, factis adjudicationibus secundum juris formam eum tibi condemnabit. Expilatae enim hereditatis crimen frustra coheredi intenditur, cum iudicio familiae erciscundae indemnitati ejus prospiciatur.

De castrensi peculio.

4. Imp. ALEXANDER A. Antonio.

SI filiusfamilias fuisse; & res mobiles vel se moventes, quae castrensis peculii esse possunt, donatae tibi a patre sunt, eas quoque in caetero peculio castrensi non communes cum fratribus tuis habes. Praedia autem licet eunti tibi in castra filio pater donaverit, peculii [tamen] castrensis non sunt. Diverso jure ea praedia habentur, quae ex occasione militiae filiusfamilias obveniunt: haec enim castrensi peculio cedunt.

De mutatione ultima voluntatis.

5. Idem A. Stalilia.

IN ipsius mariti tui fuit potestate mutare quod in servos suos iratus testamento caverat, ut unus quidem in perpetuis vinculis moretetur, alter vero exportandus vendaretur. Proinde si offensam istam clementia flexit; (quod licet scriptura non probetur, aliis tamen rationibus doceri nihil impedit, praesertim cum posteriora eorum talia merita deprehenduntur, ut ira domini potuerit mitigari,) novissimam ejus voluntatem arbiter familiae erciscundae sequetur.

De nominibus.

6. Imp. GORDIANUS A. Pomponio militi.

EA quae in nominibus sunt, non recipiunt divisionem: cum ipso jure in portiones hereditarias ex Lege duodecim tabularum divisa sunt.

De fideicommissis.

7. Idem A. Aeliano.

SI qua fideicommissorum petitio inter coheredes consistat: Praetor vel Praefes provinciae ejus rei disceptator constitutus, vel Iudex familiae erciscundae iudicio aditus, ut voluntas testatricis fervetur, suas partes accommodare debet.

De bonis paternis vel maternis.

8. Idem A. Telesphoro.

BONA, quaecunque tibi sunt communia cum fratre tuo ex hereditaria successione patris vel matris, cum eodem familiae erciscundae iudicio experiens, ut dividantur, impetrabis.

De bona fide. De fructibus.

9. Idem A. Verino.

1 §. 20. Inst. de act. 6. 4. Inst. de offic. jud. L. 10. D. 2. 1. Paul. sent. 18. 2. C. Theod. 24. de famil. ercis. adde Oldendorp. class. 5. act. 8. Datur haec actio coheredi volenti a communione discedere. l. 2. D. h. t. 2 Ob res indivisas agitur hac actione. l. 20. §. 4. D. h. t. 3 Id est, repetendam. l. 1. §. 10. infr. de rei uxor. vid. l. 20. §. 2. l. 45. l. 51. D. h. t. l. 65. §. 16. D. pro socio. l. 85. D. ad leg. Falcidiam. 4 Huc enim spectat haec actio. l. 2. D. h. t. 5 l. 19. infr. h. t. §. 4. Inst. de offic. jud. 6 Vid. l. ult. infr. de crimin. expil. hered. 7 Donata a patre filiofamilias militatum abeunt mobilia castrensis peculii sunt, neque fratris conferuntur. Synops. Basil. 31. tit. 20. c. 57. Quid si immobilia sunt? dic ut infr. h. t. 8 Vid. l. 93. D. de verb. sign. 9 l. 1. in fin. infr. v. l. 3. §. 1. 4. D. de castrensi pecul. 10 Immobilia donata a patre filiofamilias militatum abeunt, castrensis non sunt. 11 Castrense peculium est, quod in castris acquiritur: vel quod, proficiscenti in militiam, datur. Paul. 3. sentent. 4. §. 3. 12 Immobilia aliunde quam a patre quaesita filiofamilias occasione militiae castrensis sunt. 13 Huic similis altera ejusdem Alexandri. l. 2. §. ad leg. Jul. majest. §. l. 2. infr. de reb. cred. 14 Testator potest suo testamento purgare officium servorum. Vid. l. 2. D. de SC. Silanian. Hinc colligunt, dicto morientis credi oportere: & merito, agitur enim de liberandis servis. Aliud futurum, si de iis onerandis ageretur. vid. l. 3. §. 1. D. de SC. Silanian. Quid? confessio facta in testamento de debito solvendo, potestne tanquam per errorem facta, vel ad instar legati, per testatorem revocari? Potest, nisi talis confessio fuerit jurata, vel fuerit facta notario stipulante, vel praesenti, & acceptanti. vid. Johannem Ancharanum l. quaest. 58. num. 2. idem refert, librum seu codicem defuncti etiam privati fidem facere pro scribente, juramentum tamen interposito in iis, quae sunt verisimilia. quaest. 35. maxime si defunctus honestus vitaeque laudatus ac famae fuerit: tunc enim praesumptionem facit & probat, ad ius alii administrandi. adde Gaill. 2. observ. 40. num. 4. ibi. liber mortui hominis quando probet. adde l. 6. infr. de testam. Nov. 43. 15 l. 18. §. 2. D. h. t. l. 17. §. 19. D. de adit. edit. 16 Maleficium scriptura non probatur: Fallit in falso & mandato delinquendi. 17 Alias olim amicus, hodie inimicus praesumitur. vid. Alciat. 2. praesumpt. 11. 18 Τα δωροδοκία γρηα &c. hereditaria nomina in iudicium communi dividendo non deducuntur: nam ipso jure l. 12. tabul. in portiones hereditarias dividuntur. Syn. Basil. h. t. c. 58. adde l. 25. §. 9. §. 13. D. h. t. l. 1. infr. de except. l. ult. infr. de hered. vel alt. dixi ad l. 12. tabul. hoc tit. 19 Nomina individua. 20 Nomina ipso jure inter heredes divisa. l. 51. in fin. D. h. t. l. 11. l. ult. D. de distr. pign. 21 Iudex dividenda hereditatis de praerogativa cognoscit. adde l. 89. §. 4. D. de leg. 2. 22 Vid. l. 1. supr. h. t. 23 §. 28. Inst. de act. 24 Fructus augent hereditatem. l. 17. infr. h. t. l. 56. D. h. t. l. 2. §. de pet. hered. hinc colligunt: heredem scriptum teneri restituere liberis defuncti legitimam, ejusque fructus a tempore mortis testatoris.

NON est ambiguum, cum familiae erciscundae titulus inter bonae fidei iudicia numeretur, portionem hereditatis, si qua ad te pertinet, incremento fructuum augeri.

De divisione a testatore facta.

10. Idem A. Telesphoro.

QUOTIENS inter omnes heredes testator successione [suam] dividit: ac singulos certis possessionibus cum mancipiis, quae in eisdem sunt constituta, jubet esse contentos, voluntati ejus (sive legis Falcidiae auctoritate) obtemperandum esse, manifestum est. Nec mutat, quod in sequentibus verbis mancipia sua universa, nulla facta eorum discretionem, commendanda putaverit heredibus, cum utique his ea videatur insinuasse, quibus etiam testamento relinquenda esse decrevit.

De bonis parentum intestatorum.

11. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Antonio.

INTER filios & filias bona intestatorum parentum pro virilibus portionibus aequo jure dividi oportere, explorati juris est.

De divisione sine scriptura.

12. Imp. GALLIENUS & VALERIANUS AA. Rufo.

NON ideo divisio inter te, & fratrem tuum (ut proponis) facta, irrita habenda est, quod eam scriptura secuta non est: cum fides rei gestae ratam divisionem satis affirmet.

De peculio.

13. Imp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Saturnino.

CERTUM est, liberorum peculia post mortem patris in hereditatem dividendam ad communionem esse revocanda. Frater autem & coheres tuus, ob contractus, quibus vivente patre etiam ignorante ipso obligatus fuit, convenire te & alterum fratrem tuum coheredem vestrum ultra non potest, quam ut de peculio suo recipiat tantam quantitatem, in quantam condemnatus est his, cum quibus ipse contraxit.

De evictione.

14. Idem AA. Hermiano.

SI familiae erciscundae iudicio, quo bona paterna inter te ac fratrem tuum aequo jure divisa sunt, nihil super evictione rerum singulis adjudicatarum specialiter inter vos convenit, id est, ut unusquisque eventum rei suscipiat: recte possessionis evictae detrimentum fratrem & coheredem tuum pro parte agnoscere, Praefes provinciae per actionem praescriptis verbis compellet. Dat. 8. Kal. Sept. AA. CONSS. 293.

De conventionem, quam possessio secuta est, & de pacto nudo.

15. Idem AA. Theophilo.

SI divisionem conventionem factam etiam possessio consensu secuta, pro solido dominium rerum, quas pertinere ad patrem tuum placuit, [ei firmavit:] earum vindicationem habere potes, si patri tuo successisti. Si vero placitum divisionis usque ad pactum stetit: arbiter familiae erciscundae iudicio vobis datus, communionem inter vos finire providebit.

De voluntate patris defuncti servanda.

16. Idem AA. Heraclio.

FILII patris testamentum rescindendi, si hoc inofficiosum probare non possunt, nullam habent facultatem. Sed & si tam circa testamentum, quam etiam codicillos iudicium ejus deficiat, verum quibuscunque verbis voluntas ejus declarata sit: licet ab intestato ei fuerit successum, ex SC. retentionis modo servato, familiae erciscundae iudicio aditum iudicem sequi voluntatem [patris] oportere, juris auctoritate significatur.

De absente.

17. Idem AA. & CC. Commodiano.

COHEREDIBUS divisionem inter se facientibus, juri absentis, & ignorantis minime derogari, ac pro indiviso portionem eam, quae initio ipsius fuit, in omnibus communibus rebus eum retinere, certissimum est. Unde portionem tuam cum redditibus arbitrio familiae erciscundae

25 Id enim potest. l. 8. supr. de inoffic. testam. 26 Vid. l. 16. in fin. infr. h. t. 27 Jure Romano liberi ab intestato parentibus succedunt aequalibus portionibus. l. 21. infr. l. 32. D. h. t. l. 3. infr. comm. utriusque iud. l. ult. §. Sin autem. l. infr. ad SC. Tertull. Nov. 118. c. 3. in fin. 35. Eclog. 20. ex tit. 3. c. 72. l. 1. infr. comm. de success. feudalis consuetudo aliud admittit. 28 Divisio hereditatis non requirit scripturam. dixi ad l. 17. supr. de pact. 29 Familia erciscundae iudicio peculia paganica liberorum cum bonis paternis communicantur seu conferuntur (Graecis πατρὸς ἐξέρτα). Quid si unus liberorum patre vivente & ignorante quid debuit, & conventus eo nomine damnatus est dare iis, cum quibus contraxit. Syn. Basil. 35. tit. 20. c. 65. 30 Professio non castrensis. l. 4. supr. h. t. l. 12. in fin. infr. de cohabitationibus. 31 Nisi fuerit in rem patris verbum, aut ejus iussu contractum: tunc enim solidum ex patris substantia praestandum. l. 20. §. 1. D. h. t. 32 Potest tamen solidum tenus. l. 18. §. 5. D. h. t. 33 Frater a fratribus coheredibus suis tantum iudicio familiae erciscundae recuperat, quantum ab his creditor actione de peculio consequi potuisset. l. 39. D. de condit. indeb. 34 Iudicio familiae erciscundae omnia evictionis stipulatio praestatur heredi a coherede. Syn. Basil. h. t. cap. 66. 35 l. 11. supr. h. t. 36 Coheres coheredi suo tenetur de evictione partis hereditariae. l. 25. §. 21. D. h. t. l. 35. Eclog. 20. ex tit. 3. c. 66. nisi specialiter in divisione convenit, ut unusquisque eventum rei in se recipiat. 37 Cur praescriptis verbis? quia divisio est permutationis species. l. 20. §. 2. D. h. t. 38 l. 20. §. de pact. 39 Traditio, παράδοσις. Eclog. d. loc. cap. 66. 40 Nuda pactio divisionis rerum divinarum non transfert dominium. 41 Usque ad pactum stare placitum divisionis dicitur, cum nulla traditio secuta est divisionem. Syn. d. loc. 42 Familia dividenda causa arbitri datur soluta. 43 Testamentum patris solenne rescindi potest per querelam inofficiosi. 44 Id est, si minus solenniter testamentum fecit, aut codicillos. 45 De solennibus testamenti inter liberos, dicam in l. ult. infr. h. t. 46 Ne hinc colligas, ex minus solenni testamento patri succedi ab intestato: quia quilibet voluntas patris inter liberos servanda. Sententia hujus legis petenda est ex l. 21. infr. h. t. adde l. 32. D. eodem. 47 l. 21. infr. h. t. 48 Ita etiam habet l. 7. supr. h. t. quod idem est quod addidit, ut & alios manuscriptos habere, atque ita emendari vult Brisson. de Verb. Signific. in verb. Adit. Confer text. & not. in l. 80. D. de iudic. S. L. 49 Divisionem honorum a patre qualitercumque, & minus solenniter factam inter liberos arbitri familiae sequi debet. adde l. 10. supr. h. t. l. ult. infr. h. t. l. 21. §. 1. infr. de testam. l. 9. supr. de inoffic. testam. 50 l. 2. §. 4. l. 43. D. h. t. l. 8. in princ. D. comm. divid. id enim licet. 51 Praesentium divisio absentibus & ignorantibus non nocet. vid. l. 74. D. de reg. jur. 52 l. 9. supr. h. t.

percipere potes, ex facta inter coheredes divisione nullum præjudicium timens. Dat. 7. Kal. Decemb. Sirmii, AA. CONSS. 293.

De his, quæ pater unius filia nomine comparavit. 1. De sumptibus.

18. Iidem AA. & CC. Dominæ.

Filia cuius nomine pater res comparavit, si non postea contrarium ejus iudicium probetur, per arbitrium dividundæ hereditatis præcipuas adjudicari sæpe rescriptum est. His itaque, si patri successisti, quem nomine tuo quædam comparasse dicis, adversus sororem tuam apud Præsidem provinciæ, si res integra est, uti potes.

§. 1. In communi autem hereditate quin sumptus ab uno facti bona fide, familiæ erescundæ iudicio, vel negotiorum gestorum actione servari possint, non est ambiguum.

De rebus absumptis vel deterioratis.

19. Iidem AA. & CC. Lycerati.

Incerti juris non est, in familiæ erescundæ iudicio earum rerum quas ex coheredibus quidam de communibus absumperunt, vel deteriores fecerunt, rationem [esse] habendam, ejusque rei cæteris præstandam indemnitate. Dat. 18. Kal. Jan. AA. CONSS. 293.

De re distracta.

20. Iidem AA. & CC. Pactuelæ.

In familiæ erescundæ iudicio ab uno pro solido rei veluti communis venundatæ pretium non venit: sed mandati, si præcessit, coheres venditoris agere potest: vel negotiorum gestorum, si ratam fecerit venditionem. Nam si velut propriam unus distraxerit, ac pretium possideat, hereditas ab eo petenda est. \* 3. \* Febr. CC. CONSS. 294.

De voluntate patris defuncti servanda.

21. Iidem AA. & CC. Fortunato.

Si cogitatione futuræ successione, officium arbitri dividendæ hereditatis præveniendi, pater communis iudicio suo, qualicumque iudicio suam declaraverit voluntatem: inter eos, qui ei successerunt, exemplo Falcidie retentionis habita ratione, familiæ dividendæ causa datus arbiter: pro virili præterea portione eorum, quæ nulli generaliter, vel specialiter assignavit, facta divisione, in adjudicando patris sequetur voluntatem.

De errore coheredum.

22. Iidem AA. & CC. Dionysio.

Servum communem non consentientibus coheredibus, sed per errorem ad eum, qui possidet, pertinere creditibus, tenens, cum omnis verus titulus deficiat, suum non facit: sed in eo portiones hereditarias assignatas penes singulos successores remanere manifestum est. PP. 5. Nonas Jan.

De pacto divisionis & stipulatione.

23. Iidem AA. & CC. Hermogeni.

Licet pacto divisionis adversus singulos actio pro hereditariis portionibus creditori parata mutari non possit: tamen ad exhibendam fidem his quæ convenerant, stipulationis & juris adhibito remedio, qui placitum excedit, urgeri potest: cum & hoc omisso, si non convenisse probaretur, præscriptis verbis conveniri potuisset.

De hereditate restituenda, & de his, quæ imputantur in quartam.

24. Iidem AA. & CC. Socrati.

Filius quem habentem fundum portionem hereditatis fratris, & quibusdam aliis sub conditione verbis precariis resti-

tuere sanxit testator; post ejus [conditionis] eventum, hereditaria parte prædii in quartæ ratione retenta, compensato præterea quod a coheredibus vice mutua percepit, si quid deest, in supplementum deducto; quod a cæteris in eo fundo solvitur, supra quartam habens, reddere compellitur. Dat. 5. Non. Jan. CC. CONSS. 294.

De collatione.

25. Iidem AA. & CC. Diocli.

EX causa donationis, vel aliunde tibi quæsitæ, si avi successorem respueris, conferre fratribus compelli non potes. Dat. Id. April. TUSCO & ANULINO CONSS. \* 295.

De voluntate defuncti, quomodo non solenni, servanda inter liberos, non quoad extraneos.

26. Imp. CONSTANTINUS A. ad Bassum P. P.

Inter omnes duntaxat heredes suos, qui ex quolibet venientes gradu, tamen pares videntur esse, vel emancipatos, quos Prætor ad successione vocat: sive ceptum neque impletum testamentum, vel codicillus, seu epistola parentis esse memoretur, sive quocunque alio modo scripturæ quibuscunque verbis, vel iudiciis inventiantur relicta: iudicio familiæ erescundæ (licet ab intestato ad successorem liberi vocentur) servato SC. auxilio, defuncti dispositio custodiatur, etiam si solennitate legum hujusmodi dispositio fuerit destituta. Si vero in hujusmodi voluntate designatis liberis alia sit mixta persona: certum est, eam voluntatem quantum ad illam duntaxat personam permixtam, pro nulla haberi. Dat. Roma, Kal. \* CRISPIO II. & CONSTANTINO Cæs. II. CONSS. 321.

In AUTHENT. de trient. & semiss. §. & quod sæpe, col. 3. tit. 5. Novell. 18. cap. 7.

SI modo subjiciatur huic scripturæ, vel ipsius parentis, vel omnium, inter quos fit partitio, liberorum subscriptio.

TIT. XXXVII.

COMMUNI DIVIDUNDO.

De eo, qui partem suam distraxit.

1. Imp. ANTONINUS A. Lucano.

FRater tuus si solam portionem prædii ad se pertinentem distraxit, venditionem revocari non oportet: sed adversus eum, cum quo tibi idem prædium commune esse cepit, communi dividundo iudicio consistit: & ea actione aut universum prædium, si licitatione viceris, exsoluta socio parte pretii obtinebis: aut pretii portionem, si meliorem alius conditionem obtulerit, conserueris: Quod si divisio prædii sine cujusquam injuria commode fieri potuerit, portionem suis finibus tibi adjudicatam possidebis. Hoc videlicet custodiendo, ut post litis contestationem nemo nec partem suam, cæteris ejusdem rei dominis non consentientibus, alienare possit. PP. Kal. Mart. Roma, ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De eo, qui rem communem pignorerit.

2. Imp. ALEXANDER A. Avito militi.

SI probatum fuerit Prædii provinciæ, fratrem tuum vineas communes pignori dedisse, cum partem tuam, quam in vineis habes, creditori obligare non potuerit: Præses provinciæ restitui tibi eam jubebit cum fructibus, quos creditor de parte tua perceperit. Idem Præses provinciæ de divisione vinearum inter te & creditorem fratris tui cognoscat, & jubebit eum accepta pecunia, quanti statuerit partem fratris tui valere, eam partem, quam de fratre tuo accepit, tibi restituere: aut æstimata tua parte, ad creditorem fratris

1 In non emancipata tantum hoc locum habere putat Cujac. l. 91. ff. ad leg. Falcid. Aliud in Falcidia: aliud in Trebellianica: causam dixi d. l. 91. Imo non aliud. Nam quod heres titulo prælegati a coherede accipit, id non restituit. l. 18. in fin. D. ad SC. Trebell. Dic, non restituit, nisi supra quartam fuerit. vid. hanc legem. 30 Portionem nempe hereditatis, quam rogatus est restituere, ut hic recte adnotavit Fulgositius (ait Charondas) & iudicio quidem familiæ erescundæ l. ita tamen. §. si ex Trebellianis. D. ad Senatufcons. Trebell. porro vid. de ad hanc legem scribentem ex professo Ferrerum, & copiosius etiam Corasium. obiter autem Alciatum l. 6. paradox. cap. 5. Charondam lib. 2. pag. 86. Vaconium lib. 4. declarat. 59. Berengarium Fernandum ad l. in quartam. c. 3. n. 40. Et ff. D. ad l. Falcid. Mod. 31 Emancipato sc. Id enim Græci ad hanc legem suppleverunt. vid. Cujac. l. 3. ff. 33. qua de re dixi ad l. 18. sup. h. t. 32 Et emancipatos. infr. h. t. & quocunque. vid. Novell. 107. c. 1. 33 Videtur hæc lex interpolata ex l. 1. C. Theod. h. t. 34 l. 21. §. 1. infr. de testam. 35 Testamentum notis factum a parente pagano inter liberos valet, ut hic: Et l. 1. C. Theod. h. t. respectu extranei non valet. l. 40. in pr. D. de testam. milit. adde l. 6. §. 2. D. de bon. poss. Hodie jure novo, patris voluntas ultima, licet inter liberos, ἐκαστοῦ μέρους esse debet. Novell. 107. cap. 1. vid. Cujac. l. 3. ff. 3. 36 Id est, notis. Notas Græci ἀνωτάτη appellat. vid. Cujac. l. consult. 37 Testamentum patris non substitutum nec substitutum a testibus valet inter liberos. vid. l. 6. D. ad leg. Cornel. de fals. An etiam sine testibus? Cujac. negat valere d. loco. Certe hic agitur de testamento minus solenni. Testes pertinent ad solennia testamenti. Possit id colligi ex §. 3. Infr. de testam. ord. Et l. 20. §. 7. §. 8. D. qui test. Cujac. tamen 2. ad Afric. fol. 14. in fin. negat testes pertinere ad testamenti solennia. 38 Testamentum minus solenne valet inter solos liberos. Igitur legata, fideicommissa, libertates non debentur reliquis personis extraneis in eo comprehensis. Sed tamen Cujac. ad Nov. 107. excipit uxorem, propinquos, alumnatum, & similes. arg. l. 38. D. de fideicommiss. libert. 39 §. 20. Infr. de act. §. 5. Infr. de offic. jud. l. 10. D. 3. Et 2. Cod. Theod. 25. Et 12. Ecl. 2. Oldendorp. class. 4. act. 22. 40 Socius solam portionem alienat. ut hic: & obligat. l. 3. in fin. D. qui possit. 41 Quid si convenerit, rem communem vel non-dum vel nunquam dividi? vid. l. 14. §. 2. §. 3. D. h. t. l. 16. in fin. D. pro socio. 42 In quæcumque socium incidimus, communi dividundo possimus experiri. l. 3. J. h. t. 43 Si res dividi nequeunt, uni xxd' ἀπερὶστατισμένον, per licitationem adjudicantur: si alter litigantibus ob inopiam licitatione vincere (id Græcis ἀπερὶστατισμένον, 3. Harm. 3. §. 103. Et deinceps.) nequeat, extraneus admittitur, qui licitationem faciat, l. 3. infr. h. t. Syn. Bas. 12. tit. 2. c. 34. 3. Harm. 10. §. 14. 44 Si res communis dividi non potest, distrahenda est, ejusque pretium inter socios pro rata portionum dividendum est. Si vero res potest dividi, partem suam quilibet possidebit. 45 Vincit in licitatione qui plus offert. 46 l. ult. D. de alienat. judic. mutandi. nisi ex causa necessitaria. l. 13. l. 14. D. famul. eresc. 47 Duz negationes non semper affirmant, sed negant magis, ut hic: Interdum duo abnuvia magis negant, ut, Nemine nihil faciente. l. 24. in princ. D. de damn. infect. Nihil neminem habere. Lucil. 6. N. n. miseret neminis. Cato. vide Cujac. l. 10. observ. 26. 48 Nec donare. l. 12. infr. de donat. 49 Partem communem fratris, eo ignorante, non possimus obligare. l. un. J. si comm. res pign. oblig. l. 3. in fin. D. qui possit. 50 Adversus fratris successores datur communi dividundo actio. 51 In arbitrio iudicis est, vel ipsi venditoris fratri, vel emptori rem totam adjudicare. Is tamen cui res adjudicatur, pretium partis socio præstat. 52 Arbitr communi dividundo pretium rei adjudicatæ statueret potest. l. 10. in fin. ff. h. t.



tui data pecunia, quanti eam aestimaverit, transferre. PP. 2. Id. Septemb. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

*De his, qua communia manent, vel alienata sunt. De rebus qua commode dividi non possunt.*

3. Idem A. Verecundiano.

AD officium arbitri, qui inter te & fratrem tuum [pro] dividendis bonis datus fuerit, ea sola pertinent, quae manent communia tibi & illi. Nam ea, quorum partem is vendidit, cum emptoribus tibi communia sunt, & adversus singulos arbitrum petere debes, si ab illorum quoque societate discedi placeat. Cum autem regionibus dividi [commode] aliquis ager inter focios non potest, vel ex pluribus singuli: aestimatione iusta facta, unicuique sociorum adjudicantur, compensatione pretii invicem facta, eoque cui res majoris pretii obvenit ceteris condemnato: ad licitationem nonnunquam etiam extraneo emptore admisso, maxime si se non sufficere ad iusta pretia alter ex focius sua pecunia vincere vilis licitantem profiteatur. PP. 5. Non. Maji, JULIANO & CRISPINO CONSS. 225.

*De divisione facta inter fratres.*

4. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Herodæ.

SI major quinque & viginti annis soror tua tecum res communes dividit: quamvis non instrumentis, sed aliis probationibus earum direptam communionem esse probetur, stari tamen finitis convenit. Quod si minor fuit, nec tempus in integrum restitutioni praefinitum adhuc excessit, an in integrum propter divisionem restitui debeat, causa cognita Praefes provinciae aestimabit. Idem eorum etiam, quae vobis permanent communia, fieri divisionem providebit: tam sumptuum, (si quis de vobis in res communes fecit) quam fructuum. Item doli, & culpae (cum in communi dividendo iudicio haec omnia venire non ambigatur) rationem, ut in omnibus aequabilitas servetur, habiturus. Dat. 8. Febr. CC. CONSS. 294.

*De violente in communione manere.*

5. Idem AA. & CC. Secundino Militi.

IN communione vel societate nemo compellitur invitus detineri: quapropter aditus praefes provinciae, ea quae communia tibi cum sorore perpexerit, dividi providebit. Dat. 8. Kal. Septemb. CC. CONSS. 294.

### TIT. XXXVIII.

#### COMMUNIA UTRIVSQUE JUDICII TAM FAMILIAE ERCSICUNDÆ, QUAM COMMUNI DIVIDENDO.

*Collatio divisionis & emptionis.*

1. Imp. ANTONINUS A. Marco.

DIVISIONEM praediorum, vicem emptionis obtinere placuit. PP. 6. Kal. Decemb. GENTIANO & BASSO CONSS. 212.

*Si litigantes divisionem a non competenti iudice factam probaverint.*

2. Imp. ALEXANDER A. Euphratae.

ETiamsi is divisioni arbitrum dedit, cui dandi jus non fuit; tamen si focii quondam divisioni consensum dederint; quod quisque eorum secundum placita possidet, pro parte focii dominum nactus est. PP. 16. Kal. Dec. ALEXAND. A. III. & DIONE CONSS. 230.

*De divisione per fraudem, vel dolum, vel perperam facta.*

3. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Aureliae Septimiae.

MAJORIBUS etiam, per fraudem vel dolum vel perperam sine iudicio factis divisionibus, solet subveniri: quia in bonae fidei iudiciis, quod inaequaliter factum esse constiterit, in melius reformabitur. PP. 16. Kal. Jul. ipsis AA. [ & CONSTANT. III. ] CONSS. 293.

*De re empta ex pecunia communi.*

4. Idem AA. & CC. ad Maximianum.

1 Iudex delegatus ad res communes dividendas, de rebus aliis, ut hic: & personis non cognoscit. adde l. 31. in fin. ff. de usu & usufr. legat. 2 l. 1. l. 2. sup. h. t. 3 Quot focii, tot libellis opus est. 4 Vid. quae scripti ad l. 1. sup. h. t. & huc refer quae ex Graecis adscripsi. 5 l. 7. §. 10. ff. h. t. l. 1. infr. finium regund. l. 8. ff. de rei vind. l. 6. ff. quemadmodum serv. l. 13. §. 17. ff. de arb. emp. l. 64. §. 4. ff. de evict. l. 31. ff. de usu & usufr. leg. l. 29. ff. de adquir. rer. dom. §. ult. Inst. de offic. iud. 6 Aliminationis praestatio vicem rei sustinet. 7 l. 1. sup. h. t. 8 Minus enim favendum extraneo, quam propinquo: facit l. 19. in princ. ff. de testam. tut. 9 l. 22. §. 1. l. 55. ff. famil. erciscund. 10 l. 21. sup. de pact. 11 Hinc colligunt glossographi ex diuturna possessione praesumi divisionem factam: quae est communis opinio. Rip. ad c. supr. n. 2. de restitut. spoliat. Felin. ad cap. sicut. extr. de sent. & re iudic. vide tamen Pract. Papien. in for. libell. pro hered. vel re singul. divid. in gloss. communiter. vers. sed pro declaratione praedictorum. n. 5. Jafon. ad l. 1. §. qui admitt. Alexand. conf. 92. vol. 2. Decium conf. 79. rarius Jafonem ad l. sciendum. n. 18. ff. de verb. obligat. Innocent. ad cap. cum ecclesia. de causa possess. & propr. Marf. singul. 192. 323. & 456. Mod. 12 Direptam. Hic. quam lesionem probat Cujac. 13. observ. 35. 13 Restitutio intra certa tantum tempora conceditur. vid. sup. de temp. in integr. 14 Vid. l. 1. sup. si advers. transact. 15 l. 3. sup. de in integr. rest. 16 In Gallia restitutiones non a iudicibus, sed a Principe conceduntur: de quo alius dixi. 17 l. 3. sup. h. t. 18 In actione communi dividundo sumptuum & fructuum habetur ratio. l. 3. l. 11. l. 14. §. 1. ff. h. t. 19 l. 23. ff. de reg. jur. 20 Aequitas inter fratres servanda. l. 17. §. de collat. l. 6. §. 2. §. de bon. que liberis. ut & in iudiciis inter actorem & reum. l. si ex persona. 2. sup. si advers. transact. inter maritum & uxorem. l. non tantum. 20. ff. de re iudic. 21 l. 1. ff. famil. ercisc. l. 26. §. 4. ff. de cond. indeb. l. 1. l. 35. l. 70. ff. pro socio. adde quae notavi ad l. 69. l. 156. ff. de reg. jur. h. t. Roland. a Valle l. conf. 50. & conf. 84. num. 1. vid. Novell. Leon. 102. 22 Extende ut extendit & ampliat Hippol. sing. 9. & limita non procedere in fendis: Nam non potest unus solus provocare ad divisionem, si sunt ultra duos, nisi alii consentiant. Jafon. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condit. indeb. Mod. 23 Divisio quasi emptio, ut hic. l. 20. §. 3. ff. famil. ercisc. 24 Arbitri illegitimi divisio rambatione confirmari potest. An idem in sententia & processu nullo? Wurmsler. ita probat l. praet. 12. c. 6. 25 Al. Severa: ut in fragmento C. Theod. 26 Lex hac sumpta ex lib. 3. C. Gregorian. ut constat ex veteris cuiusdam consultationis fragmento, quae una cum Cod. Theodosiano hodie impressa, extat quoque in incertis legibus C. Gregor. plenior. Goth. Ex hac lege vult Everhard. loco 79. n. 78. l. 2. C. de rescind. vend. extendi ad omnes contractus. Ceterum novum huius leg. intellectum vid. apud Joan. Dekker. lib. 2. dissert. 2. num. 42. Anl. 27 Major etiam restituitur adversus inaequalem divisionem. vid. Papon. 3. Notar. 9. cap. De restitutions contre privi- leges, fol. 664. 28 Non dabitur igitur restitutio adversus divisionem in iudicio fa-

SI patruus tuus ex 33 communibus 34 bonis res comparavit, sibi negotium gerens 36, non 37 omnium bonorum focus constitutus, pro competentium portionum modo indemnitati tuae consuli oportet: & ideo rem emptam communicare 38 eum contra juris formam postulas. PP. 16. Kal. Nov. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

*De instrumentis communibus.*

5. Idem AA. & CC. Frontino & Gafriano.

DE instrumentis quae communia fratrem vestrum tenere proponitis, Rector provinciae aditus, apud quem haec collocari debeant, existimabit. P. P. 6. Idibus Febr. Sirmii, AA. CONSS. 293.

*De conditione iurijurandi.*

6. Idem AA. & CC. Thesidianæ, & aliis.

SI cum patruo vestro hac conditione divisionem fecistis, ut se nullum dolum malum adhibuisse juraret 40, nec fidem placitis exhibuit: quominus res indivisas requiratis, eorum placitum, quae in divisionem venerunt, nihil vobis nocere potest. Dat. 5. Kal. April. Sirmii, CC. CONSS. 294.

*De evictione.*

7. Idem AA. & CC. Severiano & Flaviano.

SI fratres vestri pro indiviso commune praedium citra vestram voluntatem obligaverunt; & hoc ad vos secundum pactum divisionis, nulla pignoris facta mentione, pervenit: evictis partibus, quae ante divisionem sociorum fuerunt, in quibus obligatio tantum consistit; ex stipulatu, si intercessit: alioquin, quanti interest, praescriptis verbis contra fratres agere potestis: nam si fundi, scientes obligationem, dominium suscepistis: tantum evictionis promissionem solennitate verborum, vel pacto promissam probantes, eos conveniendi facultatem habebitis. Dat. 2. Non. Decembr. Nicomediae, CC. CONSS. 294.

*De possessione relicta, vel translata.*

8. Idem AA. & CC. Nicomacho & aliis.

SI inter vos majores annis viginti quinque rerum communium divisio, relicta 44, vel translata possessione, finem accepit, instaurari mutuo bona fide terminata consensu minime possunt. Dat. Non. Decemb. CC. CONSS. 294.

*Si corpora maneat communia, vel non.*

9. Idem AA. & CC. Demetrianos.

FAMILIAE erciscundae, vel communi dividendo iudicio ita demum, si corpora maneat communia, agi potest. Dat. 6. Id. Dec. Nicomediae, CC. CONSS. 294.

*Si in testamento omnia esse divisa scriptum sit.*

10. Idem AA. & CC. Gallicano.

SCRIPTURA testamenti 46, qua specialiter omnia divisa continentur; quominus res, quarum testator non fecit mentionem, heredes inquirere possint, nihil impedit. Sine die & consule.

*De familiis non separandis.*

11. Imp. CONSTANTINUS A. Carulo Rationali trium provinciarum.

POSSESSIONUM divisiones ita fieri oportet, ut integra apud successorem unumquemque servorum, vel colonorum adscriptitiae conditionis, seu inquilinorum proximorum agnatio, vel adfinitas permaneat. Quis enim ferat liberos a parentibus, a fratribus sorores, a viris conjuges segregari? [igitur] si qui [sic sociata] in jus diversum mancipia [vel colonos] distraxerint, in unum eadem redigere cogantur. Dat. 3. Kalend. Maji, PROCULO & PAULINO CONSS. 334.

*De dote, & donatione propter nuptias.*

12. Imp. JUSTINIANUS A. ad Senatum.

ILLUD aequitatis fovere rationibus, bene nobis apparuit: Si quis etiam pro filio suo ante nuptias donationem conscripserit, vel dederit, vel pro filia sua dotem, & hoc quod dedit, iterum ad eum revertatur,

nam. Ceterum, haec verba sine iudicio, non sunt in C. Gregoriano: ut a Triboniano conceamur addita, sed & sine iudicio, idem videri, quod sine consilio. 29 Ad Joan. Plot. ad l. si quando. J. unde vi. n. 321. & seqq. Baldum hic. Jafon. ad l. 1. ff. si cert. petat. col. 4. num. 39. Guidonem Papae quast. 289. Cottam in memor. in verb. fortis. Modern. Anco. in tract. de mercat. in tit. de spons. 4. part. vers. quare igitur. n. 8. Mod. 30 l. 3. §. ex quibus causis major. l. 6. in fin. ff. de iure dot. vid. Cujac. 13. obs. 24. 31 Ut est locatio. l. 14. §. de usur. & venditio. l. 2. §. de rescind. vendit. 32 Id est, ultra dimidium. Cur ita? divisio vicem emptionis sustinet. l. 1. sup. h. t. In emptione restitutio non datur, nisi de deceptione ultra dimidium iusti pretii constiterit. l. 2. §. de rescind. vendit. hoc ita quoque sentit Accursius, quod Gallie Curis non probatur, datur enim restitutio deceptis, vel ad quadrantem pretii. Papon. d. loco. Imbert. in Enchirid. in verbo, Divisio, & ita servatur in Gallia. 33 Vid. J. si quis alteri vel sibi. Molin. de usur. §. 83. n. 628. 34 l. 8. §. si quis alteri vel sibi. 35 Id est, suo nomine, non communi: extra causam societatis & communionis. vid. Ferrar. in forma libelli in causa venditionis. 37. in verbo Vendidit. 3. in fin. 36 Vide Andr. de Beller in repetit. ad l. 1. num. 238. sup. de sacrosanct. eccles. Decium conf. 255. num. 3. ad finem. Joan. Baptif. Ferretum confil. 166. Mod. 37 Socius omnium bonorum quod acquirit, communicare cogitur. vid. quae notavi ad l. 81. ff. pro socio. 38 Imo communicat. l. 74. ff. pro socio. 39 Apud quem instrumenta esse oportet, vid. quae scripti ad l. 5. ff. famil. ercisc. 40 Perjurus & fraudator divisione, quantumvis iuramento confirmata, non jurantur. Ideoque ad res nondum cum eo divisas, agi poterit. 41 Vid. l. un. infr. si commun. res pign. l. 3. in fin. ff. qui potior. 42 l. 27. infr. de evict. 43 Pacta non sunt splendibus verbis. 44 Vid. l. 15. §. famil. ercisc. l. 45. ff. de pact. καταλεγεῖσθαι ἢ μετρεῖσθαι τῆς νομῆς, Syn. 12. tit. 3. cap. 8. 3. Harm. 10. §. 15. ubi interpretes vertunt, omnia aut translata: & relicta vel delata possessione. 45 Ubi non est communio, ibi nec cadit divisio. in fin. l. 1. ff. comm. divid. 46 Soci- pta testamenti non probat adversus tertium, vid. quae notavi ad l. 5. sup. fam. ercisc. ad l. 1. infr. arbitr. tut. Nihil officit veritati, quod defunctus modum patrimonii sui declaravit. vid. Nov. 48. de eo, qui moriens juravit quantum haberet in bonis. 47 Id est, quae continet omnia divisa esse: hoc sensu, scriptura testamenti, quae continet, quod omnia divisa sint, nihil impedit quominus non divisa in testamento rerum divisio fiat. Synops. Basil. 11. tit. 1. ex lib. 12. tit. 3. cap. 10. 48 Id est, quas non divisit unus ex focius, communia iudex aestimare debet. Synops. Basil. 12. tit. 3. cap. 5. 49 l. un. C. Theod. comm. divid. 50 Vid. quae notavi ad l. 41. §. 1. §. 2. ff. de legat. 3. l. 6. l. 7. l. 8. ff. de pignor. & hypoth. Matrem & fratres in amore pares esse hinc nonnulli colligere possent: sed ordo litterarum demonstrat, matrem in amore primam esse: ac proinde pupillos apud matrem suam potius quam apud eorum fratres adultos alendos esse hinc colligit Menochius l. 2. de arbitraria, casu 163. num. 8. 51 Publico Optato.

vel stipulatione 1, vel lege 2 hoc faciente: vel [ & si ] alio dotem, vel ante nuptias donationem dante, stipulationis paternae tenor 3, vel forte legis hoc induxerit: ille autem testamento condico, vel filios suos, vel extraneos scripserit heredes, & nihil de hujusmodi rebus, quae ad eum reversae sunt, vel pervenerunt, disposuerit, inveniantur autem alii liberi ejus res a paterna substantia lucrati, vel per ante nuptias donationem, vel dotes, vel militiae causa, quas (utpote testamento 4 existente) non coguntur conferre: tunc filius vel filia eadem res, quae ad patrem reversae sunt, vel pervenerunt, habeant praecipuas, ad simile tamen lucrum computandas, ut in praesenti casu tantum 5 habeat ipse vel ipsa, quantum ejus fratres a patre sunt consecuti, secundum eos modos, quos supra diximus, & quos conferre propter testamentum non coarctantur. Sin autem nihil tale penitus in fratres eorum a patre collatum est, neque ipsos sibi praecipue hanc partem vindicare, sed quasi paternae facta substantiae 6 sit, inter omnes secundum institutionis tenorem dividi: & haec quidem, si inter fratres patris elogium compositum sit. † Sin autem extranei 7 sint scripti heredes, & nihil in testamento suo, neque in hac parte testator dixerit: tunc omnimodo praecipuum habeat filius vel filia, quod ad patrem revertitur, vel pervenit. Si tamen minus in fratres collatum est, amplius autem ex hujusmodi causa ad patrem pervenit: illo, quod ad similem 8 quantitatem concurrat, excepto, caetera quasi paternae substantiae facta secundum modum institutionum dividantur. Illo procul dubio observando, quod si minus sit id, quod pater ex hujusmodi causa habuit, ea quantitate, quae in fratres collata est; tota 9 hujusmodi portio ad eas personas perveniat, quarum occasione res ad patrem revertitur. Ea igitur, quae in paterna persona diximus, obtinere volumus etiam in avo, & proavo paterno vel materno, & in matre. & in avia, & proavia paterna vel materna. Dat. 11. Kal. Aug. Constantinop. LAMPAD. & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XXXIX. FINIUM 10 REGUNDORUM 11. De venditione.

1. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Nicephoro. Regionem certam fundi 12, propriis finibus ejus mutatis 13, dominus ejus distrahere ac residuum retinere non prohibetur. Nec amplius emptor, quam quod ratione 14 secundum venditionis fidem ad se pervenit, vindicare potest praetextu terminorum temporis antecedentis 15 venditionem. Dat. Id. Decemb. Nicomedia, AA. CONSS. 293.

De successionum varietate, & vicinorum novo consensu.

2. Idem AA. & CC. Tatiano.

Successionum 16 varietas, & vicinorum novi 17 consensus, additis vel detractis agris alterutro, determinationis veteris monumenta saepe 18 permutant. Dat. 9. Kal. Jan. Nicomedia, AA. CONSS. 293.

De proprietate & possessione. De agrimensore adhibendo.

3. Imp. CONSTANTIN. A. ad Tertullianum 19 V. P. Comitem dioeceseos Asianae.

SI 20 quis super sui juris locis prior [ de finibus ] detulerit querimoniam, quae proprietatis 21 controversiae coharet: prius 22 possessionis 23 quaestio finiat, & tunc 24 agrimenfor ire praecipitur ad loca 25; ut patefacta veritate hujusmodi litigium terminetur. Quod si altera pars, ne hujusmodi quaestio terminetur, se subtraxerit, nihilominus agrimenfor 26 in ipsis locis iussione Rectoris provinciae una cum observante 27 parte hoc ipsum faciens 28 perveniet.

1 Id evenit, quoties pater suam emancipatam elocet. 2 Id accidit, quando filia est in potestate, qua de re dicam plenius ad l. 4. infr. soluto matrim. 3 Vid. l. 34. ff. de reg. jur. 4 Hoc hodie mutatum Nov. 18. c. 6. 5 Partem dotis a te accepta, & ad patrem reverti nobilium divide. Actio: Aut ea petitione abstinere, aut veltras vicillim dotes aut donationes propter nuptias conferre. Exceptio: Parens nobis eas praecipuas testamento dedit. vel sic, Nulla nobis neque dos data, neque donatio propter nuptias a patre facta. Replicatio: Quid hic statui oportet? Dos, de qua hic agit, hujus casibus inter liberos aequaliter dividenda. vers. Sin autem ibi, dividi. infr. h. t. Quid si casus superiores deheant? Vidua dotem percipiet, ut hic. Quid si major vel forte minor sit frater coheredum dote, vel donatione propter nuptias? si minor, ferat id patienter. vers. Illo procul dubio, ibi, quod si minus. infr. h. t. Si major, quanta dos est, aut donatio propter nuptias coheredum, tantam quantitatem ex ipsa dote, de qua hic agit, percipiet. Superfluum vero aequaliter inter eam ejusque coheredes dividitur, pro modo institutionum. vers. Si tamen minus, ibi, Amplius autem &c. infr. h. t. 6 Dos profecticia ad patrem reverfa paternae sit substantiae (dic idem in dote profecticia revertente ad matrem, ad avom, proavum paternum vel matrem. in fin. infr. h. t.) ideoque dos hujusmodi, vel ab intestato, vel testamento aequaliter liberis institutis, inter eos dividitur. 7 Extraneus heres institutus, agere volens iudicio familiae eriscuoda adversus filiam testatoris coheredem, dotem ad defunctum reverfam dividi peti: esse audiendus? non est, cum ea sit filia defuncti. 8 Et scilicet, quam habent reliqui coheredes. 9 Puto legendum, sicut: idque hypothesis a me superius allata evidenter innuit. 10 §. 20. infr. de act. §. 6. infr. de off. jud. l. 10. D. l. 2. C. Th. 26. Paul. 1. sent. 16. adde 8. Eclog. 9. 1. Harmen. 3. c. nepi egov. Oldend. class. 4. ad. 14. 11 Dicitur etiam vide eriscuoda ab Apulejo. 12 Fundi proprii. Cujac. 13. obs. 33. 13 Arbitrio venditoris & possessoris fines possunt permutari. l. 2. infr. h. t. l. 12. ff. h. t. §. 9. Eclog. 9. c. 14. l. 24. §. 2. ff. de leg. 1. l. 86. §. 1. in fin. ff. de leg. 2. facit l. ult. in fin. J. de temporib. & reparat. l. 43. ff. de pub. l. 23. 27. ff. de regulis. 14 Traditione. Cujac. ibid. arg. l. 3. §. 2. ff. de act. empt. 15 Statur antiquis terminis, nisi novi probentur: probantur autem, si alii in venditione designati fuerint. l. 11. ff. h. t. Harm. d. loco. 17 Novus consensus novos fines potest inducere. l. 12. in fin. ff. h. t. 18 Mutatio finium, seu terminorum non praesumitur. vide Alciat. 2. praesumpt. 3. Me-noch. 6. praesumpt. 43. §. 1. l. 11. in fin. ff. finium regund. 19 Hac integra constitutio Julii Frontini libris de limitibus agrorum reperitur inserta: hic tamen nonnihil a Justiniano interpolata est. 20 Si quis super invasus sui juris locis &c. l. 1. C. Theod. vad. Goth. Explicationem hujus legis vide, apud Joann. Zanger. de except. cap. 1. num. 30. Ant. 21 In causa finali de proprietate contenditur. Apul. 6. Metam. l. 1. infr. de ap-pell. 22 Nunquam de proprietate quaestio est, aut finibus, quin etiam de possessione quaeratur. l. 13. sup. de rei vind. Causa finium vindicationis coharet. Cujac. notat §. obs. 21. tres arbitros simi solitos in hac quaestione ex legibus 12. tabularum. 23 Hoc innuit, Ad agrimenforum disciplinam non pertinere quaestiones possessionis, sed finium. vide Cujac. 10. obs. 2. Plaut. prolog. Paenuli. Eius nunc regiones, limites, consuetudina determinabo. Si rei ego sum factus finitor. Altronomia & musica dicuntur ad scientiam solam. Agrimenfori vero finium lis orta committitur, ut contentionum proterviras abscindatur. Index est artis suae: Forum ipsius, agri deserti sunt. More vastissimi fluminis, aliis spacia tollit, aliis tura concedit. Caffrod. 3. Variar. 52. 24 l. 8. in fin. D. h. t. v. Cujac. 19. obs. 16. 25 Solus, una parte latitante. μὴ μνησθῆναι. l. 13. §. 3. sup. de judic. 26 Pars observans hic, est pars praesens seu is litigator qui praesens est, cuius adversarius est absens. 27 Pleniore exitus in d. l. 1. C. Theod. h. t. 28 l. 1. C. Th. h. t. vide l. 5. infr. unde vi. 29 l. 12. 13. D. de his qua met. caus. Ant. 30 l. 8. D. h. t. 31 Tantum spatii. Interpret. d. l. 1. §. 18. Ecl. 9. c. 18. 6. Harmenop. c. 7. nepi τῶν ὁρίων μεταρρίθνησθαι. 32 Hic interpolata lex C. Theod. h. t. Quenam esset haec quinque

Dat. 16. Kal. Mart. Verona, GALLICANO, & SYMMACHO CONSS. 330.

De eo, qui iudicio pendente occupat de alieno.

4. Idem A. ad Bassum Praefectum urbi.

SI 29 constiterit eum, qui finalem detulerit quaestionem, priusquam aliquid sententia determinetur, rem sibi alienam usurpare voluisse: non solum id quod male petebat, amittat 30, sed (quo magis unusquisque contentus suo rem non expetat 31 juris alieni) qui irreptor agrorum fuerit in lite superatus, tantum 32 agri modum, quantum adimere tentavit, amittat. Lecta apud acta. 13. Kal. Jul. GAL-LICANO & SYMMACHO CONSS. 330.

De quinque pedum praescriptione.

5. Impp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Neotherio P. P.

QUINQUE 33 pedum praescriptione 34 sumnota, finalis jurgii, vel 35 locorum 36 libera 37 peragatur intentio. PP. 7. Kal. Jul. Aug. ARCAD. A. II. & RUFINO CONSS. 392.

De temporis praescriptione.

6. Impp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P. P. Cunctis molitionibus 38 & machinationibus amputatis, decernimus, in finali quaestione non longi temporis, sed triginta 29 tantummodo annorum praescriptionem locum habere. Dat. 2. Non. Nov. ARCAD. A. II. & RUFINO CONSS. 392.

TIT. XL. DE 40 CONSORTIBUS 41 EJUSDEM LITIS.

1. Imp. JULIANUS A. Secundo P. P.

EXplois 42 atque rejectis praescriptionibus quas litigatores sub 43 obtentu consortium, studio protrahendae disceptationis, excogitare confueverunt: siue unius fori omnes sint, siue in diversis provinciis, versentur, nec adjuncta praesentia consortis, vel consortium, agendi, vel respondendi jurgantibus licentia pro 44 parte pandatur. Dat. 3. Non. Septemb. MAMERTINO, & NEVITA CONSS. 362.

2. Impp. VALENT. & VALENS AA. Salustio P. P.

COMMUNE 45 negotium post litem legitime ordinatam etiam quibusdam absentibus [in solidum] agi 46 sine 47 mandato potest, si praesentes rem 48 ratum dominum habiturum cavere parati sint, vel si quid ab his petitur, iudicatum solvi satisfactione firmaverint. PP. 6. Id. Decemb. DIVO JOVIANO [A.] & VARRONIANO CONSS. 364.

TIT. XLI.

DE 49 NOXALIBUS ACTIONIBUS.

De furto.

1. Imp. ALEXAND. A. Marcello.

SI extat corpus nummorum, quos ablatos ex patris tui hereditate, ab eo quem liberum esse constiterit, allegas: vindicare eos, vel ad exhibendum agere non prohiberis: Nam quamvis alias noxa 50 caput sequatur, & manumissus furti actione teneatur, quae in heredem non competit: cum tamen servus 51 a domino aliquid aufert, quamvis furtum committat, furti tamen actio non est nata: neque adversus ipsum, si 52 postea manumissus est, locum habet, nisi furtivas res, & post manumissionem contrectet. PP. 13. Kal. Decemb. MAXIMO II. & BLIANO CONSS. 224.

pedum praescriptio, Petrus Baylardus (qui sanum cujusque legis intellectum aetate sua ja-ctitabat) hic dixit, Nescio. Accur. hic. Male Iidor. c. 25. putat non permissum fuisse apud veteres huiusmodi, quinque pedum, propter rei vililitatem. Nam & rerum modicam fuit apud veteres quaestio §. 16. infr. de rerum divisi. Criticus 25. de honesta disciplina. 4. putat sumptum hoc fuisse Solonis ex legibus. Movetur l. 13. ff. h. t. & Plutarchi loco in Solone. ubi tamen quidam legunt dolo, non πείρα. Cic. 1. de legibus. hujus praescriptio-nis ita meminit: Uti capionem duodecim tabulae intra quinque pedes esse nolaerunt. sed hic quoque locus indiget interprete. Sciendum est ergo legibus duodecim tabularum cau-tum fuisse, ut inter vicinorum praedia constitutis finibus, quinque pedum (qui fines huiusmodi dici poterunt) spatium relinquatur, ut eo spatio ire, agere uterque dominus possit. Itaque ut circumventi spatium facto caute sulco possit. (Hinc Varro 4. de lingua. Fines agrorum ter-minai, quod haec partes propter limitare iter maxime teruntur) id spatium ut capere lex vetat. Servitium itineris, hoc est, iter ad culturam ulcapi potest: iter luminatum seu limitare, ut Varro ait, non potest. Lex Manilia, de qua dixi ad leges 12. tab. dante lata est, quo cautum fuit, ut quoties de his quinque pedibus controversia moveretur, agrimenfor eligeretur, qui fines eos regeret. Ultra quinque pedes, his non erat finalis, sed pro-prietatis: ideoque non agrimenfor, sed praetor ad eundem erat. Idem ostendit Aggenus Urbicus, & Junius Nymphus: reliqua vide apud Alciatum lib. de quinque pedum praescript. Goth. Haec lex non pertinet ad speciem l. ult. ff. h. t. Leonin. emendat. lib. 2. cap. 8. num. 13. Charond. versimil. lib. 3. cap. 16. Alciat. hic. Ant. 33 Quinque vel sex pedum latitudo lege Manilia praescribitur. Intra latitudinem eam non erat ulcapi, neque praescriptio, id est, diuturna adquisitio. vid. quae scripsi ad l. ult. ff. de termin. mot. 34 Alia est quaestio de fine: alia de loco. Prior est de fine intra quinque pedes: Posterior, ultra: cum de loco in confinio vel in medio agri, quam ad partem pertinet, quaeritur. Finis ulcapi non potest, locus potest. Utraque controversia est de latitudine. l. ult. ff. de pignorat. action. Est & alia quaestio de modo: de qua vide Cujac. 10. obs. 2. 35 l. 4. ff. h. t. 36 Quoniam servitus olim in hac praescriptione fuit, quae hodie libertas? non observatur longi temporis praescriptio, cuius hic mentio in l. ult. C. Th. h. t. Sed hac sola praescriptione actor hodie repellitur, si veteribus finem cum signis limitibus congruum erudita arte praescripserit. d. l. ult. vel ut in Concilio Spalensi II. Si veteribus si-gnis limitibus praescripserit, reo jus esse retentionis, vide Cujac. hic. 37 Reliqua hu-jus legis vide apud Aggenum. 38 Al. motionibus. l. 5. C. Th. h. t. 39 Finalis quaestio triginta tantum annis praescribitur. 40 Itepi κωνωνίης τῆς αὐτῆς δίκης. Bas. 41 Consortes ejusdem litis sunt, so-cii inter quos communis est res, & de qua litem simul omnes contendunt, vel unus eorum tantum. 42 l. un. C. Th. de dominio rei quae possidet. 43 Habens contortem ratione partis suae potest agere & conveniri. Olim, si egisset, hanc exceptionem audie-bat, Quod ageret non adjuncta persona consortis. Si conveniebatur, hac exceptione tueri se poterat, Quod haberet consortes. Sidonius 4. epist. Nec est cur dicere iacipias, habeo consortes, necdum celebrata divitio est: quod creditoribus malis dicitur bene, vide Cu-jac. hic. 44 l. 3. in fin. l. 85. §. 4. ff. de verb. obl. 45 l. 2. C. Th. de cognitoribus ac procuratoribus. 2. tit. 12. 46 Adde c. infinuante. de offic. judic. deleg. & vide Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. vel amitt. poss. Abb & Felin. ad c. cum Al. de constit. eundem Abb. ad c. cum dilectus. §. cel. vers. sed circa. de ord. cog. Mod. 47 Communi nomine sine mandato agere (oblata cautione de rato. l. 1. §. de procurat.) & conveniri (oblata cautione iudicatum solvi) possumus. l. 2. C. Th. de cognitoribus. lib. 2. 48 d. l. 1. 49 4. Infit. 8. §. l. 9. D. 4. §. 18. Eclog. 3. ex lib. 60. tit. 5. 50 §. 5. Infit. h. t. dixi ad l. 1. in fin. ff. de privat. delict. 51 §. 6. Infit. h. t. vid. l. 16. ff. de furto. 52 Dixi ad l. 1. §. 1. ff. si quis testam. lib.

De arboribus furtim caesis, & de ignorantia, & prohibitione domini.

2. Imp. GORD. A. Quintiliano & aliis.

SI servi vestri, nescientibus vobis, vel etiam prohibentibus, furtim arbores caeciderint, quibus etiam propria poena juxta legem saltui datam fuerat praestituta: frustra veremini, ne ex persona eorum ultra noxae deditionem sitis obstricti: cum ex delictis fervorum domini ignorantes vel prohibentes, si noxali actione conveniantur, ita condemnari debeant, ut aut noxae dedere, aut condemnationem 3 sufferre habeant in sua potestate. PP. 3. Non. Junii, GORDIANO & AVIOLA CONSS. 240.

De plagio.

3. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Eutychio.

Sive servum plagii paras accusare solenniter, Praesidem provinciae adire non prohiberis: live dominum ejus sollicitati servi noxali iudicio, five furti malueris convenire, suam tibi notionem Praeses [provinciae] commodabit: non ignorans, quod si dominum elegeris, & eo non consentiente, quod intendis, commissum probaveris, vel noxae dedenda, vel damni farciendi, ac poenae praestandae habeat facultatem. PP. 5. Non. Octob. Sirmii, AA. CONSS. 293.

De rapina. De scientia, vel ignorantia domini. De iudicio publico.

4. Idem AA. & CC. Sofio.

SI servus ignorante domino, vel sciente & prohibere nequeunte, res tuas vi rapuerit, dominum ejus apud Praesidem provinciae, si necdum utilis annus excessit, quadrupli: quod si hoc effluxit tempus, simpliciter noxali iudicio convenire potes: Qui, si noxae maluerit servum dedere: nihilominus cum ipso, quantum ad eum pervenit, experiri non prohiberis. † Nam si eo conscio, & prohibere valente: detracta noxae deditione conventus, ad summam condemnationis solvendam omnino compellendus est. † Sane, si criminis publici accusationem propter uxorem tuam a servo raptam, intendendam putaveris: non contra dominum, sed contra eum servum, quem facinus commisisse proponis, hanc instituere debes. PP. 18. Kal. Septemb. Sirmii, AA. CONSS. 293.

De furto, & ope consilioque domini.

5. Idem AA. & CC. Menophilo.

SI tibi per furtum nec manifestum ancillam servus ope consilioque domini cum aliis rebus subtraxerit, cum inter servum & liberum civile iudicium consistere non possit, eum ob hoc delictum dupli poenali actione, & de rebus propriis vindicatione, vel conditione convenire potes. S. 5. Kal. April. CC. CONSS. 294.

TIT. XLII.

AD EXHIBENDUM 12.

De vindicatorio ancillam.

1. Imp. ALEXANDRO A. Crescenti militi.

SI dominum ancilla, de qua agis, ad matrem tuam pertinet, nec jure a patre tuo venduta est, ejusque proprietatem tibi vindicare paratus es: Praeses provinciae exhiberi eam jubebit, ut apud iudicem de rei veritate quaeratur. PP. Kal. Maji, ALEXANDRO A. CONSS. 227.

De servo reo criminis.

2. Idem A. Syro.

SI criminis alicujus reus servus postulatur, per ad exhibendum actionem produci a domino, non celari debet. PP. 11. Kal. Decemb. ALEXANDRO A. CONSS. 227.

De exceptione rei iudicatae.

3. Idem A. Felicissimae.

NEQUE ad exhibendum actio, neque proprietatis vindicatio, si nunc competit, propterea perempta est, quod aliquando adversus te ad exhibendum actione aliter pronunciatum est: quia commutatione litis alia res esse incipit. PP. Kal. Septemb. MAXIMO II. & AELIANO CONSS. 224.

De instrumentis, & de in litem jurando.

4. Idem A. Flacillae.

NON ignorabit iudex, si instrumenta tui juris, quae penes diversam partem fuisse probaveris, ab eisdem non exhibeantur, jurisjurandi in litem facultatem deferri tibi oportere. PP. 3. Kal. Mart. AGRICOLA & CLEMENTINO CONSS. 231.

1 Statutum disponens super eo, super quo disponit jus commune, interpretationem accipit secundum jus commune, & restringitur, ne quid sequatur absurdum. Alex. ad l. inter cetera. num. 5. de liber. & posth. Paul. de Caltr. ad l. fin. §. in computatione. in fin. J. de jure delict. Jaf. ad l. 1. n. 22. de leg. 1. Mod. 2 §. 2. in fin. Inst. h. t. vid. l. 2. ff. h. t. l. 7. §. 1. D. de damn. infect. l. 1. §. 15. D. de vi & vi arm. 3 l. 17. §. 18. D. de adilitio edit. 4 Et non eo consentiente. Cujac. hunc locum ita restituit ex Graecis. 4. obs. ult. & recte. Gravior est enim in consentiente, quam in ignorante actio. 5 Adde l. 2. D. h. t. adde l. 45. D. ad l. Aquil. 6 Id est, in simpliciter, hoc est, ut servus noxae dedatur, & dominus ejus in id teneatur, quod ad eum pervenit: ita Graec. Synops. Basil. h. t. c. 42. 7 In id quod interest, seu in quadruplum. Synops. d. loco. 8 Raptus crimen publicum. vid. §. 8. Inst. de publicis judiciis. 9 Ex servi delicto dominus non obligatur. 10 Vid. l. 50. §. 1. D. de furtis, l. 53. in fin. D. de verb. sign. vide Cujac. 6. obs. 2. ubi tractat de variis furum generibus. 11 Vide l. 7. D. de cond. furt.

12 §. 3. Inst. de offic. jud. Et 10. D. 4. περί παραστάσεως ήτοι επιδίξεως προμαρτων, 15. Ecl. 4. Oudendorp. class. 3. act. 1. Quid sit exhibere, vid. l. 2. D. h. t. l. 3. §. 3. D. de hem. lib. exhib. l. 22. l. 246. D. de verb. sign. 13 Ad exhibendum actio vindicationis preparatoria. vid. l. 1. l. 3. §. 3. D. h. t. l. 3. §. 1. ff. de liberis exhibend. l. 1. ff. de privat. delict. Dator vindicatorio, interdicitur utrobi, optaturo & noxali iudicio acuro. vide Cujac. 9. obs. 7. 14 Militarem. 15 Ratione criminis persona exhibenda. adde l. ult. ff. h. t. 16 Liberatus, quia non possidebat, non liberatur, si de novo possidet. l. 12. §. 1. ff. h. t. 17 Paterno. 18 Vid. l. 6. infr. h. t. 19 Quando editio scripturae petitur officio iudicis, necesse est scripturam esse penes eum, a quo petitur tempore litis contestatae, l. fin. infr. de fide instrum. sed si adversarius se perdidisse diceret, an sufficit sacramenti dictio. vide Alexand. conf. 199. vol. 2. ad etiam Paul. de Caltr. ad l. publicatis. in fin. de testib. & Aret. conf. 219. Mod. 20 Ob rem non exhibitam iuratur in litem. l. pen. D. de in lit. jurand. l. 21. §. de rei vind. 7. Synops. 18. ex lib. 15. tit. 4. c. 24. 21 Ad exhibendum actio datur adversus possidentem, & eum qui dolo desit possidere. Synops. d. loco. 22 l. 7. infr. l. 9. in pr. ff. §. 2. D. h. t. 23 Modestinus non contemnenda auctoritatis Jurisconsultus sub Gordiano. 24 An Gordianus? 25 l. 4. supr. h. t. l. 3. §. 14. D. h. t. l. 52. in prin.

De possessore, & eo qui dolo desit possidere.

5. Imp. GORD. A. Sabiniano militi. AD exhibendum actione non tantum eum, qui possidet, sed etiam eum teneri, qui dolo fecit, quominus exhiberet, merito tibi a non contemnenda auctoritatis Jurisconsulto Modestino responsum est. PP. 2. Id. Februar. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS: 240.

De instrumentis.

6. Imp. PHILIPPUS 24 A. Palemonidi.

INstrumenta ad jus tuum pertinentia, partem diversam invasisse adseverans, si quidem crimen intendis, solennibus accusationibus impletis, fidem adseverationi tuae facito: sin vero ad exhibendum intendis, iudiciorum more experire. PP. 2. Id. Mart. PERRINO & AEMILIANO CONSS. 245.

De culpa, & dolo, & re deteriorata.

7. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Vitalianis.

EXhibitoris necessitate tenetur, qui facultatem habens, culpam vel dolum, in explendo praeepto committit: ita ut si rem deteriore exhibuit, aequitas exhibitionis periciat, ut quamvis ad exhibendum agi non possit: in factum tamen actio contra eum datur. PP. 16. Kal. Junii, MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De commodato & deposito.

8. Idem AA. & CC. Photino.

SI res tuas commodavit, aut deposuit is, cujus in precibus meministi, adversus tenentem ad exhibendum, vel vindicatione uti potes. Quod si pactus sit, ut tibi restituantur: si quidem ei, qui deposuit, successisti jure hereditario, depositi actione uti non prohiberis: si vero nec civili, nec honorario jure ad te hereditas ejus pertinet: intelligis nullam te ex ejus pacto, contra quem supplicas, actionem stricto jure habere: utilis autem tibi propter aequitatis rationem dabitur depositi actio. S. 5. Kal. Maji, Heraclia, AA. CONSS. 293.

De chirographis & instrumentis ad debitum solutum pertinentibus.

9. Idem AA. & CC. Faultino.

SI ex quocunque contractu apud Praesidem provinciae jure debitum, cui oportuerat, te reddidisse probaveris: chirographa tua, ex quibus jam nihil peti potest, & instrumenta ad eum contractum pertinentia, tibi naturaliter liberationem contecturo exhiberi ac reddi jubebit. S. 8. Kal. Septemb. CC. CONSS. 294.

TIT. XLIII.

DE ALEATORIBUS 40, ET ALEARUM LUSU.

1. Conf. argumentum ex Basilianis lib. 60. tit. 8. de aleatoribus, Jacobo Cujacio interprete.

CONstitutio prohibet lutos, exceptis quinque: definit etiam multam in aleatores, permittens Praefectio Urbis, & Praesidibus provinciarum, & Episcopis ea inquirere & prohibere, & in iis habitos contractus rescindere. Dat & actionem ex quinque concessis ludis, & repetitionem eorum, qua ex ea causa devenerit, & statuit decem librarum multam in eos, qui constitutionem violari permiserint. Aliud argumentum ex Novocantone.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

VICTUM in alea lusu, non posse conveniri: & si solverit, habere repetitionem, tam ipsum, quam heredes ejus adversus victorem, & ejus heredes, idque perpetuo, & etiam post triginta annos. Quod si vel ipse, vel ejus heredes repetere neglexerint: liceat cuicumque volenti, & praecipue civitatis, in qua id factum est, Primati, vel defensori, repetere, & in opera civitatis id expendere. Data autem super alea lusu cautio sit irrita, & condici possit.

† Sed & si quis sub specie alearum victus sit lupinis, vel alia quavis materia, cesset etiam adversus eum omnis exactio. † Dara licentia Episcopis hae inquirendi: debentibus etiam Praesidibus, & primatibus & defensoribus civitatum eos hac in re adjuvare. † Duntaxat autem ludere liceat moribetov, liceat item ludere κινουαυδωλεν, κινουαυδωλεν, & item liceat ludere χαρις της περνης, id est, ludere vibratione Quintiana, absque spiculo, five aculeo, aut ferro, a quodam Quinto ita nominata hae lusus specie. Licet etiam ludere περνη, id est, exerceri iusta: licet vero etiam exerceri hippice, id est, equorum cursu, seu hippodromo, absque dolo & circumventione. Et liceat quidem ditioribus ad singulas commissiones, seu ad singulos congressus, aut vices unum assem, seu numisma, seu solidum deponere & ludere, ceteris autem longe minori

D. de act. empt. l. 3. §. 5. ff. de tab. exhib. 26 Invasor instrumentorum criminaliter accusari potest, & civiliter ad exhibendum cogi. 27 Accusationis. Cujac. 13. obs. 35. 28 l. 5. supr. h. t. 29 l. 9. §. 3. ff. h. t. 30 l. 3. §. 14. ff. h. t. 31 Exhibitorum rerum commodatarum, aut depositarum peti potest. 32 l. 13. infr. de oblig. & act. 33 Depositarium, deponenti utiliter pacisci potest. adde quae novavi ad l. 53. in fin. ff. de act. empt. 34 Aliud ex aequo. 35 Utilis actio non stricto jure, sed ex aequo datur. 36 Ad exhibendum agit debitor solutus iis quae debebat: agit, inquam, ad chirographum & instrumenta cetera quae ad contractum pertinent. 7. Synops. Basil. 6. ex lib. 15. tit. 3. c. 28. 37 Naturaliter liberatus instrumentum potest condicere. vide l. 2. infr. de cond. ex lege, l. 18. ff. h. t. 38 Pura solutio. dict. l. 18. leg. 2. infr. de cond. ex lege. 39 l. 11. D. 5. §. 3. Eclog. 2. 40 l. 11. D. 5. Legem de alea latam fuisse testatur Cicero Philip. 2. Alex nomen omnem fortunae lusum compleditur, non tantum talorum vel tesserarum ex pyxide, id est, fritillo vel phimo, quam pyxidem appellari opinor illo versu Juvenal. 13. parios gladio vel pyxide nuntios. vide Cujac. hic. 41 Interpretatio Latina. 42 Habet enim exceptionem adversus agentem. l. 19. in fin. ff. de prob. l. ult. §. 1. ff. quar. rer. act. 43 Olim in quadruplum, hodie in simpliciter. An autem famosa? Cujac. putat hic. Aleatorum enim nomen istame: unde & tesserarios se appellari malebant. Amm. Marcell. 28. ut latrones περιπατες se vocari: Lenticulam alea damnatum quasi infamem notat Cic. 2. Philipp. Differunt autem aleatores a tesserariis: quantum fures a latronibus. 44 Vel quinquaginta, ut est apud Eulath. libro de temporibus, titulo περί χρονον. 5. Anatolius 13. Noman. 24. 29. Cujac. c. 32. de divers. temp. 45 Olim adili. Martialis 4. epigram. 85. Adilem rogat unus aleator: & 14. Epigr. 1. Nec timer adilem moto spectare fritillo, & Seneca c. 7. de brevitate vite, loca adilem mentuonia, popina, ubi plerumque alea luditur. 46 Excipe casus infra scriptos, & l. 3. infr. h. t. 47 Deputatis. Lupini, argentum comicum in vicem pecuniae verze postea persolvendae victori. 48 Id est, singulari saltu. 49 Saltu conto sustulto. 50 Alii legunt, κατ' αμυζω, vel Catampo, vel Gatato, quod genus ludi est Festo. 51 Ab inventore sic dicta. 52 Seu colluctatione. 53 Ιππικη, Troia five Pyrrhica, curricularum equorum, qui similes sunt κινουαυδωλεν, & τρηνη ludi explicati a Nicephoro Gregora lib. 10. Porro Troia five Pyrrhica simulachrum est pugnae pecuniae.



pecunia. Quod si plus lusum fuerit, neque repetitio detur, & solutum repetatur. Curent vero ista Praesides, decem librarum poena imposita, si hanc legem contempserint, vel contemni permiserint.

2. Const. argumentum βασιλικῶν lib. 60. tit. 8. de aleatoribus, Jacobo Cujacio interprete. Constitutio prohibet ea, quae dicuntur ἐπιβουλή 1 periculi repetitione proposita in lusores, & publicatione domorum, in quibus hujusmodi lusus peracti sunt. Datur & repetitio ei, qui superatus est, & solvit: quod si nolit repetere, id jubet in opera publica ejus civitatis erogari.

Aliud argumentum ex Nomocanone.

β. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Α. Ἰωάνν. Ρ. Ρ. Ἡ Διάταξις καὶ τὰ παύματα, καὶ πέντε ἀπεχρησμένων, ἐπιβουλή καὶ τινὰ ἐπιβουλή κατὰ τῶν κωδικογράφων, ἐπιβουλή καὶ τῶ ἐπαρχῶν τῆς πόλεως, καὶ τοῖς ἀρχαῖοις τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τοῖς ἐπισκόποις, ἵνα τὴν καλῶν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς γινόμενα πράγματα ἀποτρέψιν, οἷον δὲ ἀγῶνας ἐκ τῶν ἐπιτετραμμένων παύματα, καὶ ἀκαίριον τῶν ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ θέντων, δεκά λιτρῶν ἐπιτίμιον ἐπιβουλή κατὰ τῶν συγχωρητῶν παραβῆναι τὴν διάταξιν.

Aliud argumentum Latine.

Non licere ludere his, qui vocantur equi lignei 2, neque ulla quavis alee specie, exceptis ludis, quos in anteriore constitutione praemisimus. Loca vero, in quibus hujusmodi equis ligneis lusum fuerit, publicentur: & soluta 3 hujusmodi ludis occasione repetantur: vel si repetere nolent, qui perdidit, repetitio fiet per Praefectum & Praesides provinciarum: & applicabitur 4 hujusmodi pecunia publicis operibus. Prohibeant etiam cetera, quae in hujusmodi ludis sunt illicita, ut blasphemias 5, & si quae talia. Balsamon notat de equi lignei significatione incidisse apud imperatorem gravem quondam disputationem, quibusdam afferentibus illum ludum significari, quo pueri extra circumaurigando pro equis utuntur hominibus, aliis vero contra contendentes ligneam esse fabricam per scaldas ligneas exaltatam, habentem in medio diversa foramina: nam qui hoc genere ludebant, quatuor globulos diversorum colorum supericiebant ex superiori parte, & qui primus globulorum per foramina ex ultimo foramine egrediebatur, hic victoriam dabat ei, qui projecerat. Nunc veterem harum legum translationem a nobis quoad fieri potuit, ex libris manuscriptis emendatam subjiciemus. Cont.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

Alearum usus antiqua 6 res est 7, & extra 8 operas pugnatorias [concessa,] verum pro tempore abiit in lachrymas, multa millia extraneorum nationum suscipiens. Quidam enim [nec] ludentes, nec ludum scientes, sed numeratione 9 tantum proprias subitantes perdidit, die noctuque ludendo, argento, apparatu lapidum, & auro. Consequenter autem ex hac inordinatione blasphemare 10 [Deum] conantur, & instrumenta conficiunt. Commodis igitur subjectorum propicientes, hac generali lege decernimus, Ut nulli 11 liceat in publicis, vel privatis domibus vel locis ludere, neque in genere, neque in specie, & si contra factum fuerit, nulla sequatur condemnatio, sed solum 12 reddatur, & competentibus actionibus repetatur ab his qui dederint, vel eorum heredibus, aut his negligentibus, a Patre aut Defensoribus illius civitatis: vel recipiat fiscus, non obstante nisi quinquaginta 13 annorum praescriptione: Episcopis vero locorum hoc providentibus, & Praesidum auxilio utentibus. † Deinceps vero ordinet quinque ludos, Monobolon, Contomonobolon, Quintanum contacem sine fibula 14, & perichyten 15, & hippicem 16, quibus sine dolo atque callidis machinationibus ludere permittimus.

† Sed nec permittimus etiam in his ludere ultra unum solidum 17, si multum dives sit: ut si quem vinci contigerit, casum gravem non sustineat. Non enim solum bella bene ordinamus, sed 18 & res [sacras] ludicras 19. Sed istam interminantes poenam transgressoribus, potestatem dando episcopis 20 hoc inquirendi, & Praesidum auxilio sedandi. † Prohibemus etiam, ne sint equi [seu equestres] lignei 21, & ut si quis ex hac occasione vincatur, hoc ipse recuperet domibus eorum publicatis 22, ubi haec reperiuntur. † Si autem noluerit recipere is, qui dedit, procurator noster hoc inquireat, & in opus 23 publicum convertat. Similiter & Judices prohibeant, ut a blasphemias, & 24 perjuriis, quae ipsorum inhibitionibus debent comprimi, omnes homines penitus conquiescant.

equestres, quae πύλις & ἵππασία Dion. idque ex Suetonii libro de lusu puerorum Servius & Donatus scribunt in 5. Aeneid. Sed transit etiam usus Pyrrhicæ in pedestris pugnae simulachrum, adhibitis numeris & concentu musico. Marius Plotius libro de Metris, Pyrrhicus pes a Pyrrhica Iulio genere nomen accepit, quia hoc sono milites usi sub armis per ludum cunct simulachra pugnae; ipsa tamen Pyrrhica dicta est a Pyrrho Cydoneo, qui primus Cretense lud armis laticare ad hujus pedis sonum instituit. Alii a Pyrrho Achillem filio, quem primum in tumulo patris sui armatum honoris gratia saltavisse dicunt: Aristoteles autem ait Achillem hujus ludis inventorem fuisse. Quibusdam placet, ab ardore, id est, a velocitate sui soni nomen accepisse hunc pedem: cognatus enim lentus ardoris, & velocitatis est; unde insunt ardentes Tyrii, id est, saltantes. Et, ardet abire furax. Haec Plotius nonnumquam exequiis apud Cujac. 13. obs. 10. cui in eo quod scribit de Pyrrho Cydoneo, consentit Nicolaus apud Stobaeum.

1 Cadit enim iste lusus magis in alex quam virtutis speciem, de quo vid. J. h. t. ibi Balsamon notat. Est autem alee vitiosa: hinc Seneca, vel Publius mimus, Aleator quanto in arte est melior, tanto est nequior. 2 Τα παύματα. 3 Solutum ludi vetiti occasione condicitur. l. ult. infr. h. t. 4 Multae interdum solet applicari publicis operibus l. ult. infr. h. t. 5 l. ult. §. 1. supr. de episc. aud. 6 Facit l. 16. §. 8. ff. de pan. operibus l. ult. infr. h. t. 7 Consulto Alciatum l. 1. praetermissorum. Cujac. l. 11. obs. r. c. 20. Menochium loci arbit. jud. cas. 399. & 400. Rainald. Curium l. 3. indag. c. 11. Constantium Landium enarrat. in tit. de iustit. & jure c. 6. Jul. Clar. §. ludus. Benedic. Capram in regul. consens. 86. Pium in Annotat. posterioribus. c. 12. Turnebum denique adversar. l. 27. c. 33. Mod. 8 Alea militibus olim permitti in castris, ne torquerent otio, ut hic: Aeron ad Horat. 2. Carminum 16. Periculose plenum opus alee tractat. Non impune tamen milites etiam in ludacra amittunt. arg. l. 2. §. 13. ff. de remilit. vid. Forcatul. 20. Cupid. num. 7. Erat & petriilla Decembre mense & Saturnalibus. 14. Mart. & ibi interpretet. 9 Juven. Sat. 1. neque enim laculis comitantibus iur, Ad casum tabulae, posita sed luditur arca. 10 l. ult. §. 1. supr. de episc. aud. 11 Etiam clericis, Nov. Leon. 87. vid. l. 34. §. 1. supr. de episc. aud. 12 l. 1. §. 2. supr. h. t. 13 Alea amitti repetitio est intra annos quinquaginta: ut ex Anatolio refert Eustathius libro περὶ χρόνων διασκευτῶν, neque tollitur triennio. Epitome quae extat 13. Nomocan. 29. licet Thalelaus triennio tolli putet, quod in contextu Basilicæ non est adjectum. Eustathius d. loco. Hoc tamen non servatur in Gallia, teste Rebuff. in proem. conf. gl. s. n. 56. 14 Spiculo χῶρις τῆς ἀγορᾶς. l. 1. supr. h. t. 15 Colluctationem. d. l. 1. supr. h. t. 16 Id est, Trojam. Pyrrhicam. d. leg. 1. supr. h. t. 17 Id est, aureum. 18 Ludicras res ordinate vel ipsi Principes non designantur. vide Calliodor. 3. Variar. 51. infra. 7. Variar. 11. 19 Res etiam ludicrae a Magistratu curantur. 20 Facit l. ult. supr. de episc. aud. 21 Quid sint, vid. l. 2. supr. h. t. 22 Alias poenas vid. in l. 1. ff. h. t. 23 L. 2. supr. h. t. 24 Nouell. 77. c. 1.

25 Adde tit. Cod. Theod. de sepulchris violat. l. 9. tit. 17. 26 L. 11. ff. 7. περὶ ἀνομιῶν, id est, de monumentis, 59. Eclog. 3. 27 Καὶ ἀπαύτως τὰ φῆς. Eclog.

TIT. XLIV. DE 25 RELIGIOSIS 26 ET SUMPTIBUS FUNERUM 27.

De Translatione reliquiarum.

1. Imp. ANTONINUS A. Doritæ.

SI vi 28 fluminis reliquiae filii tui continguntur, vel alia justa & necessaria causa intervenit, existimatione Rectoris provinciae transferre 29 eas in alium locum poteris 30. PP. 8. Kal. Novemb. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De illatione in locum alienum. De alienatione, & obligatione.

2. Idem A. Hilario.

INVITO, vel ignorante te ab alio illatum corpus in puram 31 possessionem tuam, vel lapidem, locum religiosum facere non potest. Sin 32 autem voluntate tua mortuum aliquis in locum tuum intulerit, religiosus iste efficitur: Quo facto, monumentum neque venire 33, neque obligari a quoquam prohibente juris religione posse, in dubium non venit. PP. Kal. Maji, AQUILINO II. & ANULINO CONSS. 217.

De legato, & sumptu funeris.

3. Imp. ALEXAND. A. Rimo.

LEGATUM a defuncto tibi relictum, & 34 quod in funus vel morbum ejus erogasse te boni viri arbitratu probaveris, Praes provinciae solvi tibi jubebit. PP. 5. Non. Jul. MAXIMO II. & AELIANO CONSS. 224.

De dominio, vindicatione, divisione.

4. Idem A. Luciano.

SI sepulchrum monumenti 35 appellatione significas, scire debes, jure domini id nullum vindicare posse: sed si familiare 36 fuit, jus ejus ad omnes heredes pertinere, nec divisione ad unum heredem redigi potuisse. Profana tamen loca, quae circa 37 id sunt, si semper vicinis aedificiis usui hominum destinatis cesserint, ejus sunt cui illa, quorum partes esse visae sunt, ex divisione obtigerunt. PP. 6. Non. Novemb. MAXIMO II. & AELIANO CONSS. 224.

De voluntate defuncti servanda.

5. Idem A. Cassio militi.

MILITIS voluntatem quam circa monumentum sibi faciendum testamento expressit, & pater & mater ejus heredes negligere non debent. Nam etsi delatio hoc nomine praeteritis 38 constitutionibus amota est: invidiam tamen & conscientiam circa omissum supremum ejusmodi officium, & contemptum judicium defuncti, evitare non possunt. PP. 8. Kal. Maji, JULIANO & CRISPINO CONSS. 225.

De inscriptionibus monumentorum. De longi temporis praescriptione.

6. Idem A. Primitivo & aliis.

MONUMENTORUM inscriptiones 39 neque sepulchrorum jura 40, neque dominium loci puri ad libertos transferent 41. Praescriptio 42 autem longi temporis, si justam causam initio habuit, vobis proficiet. PP. 8. Kal. Jul. JULIANO & CRISPINO CONSS. 225.

De statuis & ornamentis.

7. Imp. GORDIANUS A. Claudio.

STATUAS sepulchro superimponere, vel monumento quod [a te] extractum profiteris, ornamenta quae putas, superaddere non prohiberis: cum jure tuo eorum, quae 43 minus prohibita sunt, unicuique facultas libera non denegetur. PP. 3. Kal. Aug. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

De jure familiarium sepulchrorum.

8. Imp. PHILIPPUS A. Juliae.

JUS familiarium 44 sepulchrorum ad affines, seu proximos cognatos non heredes institutos minime pertinet. PP. 16. Kal. Jul. PEREGRINO & AEMILIANO CONSS. 245.

ibid. adde 3. Decret. 28. de sepulchris & 3. Sext. 12. & 3. Clement. 7. & 3. Extrav. 6. & 13. q. 2. c. ubique 6. & seq. adde Paul. 1. sent. 21. de sepulchris & legendis. De actione funeraria vid. Oldendorp. class. 5. act. ult. 28 Ob incertum fluminis, vel metum, corpus jam perpetuae sepulturae traditum, solennibus redditis sacrificiis, per noctem in alium locum transferri potest. vid. Paul. 1. sent. 21. §. 1. 29 Transferentur namque corpora per noctem. Paul. d. loco. efferebantur interdu: quo referenda est Juliani constitutio l. 5. Cod. Th. de sepulchro violato. Effertur, inquit, cognovimus cadavera mortuorum per confertam populi frequentiam, & per maximam insistentium densitatem: quod quidem oculis hominum insautis inest aspectibus. Qui enim dies bene auspiciata a funere, aut quomodo ad deos & templa veniunt? Ideoque quoniam & dolor in exequiis secretum amat, & diem funis nihil interest utrum per noctem an per dies efferrantur, liberari convenit populi totius aspectus, ut dolor esse in funeribus, non poena exequiarum, nec ostentatio videatur. Haec Julianus d. loc. gentili more: quae miror a Theod. in Codicem relata fuisse. 30 In hujusmodi translatione reddenda erant solennia sacrificia. l. Paul. sent. 21. §. 1. Gentiles enim pro mortuis sacrificabant. Anniversaria quoque eam in rem sacrificia erant, quae χῆρας a Graecis dicebantur. vide Plur. in Antonio. 31 Pura possessio, purus locus, qui neque sacer, neque religiosus, sed profanus. l. 4. infr. h. t. l. 2. §. 4. ff. h. t. 32 l. 2. ff. h. t. §. 9. Infr. de rer. divis. l. 6. §. 4. ff. de divis. rer. 33 Monumentum veni aut obligari non potest. l. 9. §. 1. h. t. neque legari. l. 14. infr. de legatis. An idem in re sacra? v. Ripensem ad l. 6. 7. 8. 9. ff. de sign. & hypoth. n. 47. & seq. 34 Legatario legatum licet petere, & expensas quas in personam fecit defuncti. l. 1. l. 2. §. 2. ff. h. t. 35 l. 2. §. 6. ff. h. t. & 59. Ecl. l. c. 2. 36 Vid. l. 5. ff. h. t. 37 l. 5. infr. h. t. l. 2. §. 5. ff. h. t. 38 l. 5. infr. de his, quibus ut indign. vid. Paul. 3. sent. 5. §. 10. ubi vid. Cujac. & Nouell. 1. in pr. 39 l. 6. ff. h. t. adde l. 10. ff. de probat. Publice incisa in aes, vel in marmore, vel in lapides, non probare, fidem non facere, ex hujusmodi inscriptionibus jus nulli competere hinc nonnulli colligunt: quod falsum patet. Agitur enim hic specialiter de monumentorum inscriptionibus: alias hujusmodi inscriptiones probationem inducunt. l. 10. D. de prob. l. 27. D. de cond. & dem. l. 11. in fin. D. de fin. regund. Antiquis in factis scripturam privatam fidem facere hinc colligunt. Myrdling. 5. obs. 79. & scripturam privatam repertam, & productam ex archivo publico fidem facere. Authent. ad hac. infr. de fid. instrum. adde hic Socin. reg. 113. 40 Decius conf. 146. col. 6. num. 14. Scribentes ad e. cum causam. extr. de probat. Forcatulus in Necromant. jur. dialog. l. n. 34. Cravettam de antiquis. tempor. fol. 72. n. 12. Mod. 41 Inscriptio monumenti a defuncto facta, jus aut dominium sepulchri eo vivo, qui inscribit vel inscribi iussit, non transtert, ut hic, sed eo praemortuo: ut ita vim habeat ultimae voluntatis: & ita hunc locum accipit Forcatulus t. Dialogo Necromantia, num. 34. 42 l. 4. D. de mortuo inferend. In sepulchris longa possessio non prodest ei qui nullum jus habet. Syn. Bujf. 59. tit. 2. c. 4. 43 Prohibita quae non sunt, concessa intelliguntur. Infr. de his, qui sunt sui. adde l. 4. infr. de jure dotium, l. 27. infr. de testam. l. 25. in fin. D. ad municip. 44 l. 5. l. 6. vers. liberis. D. h. t.

## De venditione.

9. Idem A. & Philippus C. Faustinae.  
**L**ocum quidem religiosum distrahi<sup>1</sup> non posse manifestum est: verum agrum purum<sup>2</sup> monumento coherentem<sup>3</sup> profani juris esse: ideoque efficaciter venditari, non est opinionis incertæ. PP. 6. Kal. Decemb. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

## De translatione corporis.

10. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Aquiliana.  
**S**ic necdum perpetuæ<sup>4</sup> sepulturæ corpus traditum est: translationem<sup>5</sup> ejus facere non<sup>6</sup> prohiberis. PP. 8. Id. Feb. DIOCLETIANO IV. & MAXIMIANO III. AA. CONSS. 290.

## De supplicio affectis.

11. Idem AA. & CC. Gaudentio.  
**O**noxios<sup>7</sup> criminum digno supplicio subjectos sepulturæ tradi non vetamus. PP. 8. Id. April. ipis IV. & III. AA. CONSS. 290.

## Ne reliquæ intra civitatem condantur.

12. Idem AA. & CC. Victorino.  
**M**ortuorum reliquias<sup>8</sup>, ne sanctum<sup>9</sup> municipiorum jus polluat, intra<sup>10</sup> civitatem condi, jam pridem vetitum est. PP. 3. Kal. Octob. ipis IV. & III. AA. CONSS. 290.

1 l. 2. in fin. supr. h. t. 2 Purus ager quid sit, vid. l. 2. §. 4. ff. h. t. adde Cujac. 10. obs. 37. 3 l. 4. in fin. supr. h. t. 4 Sea æternæ sedr. l. 40. ff. h. t. 5 d. l. 40. l. 1. l. 2. ff. de cadaver. pun. 6 Excipe calum legis 1. supr. h. t. ex loco Pauli a me citato. 7 l. 1. l. 3. ff. de cadaver. pun. nifi damnatus majestatis. d. l. 1. Jure Gallico hæc lex servatur, teste Rebuff. in proem. const. gloss. num. 54. 55. 8 Reliquiæ mortuorum hic corpus. Paul. 1. sent. 21. §. 2. Græci λέιψωα, l. 3. supr. de sac. eccl. offa, l. 8. ff. h. t. cineres, d. l. 1. in fin. Reliquæ etiam dicuntur. l. 42. l. 43. in fin. ff. hoc tit. ut & reliquæ. l. 30. ff. famul. erisc. l. 27. ff. de cond. inst. Animalia bruta habent etiam sua λέιψωα, l. 53. §. 5. ff. de leg. 1. Neutra significatione. Reliquiæ sunt simulachra. De ossuario dixi ad l. 2. ff. de sepulch. violat. 9 Corpus in civitatem inferri non licet, ne sacra civitatis funderentur: qui contra fecerit, extra ordinem puniatur. Paul. 1. sent. 21. §. 2. l. 6. C. Theod. de sepulchr. violat. Virgilius 11. vers. 205. &c.

## Collatio sepulchri familiaris, &amp; hereditarii.

13. Idem AA. & CC. Dionysio.  
**J**us sepulchri tam familiaris<sup>11</sup>, quam hereditarii<sup>12</sup>, ad extraneos etiam heredes: familiaris autem ad familiam, etiam si nullus ex ea heres sit, non etiam ad alium quemquam, qui non est heres, pertinere potest. S. 3. Id. Novemb. SIRMII, CC. CONSS. 294.

## De translatione reliquiarum.

14. Imp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA.  
 Cynegio P. P.

**N**emo humanum<sup>13</sup> corpus ad alium<sup>14</sup> locum [fine Augusti<sup>15</sup> affatibus] transferat. Dat. 3. Kal. Mart. Constantinop. HONORIO NOBILI PUERO & EVODIO CONSS. 386.

In solo Auredani libro manus. notatur hic deesse Græcom constitutionem, quam ex Basilicis edidit Cujac. lib. 11. observ. cap. 21.

15. 16.

**I**n nullo quopiam loco vectigal<sup>17</sup> ab aliqua persona pro corporibus ex uno in alium locum translatis præstetur.

& corpora partim Multa virum terræ infodiunt, avestaque partim Finitimos tollunt in agros, urbique remittunt. Cic. de legib. hominem mortuum in urbe ne sepelico, neve urito. Idem vetuit Antoninus Pius, teste Spariano. Idem servatum apud Athenienses, ut refert Sulpitius apud Cic. 4. epist. de M. Marcello loquens. Eadem pene de causa Plato 12. de legib. vetuit sepulchra in loco fecundo & ad culturam apto poni. Nobis Christianis non in urbibus modo, sed & in templis jus etiam sepulturæ est. 10 Paul. d. loco. 11 l. 5. ff. h. t. 12 l. 5. 6. ff. h. t. 13 Humatum. l. 7. C. Theod. de sepulchr. violat. 14 l. 10. supr. h. t. 15 Vel pontificum. l. 8. ff. h. t. hæc autem inclusa desunt in l. ult. C. Theod. de sepulchris violatis: ex qua hæc lex sumpta est. 16 Latina interpretatio. 17 Vectigal pro corporibus ex uno loco in alium translatis observa. Hujus vectigalis meminit lex 37. ff. h. t.

D. JUSTINIANI  
 SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.  
 CODICIS  
 REPETITÆ PRÆLECTIONIS,  
 LIBER QUARTUS.

## TIT. I.

DE REBUS CREDITIS<sup>1</sup>, & JURE JURANDO<sup>2</sup>.

## An causa retractari possit perjurii prætextu.

1. Imp. ANTONINUS A. Herculiano.

**C**ausa<sup>3</sup> jurejurando ex consensu<sup>4</sup> utriusque partis, vel adversario inferente, delato & præstito, vel remisso<sup>5</sup> decisa: nec perjurii<sup>6</sup> prætextu retractari potest: nisi<sup>7</sup> specialiter<sup>8</sup> hoc lege excipiat<sup>9</sup>. PP. 15. Kal. Jul. ANTONINO A. & BALBINO CONSS. 213.

## Perjurio pœna quando imponatur.

2. Imp. ALEXANDER<sup>10</sup> A. Felici.

**J**urisjurandi<sup>11</sup> contempta religio satis<sup>12</sup> Deum ultorem habet<sup>13</sup>. Periculum autem corporis<sup>14</sup>, vel majestatis crimen secundum

constituta<sup>15</sup> Divorum Parentum<sup>16</sup> meorum, etfi, per<sup>17</sup> Principis venerationem<sup>18</sup> quodam calore<sup>19</sup> fuerit pejeratum, inferri non placet. PP. 6. Kal. April. MAXIMO II. & AELIANO CONSS. 224.

## De inopia probationum.

3. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Severæ.

**I**n bonæ<sup>20</sup> fidei contractibus, nec non [etiam] in cæteris causis, inopia<sup>21</sup> probationum, per<sup>22</sup> judicem jurejurando causa cognita res decidi oportet. PP. 10. Kal. Sept. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

## De Tutela actione.

4. Idem AA. & CC. Maximæ.

**S**i ad excludendam tutelæ actionem pupillus<sup>23</sup> jusjurandum tutori detulerit, postea eandem litem exercere non prohibetur. PP. Kal. Jul. ipis IV. & III. AA. CONSS. 290.

1 Hæc tituli particula generalis est ad sequentes aliquot, nec tamen hic tractat de rebus creditis, sed de jurejurando, nisi dixeris, jusjurandum crediti speciem esse. arg. l. 2. in fin. ff. de rebus creditis. & ita conceptus est. Tit. 1. lib. 2. apud Paul. sentent. 2 Jurejurando lites deciduntur, tam in actionibus in rem quam personam. Paul. dist. la. ca. 9. 4. Instit. de except. l. 12. D. 2. & 22. Eclog. 5. §. 1. Harmenop. 7. & 2. Decret. 24. & 2. Sent. 11. & 2. Clement. 9. & 22. quest. 1. Ferrar. in forma juramenti quod præstat a parte parti 16. Oldendorp. class. 1. act. 9. Jusjurandum quid est? fidei atque religionis exhibitio. l. ult. infr. de fideicom. libert. Deum testem & vindicem perjurii vocare. Juramentum an semper servandum sit, vid. apud Socin. reg. 206. l. ult. infr. de non numerata pecunia. de observata custoditæque apud Romanos jusjurandi sanctimonia vid. Gell. 7. c. 18. 3 Synops. Basil. 22. tit. 5. c. 40. 4 22. Eclog. 5. c. 40. 5 Remissum jusjurandum pro præstito habetur. Paul. 2. sent. 1. §. 3. 6 l. 21. ff. de dolo mal. l. Harm. 7. 7 Quid si statuto caveatur juramento alicujus fieri? valere juramentum quidam putant: sed tamen probationes in contrarium admitti: verum ea de re videndus est Socin. reg. 380. 8 Puta favore ultimæ voluntatis. l. ult. infr. h. t. Idem dicendum, si juratum fuit solo iudice deferente, adversario non petente. l. 31. ff. h. t. adde quæ scripti ad l. 17. infr. de contrah. empt. 9 Sub. ut retractetur. Igitur juramenti gratiam lex facere potest, adde l. ult. ff. qui satisd. l. 39. in pr. ff. ad municip. 10 Similis Alexandri ejusdem lex supr. famul. erisc. & l. 2. infr. ad leg. Jul. de adult. 11 Per Deum scil. concepti, non per salutem Principis, ut dicam J. Goth. Vid. Cujac. lib. 2. observ. 19. Duaren. ad tit. de rebus credit. cap. fin. & ad tit. de jurejurand. cap. fin. Fachin. lib. 1. controu. cap. 14. Ant. Adde Joann. Robert. lib. 2. Supplet. cap. 20. Menoch. de arbitr. judic. lib. 2. cap. 319. S. L. 12 l. Harmen. 7. Imo non satis. l. ult. ff. scellionatus. solve: ibi scellionatum pœna imponitur, non perjurio. Vid. Cujac. 2. obs. 19. 13 Harm. ibi. Hinc Tiberius apud Tacit. lib. 1. Annalium: Deorum injurias diis curæ esse. 14 Satis discretim legem hanc explicat Gothofredus: præter quem vide Menoch. de arbitr. jud. lib. 2. cent. 4. cap. 319. n. 13. 21. 23. & 28. Torell. de Prat. conf. 41. n. 2. inter consil. crim. vol. 1. Joann. Robert. lib. 2. sent. jur. cap. 20. Mod. 15 l. 13. §. ult. ff. de jurejur. 16 Severi & Caracallæ. 17 Κατά Βασιλέως, Harmen. ibid. per genium Principis. l. 13. in fin. ff. de jurejur. Jurabant per Genium Principis Gentiles. l. si duo. 13. in fin. ff. de jurejur. Tertull. ad Scapulam & 28. Apolog. aut quod tantundem τὸν αὐτὸν τὴν καίριας. Dion. 44. Arrian. Epictet. lib. 4. cap. 1. Joseph. 16. antiq. 16. Christiani per salutem Principum, at non per genium. 3. Euseb. hist. 14. quod salus augustinus sit genio. Tertull. Apolog. cap. 32. adde l. si quis major. 41. supr. de transact. sane qui pejerasset, jurans per genium Principis, Tiberio crimen non fuit. Dion. 57. Contra crimina Cajo fuit, non jurasse per genium Principis. Sueton. in ejus vita, cap. 27. qui & autor fuit, et omnibus juramentis hoc adderet: Neque me liberolique meos cariores habeo, quam Cajum & sorores ejus. Sueton. in Cajo, cap. 13. Dion. 13.

18 Salutem: scriptum fuisse videtur Genium, idque mutavit Tribon. 19 Calori ignovit, & alio adhuc rescripto idem Alex. l. 4. infr. ad leg. Jul. de adult. Calor, est inconsultus animi motus. l. 9. in princ. ff. de publican. & velt. l. 22. in fin. ff. ad l. Jul. de adult. l. 7. in fin. ff. ad l. Jul. repetund. l. 1. §. 5. ff. ad Sc. Turpilian. ut sit sententia: Si per Deum juratum est, Deus ipse vindex est: si per Principem, Princeps ipse. Quid si consulto consilio per Principem sit juratum? qui pejeravit, tenetur majestatis: Majestatis inquam, non abicisse, sed quodammodo tantum: ideoque pœna reorum majestatis ei non infligitur, sed fustigatio. d. l. 13. Et hinc tamen constat, gravius eum puniri, qui per Cæsaris genium juravit, quam qui per Deum. Tertullian. cap. 18. Apolog. in fin. Cicius (inquit) apud vos per omnes deos, quam per unum genium Cæsaris pejeratur. Minucius Felix, in Octavio: Tutius eis est per Jovis Genium pejerare, quam Regis. Illud interim notandum, Eum, qui per Deum juraverit, & pejeraverit, fieri infamem; dixi ad Leges 12. Tabular. & aliis penis civilibus subijci. l. 41. supr. de transact. l. 2. in fin. infr. de indist. viduit. lib. 1. h. veterum Francicarum, cap. 61. perjurus neque in sua, neque in alterius causa jurare potest. Qua lege & illud cavetur præterea, eos, qui rationabilis ætatis non sunt (rationabilem appellat eam in quam rationis, seu ratiocinandi ulus aliquis cadit) non cogendos esse jurare. Item, ut qui in fatis (opinor scripturis vel Templis) juraturi sint, jurent jejuni. Idem esse jurare per charitatem & veritatem ac per Deum: cum Deus sit charitas & veritas. Juramentum Pharisaicum esse, jurare per aurum & altare templi. Huc refer Gell. 7. Noct. 18. ubi tractat de observata custoditæque apud Romanos jusjurandi sanctimonia. adde Cujac. 8. observ. 7. Forcatul. 18. Cupid. num. 2. 3. Clarum sentent. 5. §. perjurium. ubi refert perjurium removeri ab agendo, testimonio dicendo, jurando. Excusari a pœna civili, si sine dolo pejeraverit. l. ult. ff. de in li. tem. jur. si propter impedimenta iusta juramento satisfacere non potuit, si perjurium nulli noceat: si interrogatus super crimine, pejeravit, si delatum ab adversario in judicio fuerit. 20 Vid. l. 5. ff. de in litem jurand. 21 22. Synops. Basil. 2. cap. 42. vid. l. Harm. 1. cap. in τοῖς ἀμ. Θεοδω. 22. Eclog. 5. cap. 28. 22 l. 31. ff. de jurejur. Tale juramentum necessarium est. In Gallia quæ consuetudinibus seu statutis quibuldum propriis utitur, iudices inopia probationum, & ubi semiplene tantum probatum est, juramentum actori non deferunt, nisi a rege iusti sint. Rebuff. in princ. const. gloss. 15. mon. 58. Semiplena probatio est, si nœicus tantum testis producitur, nempe quia duo plenam faciunt, si reus fugit, si scriptura tantum domestica profertur, vid. Accurf. hic. Putarem, ne id quidem iure fieri, nisi causa bene cognita. ut hic. infr. h. t. De juramento suppletorio, vid. Socinum reg. 104. Dicam plenus in praxi civium titul. de jurejurando. 23 Sine tutore. l. 17. §. 1. ff. de jurejur. 22. Eclog. 5. c. 29. Pupillo non deferuntur juramentum. Idem etiam non defert, nec gratiam jusjurandi facit. d. §. 1. Eclog. ibid. Harmen. 7. πειρή ἀνθρώπων.

De Fideicommissis.

5. Idem AA. & CC. Juliano.

Cum etiam a pupillorum tutoribus, velut ab ipsis pupillis relicta fideicommissa videantur...

De generis & ingenuitatis questione.

6. Idem AA. & CC. Bessio.

Cum proponas partibus placuisse, jurisjurandi religione, generis & ingenuitatis questione decidi...

Ne alteri per alterum prajudicetur.

7. Idem AA. & CC. Eutythianæ.

Nec filius, nec quisquam alius, nec litigando, nec paciscendo, sed neque jusjurandum citra voluntatem dominæ rei deferendo...

De actione & jurejurando actoris.

8. Idem AA. & CC. Alexandro.

Actori delato, vel relato jurejurando, si juraverit, vel ei remissum sit sacramentum, ad similitudinem judicati in factum actio competit.

De conditione jurisjurandi reo delato.

9. Idem AA. & CC. Martiano.

Delata conditione jurisjurandi, reus si non per actorem, quominus de calumnia juret, steterit per judicem solvere, vel jurare, nisi referat jusjurandum, necesse habet.

De deposito.

10. Idem AA. & CC. Protogeni.

In actione etiam depositi, quæ super rebus quasi sine scriptis datis movetur, jusjurandum ad exemplum cæterorum bonæ fidei judiciorum deferri potest.

De revocatione jurisjurandi.

11. Imp. JUSTINIANUS A. Demosth. P. P.

SI quis jusjurandum intulerit, & necdum eo præstito, postea utpote sibi allegationibus abundantibus hoc revocaverit...

Si quis autem sacramentum intulerit, & [hoc] revocare maluerit, licere quidem [ei] hoc facere, & alias probationes, si voluerit, præstare...

Jusjurandum ad decisionem litis quando præstandum. 1. De jurejurando præstando, vel referendo. 2. De procuratore; si quis jurare noluerit. 4. De absentibus. 5. De loco & forma jurandi. 6. De priorum legum confirmatione.

12. Idem A. Demostheni P. P.

Generaliter de omnibus juramentis, quæ in litibus offeruntur vel a iudice vel a partibus, definiendum est.

1 Relictum a tutore, relictum videtur a pupillo, de quo si dubitatur, tutore defertur juramentum...

re jussi sunt, ab hac forte luce subtrahantur, probationes autem reum cadant cum multum discrepet juramentum hereditarium...